SAN IRENEO DE LYON

Contra las herejías

Adversus haereses

TOMO I · III

SABBATISMUS

San Ireneo de Lyon (c. 130–c. 202)
Adversus haereses · Contra las herejías

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

Índice

Libro I 7
- Capítulo 1 9
- Capítulo 2 11
- Capítulo 3 15
- Capítulo 4 19
- Capítulo 5 23
- Capítulo 6 29
- Capítulo 7 31
- Capítulo 8 35
- Capítulo 9 43
- Capítulo 10 47
- Capítulo 11 51
- Capítulo 12 55
- Capítulo 13 57
- Capítulo 14 63
- Capítulo 15 71
- Capítulo 16 77
- Capítulo 17 81
- Capítulo 18 83
- Capítulo 19 87
- Capítulo 20 89
- Capítulo 21 91
- Capítulo 22 97
- Capítulo 23 99
- Capítulo 24 103
- Capítulo 25 107
- Capítulo 26 111
- Capítulo 27 113
- Capítulo 28 115
- Capítulo 29 117
- Capítulo 30 119
- Capítulo 31 131

Libro II 135
- Capítulo 1 135
- Capítulo 2 139
- Capítulo 3 143
- Capítulo 4 145
- Capítulo 5 149
- Capítulo 6 153
- Capítulo 7 155
- Capítulo 8 161
- Capítulo 9 163
- Capítulo 10 165
- Capítulo 11 169

Capítulo 12 169
Capítulo 13 175
Capítulo 14 185
Capítulo 15 193
Capítulo 16 195
Capítulo 17 199
Capítulo 18 207
Capítulo 19 213
Capítulo 20 219
Capítulo 21 223
Capítulo 22 227
Capítulo 23 233
Capítulo 24 235
Capítulo 25 243
Capítulo 26 247
Capítulo 27 249
Capítulo 28 251
Capítulo 29 261
Capítulo 30 265
Capítulo 31 275
Capítulo 32 279
Capítulo 33 283
Capítulo 34 287
Capítulo 35 291

Liber primus

Praefatio

1. Quatenus veritatem refutantes quidam inducunt verba falsa, et genealogias infinitas, quae quaestiones magis praestant, quemadmodum Apostolus ait, quam aedificationem Dei, quae est in fide; et per eam, quae est subdole exercitata verisimilitudo, transducunt sensum eorum, qui sunt inexpertiores, et in captivitatem ducunt eos, falsantes verba Domini, interpretatores mali eorum, quae bene dicta sunt, effecti: et multos evertunt, attrahentes eos sub occasione agnitionis ab eo, qui hanc universitatem constituit et ordinavit; quasi altius aliquid et majus habentes ostendere, quam eum qui coelum et terram, et omnia quae in eis sunt, fecit; suadenter quidem illi illiciunt per verborum artem simpliciores ad requirendi modum, male autem perdunt eos in eo quod blasphemam et impiam ipsorum sententiam faciant in Fabricatorem, non discernere valentium falsum a vero.

2. Error enim secundum semetipsum non ostenditur, ne denudatus fiat comprehensibilis; suasorio autem cooperimento subdole adornatus, et ipsa veritate (ridiculum est et dicere) veriorem semetipsum praefert, ut decipiat exteriori phantasmate rudiores; quemadmodum a meliore nobis dictum est de hujusmodi: Quoniam lapidem pretiosum smaragdum, magni pretii apud quosdam, vitreum in ejus contumeliam per artem assimilatum, quoadusque non adest qui potest probare, et artificium arguere, quod subdole sit factum. Cum enim commistum fuerit aeramentum argento, quis facile poterit, rudis cum sit, hoc probare? Igitur ne forte et cum nostro delicto abripiantur quidam quasi oves a lupis, ignorantes eos propter exterius ovilis pellis superindumentum, a quibus cavere denuntiavit nobis Dominus, similia quidem nobis loquentes, dissimilia vero sentientes; necessarium duxi, cum legerim commentarios ipsorum, quemadmodum ipsi dicunt, Valentini discipulorum, quibusdam autem ipsorum et congressus, et apprehendens sententiam ipsorum, manifestare tibi, dilectissime, portentuosissima et altissima mysteria, quae non omnes capiunt, quia non omnes cerebrum habent; ut et tu cognoscens ea, omnibus his, qui sunt tecum, manifesta facias, et praecipias eis observare se a profundo insensationis, et ejus, quae est in Deum, blasphemationis. Et quantum nobis virtutis adest, sententiam ipsorum, qui nunc aliud docent, dico autem eorum, qui sunt circa Ptolemaeum, quae est velut flosculum Valentini scholae, compendiose et manifeste ostendemus, et aliis occasiones dabimus, secundum nostram mediocritatem, ad evertendum eam, non stantia, neque apta

Libro I

Prefacio

1. Puesto que algunos, rechazando la verdad, introducen palabras falsas y genealogías interminables, que más bien suscitan cuestiones, como dice el Apóstol, que la edificación de Dios que es en la fe (1 Tim 1,4); y con una verosimilitud astutamente ejercitada desvían el entendimiento de los menos experimentados y los llevan cautivos, falseando las palabras del Señor, hechos malos intérpretes de lo que fue bien dicho; y derrocan a muchos, apartándolos, so pretexto de conocimiento, de aquel que estableció y ordenó este universo, como si tuvieran que mostrar algo más alto y mayor que aquel que hizo el cielo y la tierra y todo lo que hay en ellos: persuasivamente, sí, atraen con el arte de las palabras a los más sencillos a su modo de indagar, pero malamente los pierden, en cuanto hacen blasfema e impía su mente contra el Fabricador, pues no son capaces de discernir lo falso de lo verdadero.

2. Porque el error no se muestra tal como es en sí mismo, para no ser descubierto al quedar desnudo; sino que, astutamente adornado con un revestimiento persuasivo, se presenta (es ridículo incluso decirlo) como más verdadero que la verdad misma, para engañar con su apariencia exterior a los más rudos; como dijo de tales cosas uno mejor que nosotros: «La piedra preciosa, la esmeralda, de gran precio para algunos, es afrentada por el vidrio imitado con arte, mientras no esté presente quien pueda probarla y descubrir el artificio, con qué astucia fue hecho. Pues cuando el bronce ha sido mezclado con la plata, ¿quién, siendo inexperto, podrá probarlo fácilmente?» Por tanto, para que no sean arrebatados algunos por culpa nuestra, como ovejas por lobos, sin conocerlos a causa de su vestido exterior de piel de oveja, aquellos de quienes el Señor nos mandó guardarnos, que hablan como nosotros pero piensan de otro modo, he juzgado necesario, después de leer los comentarios de los discípulos, como ellos mismos dicen, de Valentín, y de haberme encontrado con algunos de ellos y haber captado su doctrina, darte a conocer, amadísimo, sus portentosísimos y altísimos misterios, que no todos contienen, porque no todos tienen cerebro; para que también tú, conociéndolos, los hagas manifiestos a todos los que están contigo, y les mandes guardarse de la profundidad de la insensatez y de la blasfemia contra Dios. Y en cuanto hay en nosotros poder, mostraremos breve y claramente la doctrina de los que ahora enseñan otra cosa, me refiero a los que rodean a Ptolomeo, que es como la florecilla de la escuela de Valentín, y daremos a otros ocasiones, según nuestra medianía, para derrocarla, mostrando que lo que ellos dicen ni se sostiene ni

veritati ostendentes ea, quae ab iis dicuntur: neque conscribere consueti neque qui sermonum arti studuerimus: dilectione autem nos adhortante, et tibi et omnibus, qui sunt tecum, manifestare, quae usque adhuc erant absconsae, jam autem secundum gratiam Dei in manifestum venerunt doctrinae ipsorum. Nihil enim est coopertum, quod non manifestabitur; et nihil absconsum, quod non cognoscetur.

3. Non autem exquires a nobis, qui apud Celtas commoramur, et in barbarum sermonem plerumque vacamus, orationis artem, quam non didicimus, neque vim conscriptoris, quam non affectavimus, neque ornamentum verborum, neque suadelam, quam nescimus; sed simpliciter et vere et idiotice ea, quae tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies, et ipse auges ea penes te, ut magis idoneus quam nos, quasi semen et initia accipiens a nobis: et in latitudine sensus tui in multum fructificabis ea, quae in paucis a nobis dicta sunt, et potenter asseres iis, qui tecum sunt, ea quae invalide a nobis relata sunt. Et quemadmodum nos elaboravimus, olim quaerenti tibi discere sententiam eorum, non solum facere tibi manifestam, sed et subministrationem dare, uti ostenderemus eam falsam; sic et tu efficaciter reliquis ministrabis secundum gratiam, quae tibi a Domino data est; ut jam non abstrahantur homines ab illorum suadela, quae est talis.

Caput primum

Quid de Aeonum suorum genesi, nomine, ordine, fetibus conjugalibus effutirent Valentini discipuli: et quae Scripturae loca commentis suis adaptarent.

1. Dicunt esse quemdam in invisibilibus, et inenarrabilibus altitudinibus perfectum Aeonem, qui ante fuit: hunc autem et Proarchen, et Propatora, et Bython vocant: esse autem illum invisibilem, et quem nulla res capere possit. Cum autem a nullo caperetur, et esset invisibilis, sempiternus, et ingenitus, in silentio et in quiete multa fuisse in immensis Aeonibus. Cum ipso autem fuisse et Ennoean, quam etiam Charin et Sigen vocant: et aliquando voluisse a semetipso emittere hunc Bythum, initium omnium, (et velut semen prolationem hanc praemitti voluit) et eam deposuisse quasi in vulva ejus, quae cum eo erat, Sige. Hanc autem suscepisse semen hoc, et praegnantem factam generasse Nun, similem et aequalem ei, qui emiserat, et solum capientem magnitudinem Patris. Nun autem hunc, et Unigenitum vocant, et Patrem, et initium omnium.

se ajusta a la verdad; nosotros, que ni estamos acostumbrados a escribir ni nos hemos dedicado al arte de las palabras: pero el amor nos exhorta a darte a conocer a ti y a todos los que están contigo sus doctrinas, que hasta ahora estaban escondidas, pero ya, por la gracia de Dios, han salido a la luz. Pues nada hay cubierto que no haya de manifestarse, y nada escondido que no haya de conocerse (Mt 10,26).

3. No exigirás de nosotros, que vivimos entre los celtas y nos ocupamos casi siempre en una lengua bárbara, el arte de la oratoria, que no aprendimos, ni la fuerza de un escritor, que no hemos buscado, ni el ornato de las palabras, ni la persuasión, que no conocemos; sino que lo que con amor se te ha escrito, sencilla y verdadera y llanamente, lo recibirás con amor, y tú mismo lo harás crecer en ti, como más idóneo que nosotros, recibiéndolo de nosotros como simiente y principios; y en la amplitud de tu entendimiento harás fructificar abundantemente lo que en pocas palabras hemos dicho nosotros, y expondrás con poder a los que están contigo lo que débilmente ha sido referido por nosotros. Y así como nosotros nos hemos esforzado, porque desde hace tiempo buscabas conocer su doctrina, no solo en hacértela manifiesta, sino también en proporcionarte ayuda, para mostrar que es falsa; así también tú servirás eficazmente a los demás según la gracia que te ha sido dada por el Señor, para que los hombres ya no sean arrastrados por la persuasión de ellos, que es de esta clase.

Capítulo i

Lo que los discípulos de Valentín parloteaban sobre la génesis, el nombre, el orden y la prole conyugal de sus Eones; y qué lugares de la Escritura adaptaban a sus artificios.

1. Dicen que hay en las alturas invisibles e inenarrables un Eón perfecto, que existía antes; a este lo llaman Proarche, y Propator, y Bythus; y que es invisible, y que nada puede contenerlo. Y como no era contenido por nadie, y era invisible, sempiterno e ingénito, dicen que estuvo en silencio y en gran quietud durante edades inmensas. Con él, dicen, estaba también Ennoia, a la que llaman también Charis y Sige; y en cierto momento este Bythus quiso emitir de sí mismo el principio de todas las cosas (y quiso que esta prolación fuese enviada delante como una simiente), y la depositó, como en una matriz, en la que estaba con él, Sige. Y dicen que ella recibió esta simiente y, quedando encinta, engendró a Nus, semejante e igual al que lo había emitido, y el único que contiene la grandeza del Padre. A este Nus lo llaman también el Unigénito, y Padre, y principio de todas las cosas.

Una autem cum eo emissam Veritatem, et hanc esse primam et primogenitam Pythagoricam quaternationem, quam et radicem omnium dicunt. Est enim Bythus et Sige, deinde Nus et Alethia. Sentientem autem Unigenitum hunc in quae prolatus est, emisisse et ipsum Logon et Zoen, patrem omnium eorum, qui post se futuri essent, et initium et formationem universi Pleromatis. De Logo autem et Zoe emissum secundum conjugationem Hominem et Ecclesiam, et esse hanc primogenitam Octonationem, radicem et substantiam omnium, quatuor nominibus apud eos nuncupatam, Bython, et Nun, et Logon, et Anthropon. Esse enim illorum unumquemque masculo-feminam, sic: Initio Propatorem illum coisse secundum conjugationem suae Ennoeae, id est cogitationi, quam Gratiam et Silentium vocant; Unigenitum autem, hoc est Nun, Alethiae, id est Veritati; Logon autem Zoae, id est Vitae; et Anthropon cum Ecclesia.

2. Hos autem Aeonas in gloriam Patris emissos, volentes et ipsos de suo clarificare Patrem, emisisse emissiones in conjugatione; Logon quidem et Zoen, posteaquam emissus est Homo et Ecclesia, alteros decem Aeonas, quorum nomina dicunt haec: Bythius et Mixis, Ageratos et Henosis, Autophyes et Hedone, Acinetos et Syncrasis, Monogenes et Macaria. Hi decem Aeones, quos dicunt ex Logo et Zoe emissos. Anthropon autem et ipsum emisisse cum Ecclesia Aeonas duodecim, quibus nomina haec donant: Paracletus et Pistis, Patricos et Elpis, Metricos et Agape, Aenos et Synesis, Ecclesiasticos et Macariotes, Theletos et Sophia.

3. Hi sunt triginta erroris eorum Aeones, qui tacentur, et non agnoscuntur. Hoc invisibile et spiritale secundum eos Pleroma, tripartite divisum in octonationem, et decada, et duodecada: et propter hoc Salvatorem dicunt (nec enim Dominum eum nominare volunt) triginta annis in manifesto nihil fecisse, ostendentem mysterium horum Aeonum. Sed et in parabola eorum operariorum, qui in vineam mittuntur, dicunt manifestissime triginta hos Aeonas declaratos. Mittuntur enim alii quidem circa primam horam, alii circa tertiam, alii circa sextam, alii circa nonam, alii circa undecimam. Compositae igitur praedictae horae in semetipsas, triginta numerum adimplent. Una enim, et tres, et sex, et novem, et undecim, triginta fiunt. Per horas autem Aeonas manifestari volunt: et haec esse magna et admirabilia et abscondita mysteria, quae ipsi fructificant; et sicubi quid eorum, quae dicuntur in Scripturis, poterunt adaptare et assimilare figmento suo.

Caput II

Soli Unigenito cognitus primus Pater. Sophiae aemulatio, perturbatio, periculum, et partus informis. Ab Horo restituitur. Horos quis? Christus et Spiritus sanctus ad Aeonum consummationem emittuntur. Ex Aeonum collatione Jesus producitur.

Juntamente con él, dicen, fue emitida Verdad; y este, dicen, es el primero y primogénito cuaternario pitagórico, al que llaman también raíz de todas las cosas. Pues están Bythus y Sige, luego Nus y Alethia. Y dicen que este Unigénito, percibiendo para qué había sido proferido, emitió también él a Logos y Zoe, padre de todos los que habían de venir después de él, y principio y formación de todo el Pleroma. Y de Logos y Zoe, dicen, fueron emitidos por emparejamiento Hombre e Iglesia; y este, dicen, es el octonario primogénito, raíz y sustancia de todas las cosas, nombrado entre ellos con cuatro nombres: Bythus, y Nus, y Logos, y Anthropos. Pues dicen que cada uno de ellos es masculino-femenino, así: al principio Propator se unió en emparejamiento con su Ennoia, es decir, Pensamiento, a la que llaman Gracia y Silencio; el Unigénito, esto es, Nus, con Alethia, es decir, Verdad; Logos con Zoe, es decir, Vida; y Anthropos con Iglesia.

2. Dicen que estos Eones, emitidos para gloria del Padre, queriendo también ellos glorificar al Padre con algo propio, emitieron emisiones en emparejamiento: Logos y Zoe, después de que fueron emitidos Hombre e Iglesia, otros diez Eones, cuyos nombres dicen que son estos: Bythius y Mixis, Ageratos y Henosis, Autophyes y Hedone, Acinetos y Syncrasis, Monogenes y Macaria. Estos son los diez Eones que, según dicen, fueron emitidos de Logos y Zoe. Y dicen que también Anthropos emitió con Iglesia doce Eones, a los que dan estos nombres: Paracletus y Pistis, Patricos y Elpis, Metricos y Agape, Aenos y Synesis, Ecclesiasticus y Macariotes, Theletus y Sophia.

3. Estos son los treinta Eones de su error, de los que se guarda silencio y que no son conocidos. Este es, según ellos, el Pleroma invisible y espiritual, dividido en tres partes, en octonario, Década y Dodécada; y por esto dicen que el Salvador (pues no quieren llamarlo Señor) no hizo nada en público durante treinta años, mostrando el misterio de estos Eones. Y también en la parábola de los obreros que son enviados a la viña dicen que se declaran clarísimamente estos treinta Eones. Pues unos son enviados hacia la hora primera, otros hacia la tercera, otros hacia la sexta, otros hacia la nona, otros hacia la undécima. Las horas mencionadas, pues, sumadas entre sí, completan el número treinta. Pues uno, y tres, y seis, y nueve, y once hacen treinta. Por las horas pretenden que se manifiestan los Eones; y que estos son los grandes, admirables y escondidos misterios que ellos mismos hacen fructificar; y así dondequiera que puedan adaptar y asimilar a su ficción algo de lo que se dice en las Escrituras.

Capítulo 2

El primer Padre, conocido solo por el Unigénito. La emulación de Sophia, su turbación, su peligro y su parto informe. Es restituida por Horos. ¿Quién es Horos? Cristo y Espíritu Santo son emitidos para la consumación de los Eones. Jesús es producido de la contribución de los Eones.

1. Et Propatorem quidem eorum cognosci soli dicunt ei, qui ex eo natus est, Monogeni, hoc est No: reliquis vero omnibus invisibilem et incomprehensibilem esse. Solus autem Nus, secundum eos delectabatur videns Patrem, et magnitudinem immensam ejus considerans exsultabat, et excogitabat reliquis quoque Aeonibus participare magnitudinem Patris; quantus et quam magnus exsisteret, et quemadmodum erat sine initio, et incapabilis et incomprehensibilis ad videndum. Continuit autem eum Sige voluntate Patris, quoniam vellet omnes hos in intellectum et desiderium exquisitionis Patris sui adducere. Et reliqui quidem Aeones omnes tacite quodammodo desiderabant prolatorem seminis sui videre, et eam, quae sine initio est, radicem contemplari.

2. Praesiliit autem valde ultimus, et junior, de duodecade ea, quae ab Anthropo et Ecclesia emissa fuerat, Aeon, hoc est Sophia; et passa est passionem sine complexu conjugis Theleti; quae exorsa quidem fuerat in iis, qui sunt erga Nun et Alethiam; derivavit autem in hunc Aeonem, id est Sophiam, demutatam sub occasione quidem dilectionis; temeritatis autem, quoniam non communicaverat Patri perfecto, quemadmodum et Nus. Passionem autem esse exquisitionem Patris; voluit enim, ut dicunt, magnitudinem ejus comprehendere. Dehinc cum non posset, quoniam impossibilem rem aggrederetur, in magna agonia constitutum propter magnitudinem altitudinis, et propter quod investigabile Patris est, et propter eam, quae erat erga eum dilectionem, cum extenderetur semper in priora, a dulcedine ejus novissime forte absorptum fuisse, et resolutum in universam substantiam, nisi ei, quae confirmat, et extra inenarrabilem magnitudinem custodit omnia, occurrisset virtuti. Hanc autem virtutem et Horon vocant, a qua abstentum, et confirmatum, vix reversum in semetipsum, et credentem jam quoniam incomprehensibilis est Pater, deposuisse pristinam intentionem, cum ea, quae acciderat, passione ex illa stuporis admiratione.

3. Quidam autem ipsorum hujusmodi passionem, et reversionem Sophiae, velut fabulam narrant: impossibilem et incomprehensibilem rem eam aggressam, peperisse substantiam informem, qualem naturam habebat femina parere: in quam cum intendisset, primo quidem contristatam, propter inconsummationem generationis: post deinde timuisse, ne hoc ipsum finem habeat: dehinc expavisse, et aporiatam, id est, confusam, quaerentem causam, et quemadmodum absconderet id, quod erat natum. In iis autem passionibus factam, accepisse regressionem, et in Patrem regredi conari: et aliquandiu ausam, tamen defecisse, et supplicem Patris factam. Una autem cum ea rogasse et reliquos Aeonas, maxime autem Nun. Hinc dicunt primum initium habuisse substantiam materiae, de ignorantia, et taedio, et timore, et stupore.

1. Y dicen que su Propator es conocido solo por el que nació de él, Monogenes, esto es, Nus; y que para todos los demás es invisible e incomprensible. Solo Nus, según ellos, se deleitaba viendo al Padre, y exultaba contemplando su grandeza inmensa, y pensaba hacer partícipes también a los demás Eones de la grandeza del Padre: cuán grande y cuán magno era, y cómo era sin principio, e incontenible, e incomprensible a la vista. Pero Sige lo contuvo por voluntad del Padre, que quería llevarlos a todos a la idea y al deseo de la búsqueda de su Padre. Y todos los demás Eones deseaban en cierto modo calladamente ver al que profirió su simiente, y contemplar la raíz que es sin principio.

2. Pero se lanzó hacia adelante el Eón con mucho el último y más joven de la Dodécada que había sido emitida por Anthropos e Iglesia, esto es, Sophia; y padeció una pasión sin el abrazo de su consorte Theletus; pasión que había comenzado en los que rodean a Nus y Alethia, pero que se derivó a este Eón, es decir, a Sophia, que fue trastornada so pretexto, sí, de amor, pero en verdad de temeridad, porque no había estado en comunicación con el Padre perfecto, como Nus. Y dicen que la pasión era la búsqueda del Padre; pues quiso, como dicen, comprender su grandeza. Luego, dicen, como no podía, porque emprendía una cosa imposible, puesta en gran agonía a causa de la grandeza de la profundidad, y de lo inescrutable del Padre, y del amor que le tenía, mientras se extendía siempre hacia adelante, quizá habría sido al fin absorbida por su dulzura y disuelta en la sustancia universal, si no hubiera encontrado al Poder que afirma todas las cosas y las guarda fuera de la grandeza inenarrable. A este Poder lo llaman también Horos; por él, dicen, fue retenida y afirmada, y, vuelta a duras penas en sí y convencida ya de que el Padre es incomprensible, depuso su anterior intención, junto con la pasión que le había sobrevenido por aquella admiración llena de estupor.

3. Pero algunos de ellos narran esta pasión y el regreso de Sophia como una fábula: que, habiendo emprendido una cosa imposible e incomprensible, dio a luz una sustancia informe, cual era la naturaleza de la hembra dar a luz; y que, al fijar en ella la mirada, primero se entristeció por lo inacabado de la generación; luego temió que esto mismo tuviera fin; después se espantó y quedó perpleja, es decir, confundida, buscando la causa, y el modo de esconder lo que había nacido. Y que, estando en estas pasiones, recibió una vuelta e intentó regresar al Padre; y que, habiéndose atrevido por algún tiempo, sin embargo desfalleció y se hizo suplicante del Padre. Y que juntamente con ella rogaron también los demás Eones, y sobre todo Nus. De aquí dicen que tuvo su primer principio la sustancia de la materia: de la ignorancia, y del tedio, y del temor, y del estupor.

4. Pater autem praedictum Horon super haec per Monogenem praemittit in imagine sua, sine conjuge, masculo-femina. Patrem enim aliquando quidem cum conjuge Sige, modo vero et pro masculo, et pro femina esse volunt. Horon vero hunc et Stauron, et Lytroten, et Carpisten, et Horotheten, et Metagogea vocant. Per Horon autem hunc dicunt mundatam et confirmatam Sophiam, et restitutam conjugi. Separata enim intentione ab ea, cum appendice passione, ipsam quidem infra Pleroma perseverasse: concupiscentiam vero ejus, cum passione ab Horo separatam, et crucifixam, et extra eum factam, esse quidem spiritalem substantiam, ut naturalem quemdam Aeonis impetum, informem vero, et sine specie, quoniam nihil apprehendisset. Et propter hoc fructum ejus invalidum et femineum dicunt.

5. Postea vero quam separata sit haec extra Pleroma Aeonum, et mater ejus redintegrata suae conjugationi, Monogenem iterum alteram emisisse conjugationem, secundum providentiam Patris, Christum et Spiritum sanctum, a quibus consummatos esse dicunt Aeonas. Christum enim docuisse eos conjugationis naturam, innati comprehensionem cognoscentes, sufficientes sive idoneos esse: declarasse quoque in eis Patris agnitionem, quoniam incapabilis est, et incomprehensibilis, et non est neque videre, neque audire eum, nisi per solum Monogenem. Et causam quidem aeternae perseverationis iis omnibus incomprehensibile Patris esse; generationis autem, et formationis, comprehensibile ejus, quod quidem Filius est. Et haec quidem, qui nunc emissus erat, Christus in eis operatus est.

6. Spiritus vero sanctus adaequatos eos omnes, gratias agere docuit, et veram requiem induxit. Et sic forma, et sententia similes factos Aeonas dicunt, universos factos Noas, et Logos, et omnes Anthropos, et omnes Christos: et feminas similiter omnes Alethias, et Zoas, et Spiritus, et Ecclesias. Confirmata quoque in hoc omnia, et requiescentia ad perfectum, cum magno gaudio dicunt hymnizare Propatorem, magnae exsultationis participantem. Et propter hoc beneficium, una voluntate, et sententia, universum Pleroma Aeonum, consentiente Christo et Spiritu, unumquemque Aeonum, quod habebat in se optimum, et florentissimum conferentes, collationem fecisse: et haec apte compingentes, et diligenter in unum adaptantes emisisse problema, et in honorem et gloriam Bythi perfectissimum decorem quemdam, et sidus Pleromatis, perfectum fructum Jesum, quem et Salvatorem vocari, et Christum, et Logon, patronymice, ac Omnia, quoniam ab omnibus esset. Satellites quoque ei, in honorem ipsorum, ejusdem generis angelos cum eo prolatos.

Caput III

Quibus Scripturae sacrae locis uterentur haeretici ad asserenda commenta sua?

4. Pero el Padre, dicen, además de esto, envía por medio de Monogenes al ya mencionado Horos, a su propia imagen, sin consorte, masculino-femenino. Pues pretenden que el Padre unas veces está con su consorte Sige, y otras hace las veces de varón y de hembra. A este Horos lo llaman también Stauros, y Lytrotes, y Carpistes, y Horothetes, y Metagogeus. Por medio de este Horos, dicen, Sophia fue purificada y afirmada, y restituida a su consorte. Pues, separada de ella la Intención, con la pasión adjunta, dicen que ella misma permaneció dentro del Pleroma; pero que su deseo, separado por Horos junto con la pasión, y crucificado, y puesto fuera de él, es ciertamente una sustancia espiritual, como un impulso natural de un Eón, pero informe y sin apariencia, porque no había aprehendido nada. Y por esto dicen que su fruto es débil y femenino.

5. Después de que esta fue separada fuera del Pleroma de los Eones, y su madre restituida a su propio emparejamiento, dicen que Monogenes emitió de nuevo otro emparejamiento, según la providencia del Padre, Cristo y Espíritu Santo, por los cuales fueron consumados los Eones. Pues dicen que Cristo les enseñó la naturaleza del emparejamiento: que los que conocen la comprensión del No nacido son suficientes o idóneos; y que les declaró también el conocimiento del Padre: que es incontenible e incomprensible, y que no es posible ni verlo ni oírlo sino solo por medio de Monogenes. Y que la causa de la perduración eterna de todos ellos es lo incomprensible del Padre; y la de su generación y formación, lo comprensible de él, que es el Hijo. Y estas cosas las obró en ellos Cristo, que acababa de ser emitido.

6. Y el Espíritu Santo, habiéndolos igualado a todos, les enseñó a dar gracias, e introdujo el verdadero descanso. Y así, dicen, los Eones se hicieron semejantes en forma y en mente, y todos se hicieron Nus, y Logos, y todos Anthropos, y todos Cristo; y las hembras igualmente todas Alethia, y Zoe, y Espíritu, e Iglesia. Y que todas las cosas, afirmadas en esto y descansando perfectamente, cantan himnos, dicen, con gran gozo al Propator, que participa de una gran exultación. Y por este beneficio, dicen, todo el Pleroma de los Eones, con una sola voluntad y un solo parecer, consintiendo Cristo y Espíritu, aportando cada uno de los Eones lo que tenía en sí de mejor y más floreciente, hizo una contribución; y ajustando estas cosas con acierto y adaptándolas cuidadosamente en uno, emitieron un problema, en honor y gloria de Bythus, como una belleza perfectísima y astro del Pleroma, el fruto perfecto, Jesús, que es llamado también Salvador, y Cristo, y Logos, patronímicamente, y Todo, porque provenía de todos. Y que con él fueron proferidos como acompañantes suyos, en honor de ellos, ángeles de la misma clase.

Capítulo 3

¿De qué lugares de la sagrada Escritura se servían los herejes para sostener sus artificios?

1. Haec igitur est, quae intra Pleroma ipsorum dicitur, negotiatio, et passi Aeonis, et paene perditi, [et] quasi in multa materia, propter inquisitionem Patris, calamitas: et Hori, et Crucis ipsorum, et Redemptoris, et Carpistae, et Horothetae, et Metagogei, hexaeonia compago: et primi Christi, cum Spiritu sancto, de poenitentia a Patre ipsorum postrema Aeonum genesis: et secundi Christi, quem Soterem dicunt, ex collatione composita fabricatio. Haec autem manifeste quidem non esse dicta, quoniam non omnes capiunt agnitionem ipsorum; mysterialiter autem a Salvatore per parabolas ostensa iis, qui possunt intelligere. Sic triginta Aeonas significari per triginta annos, sicut praediximus, in quibus nihil in manifesto dicunt fecisse Salvatorem, et per parabolam operariorum vineae. Et Paulum manifestissime, dicunt, Aeonas nominare saepissime, adhuc etiam et ordinem ipsorum servare, sic dicentem: In universas generationes saeculi saeculorum. Sed et nos ipsos denique in gratiarum actionibus dicentes aeonas aeonum, illos Aeonas significare: et ubicunque aeon, aut aeones nominantur, in illos id referri volunt.

2. Duodecadis autem Aeonum emissionem significatam per id, quod duodecim annorum exsistens Dominus disputaverit cum legis doctoribus, et per apostolorum electionem: duodecim enim apostolos elegit. Et reliquos octodecim Aeonas manifestari per id, quod post resurrectionem a mortuis octodecim mensibus dicant conversatum eum cum discipulis. Sed et per praecedentes nominis ejus duas litteras, Iota et Eta, octodecim Aeonas significanter manifestari. Et decem autem Aeonas similiter per Iota litteram, quod praecedit in nomine ejus, significari dicunt. Et propter hoc dixisse Salvatorem: Iota unum, aut unus apex non praeteribit, quoadusque omnia fiant.

3. Hanc autem passionem, quae circa duodecimum Aeonem facta est, significari dicunt per apostasiam Judae, qui duodecimus erat apostolorum, et quoniam duodecimo mense passus est; uno enim anno volunt eum post baptisma praedicasse. Adhuc etiam in ea, quae profluvium sanguinis patiebatur, manifestissime hoc significari; duodecim enim annis passam eam, per Domini adventum esse sanatam, cum tetigisset fimbriam vestimenti ejus; et propter hoc dixisse Salvatorem: Quis me tetigit? docentem discipulos quod factum esset inter Aeonas mysterium et curationem passi Aeonis. Per illam enim, quae passa est duodecim annis, illa virtus significatur, eo quod extenderetur, et in immensum flueret ejus substantia, quemadmodum dicunt. Et nisi tetigisset vestimentum, hoc est, illius Filii, Veritatis primae tetradis, quae per fimbriam manifestata est, advenisse in omnem substantiam suam. Sed stetit, et quievit a passione per egressam virtutem Filii. Esse autem hunc Horon volunt, qui curavit eam, et passionem separavit ab ea.

1. Este es, pues, el asunto que se dice ocurrido dentro de su Pleroma: la calamidad del Eón que padeció y casi se perdió, como en mucha materia, a causa de la búsqueda del Padre; y la trabazón hexaeonia de Horos, y de su Cruz, y del Redentor, y de Carpistes, y de Horothetes, y de Metagogeus; y la postrera génesis de los Eones, la del primer Cristo con el Espíritu Santo, por obra de su Padre, por penitencia; y la fabricación compuesta del segundo Cristo, al que llaman Soter, a partir de la contribución. Dicen que estas cosas no fueron dichas abiertamente, porque no todos contienen su conocimiento; sino que fueron mostradas misteriosamente por el Salvador mediante parábolas a los que pueden entender. Así, dicen, los treinta Eones son significados por los treinta años, como dijimos antes, en los que dicen que el Salvador no hizo nada en público, y por la parábola de los obreros de la viña. Y dicen que Pablo nombra clarísimamente a los Eones muchísimas veces, e incluso guarda su orden, diciendo así: Por todas las generaciones del siglo de los siglos (Ef 3,21). Y que también nosotros mismos, en nuestras acciones de gracias, al decir «eones de los eones», significamos aquellos Eones; y dondequiera que se nombra eón o eones, pretenden que eso se refiere a ellos.

2. Y que la emisión de la Dodécada de los Eones fue significada porque el Señor, teniendo doce años, disputó con los doctores de la Ley, y por la elección de los apóstoles: pues eligió doce apóstoles. Y que los dieciocho Eones restantes se manifiestan en que, según dicen, después de la resurrección de entre los muertos convivió dieciocho meses con sus discípulos. Y también, dicen, por las dos letras que encabezan su nombre, Iota y Eta, se manifiestan significativamente los dieciocho Eones. Y los diez Eones igualmente dicen que son significados por la letra Iota, que encabeza su nombre. Y por esto, dicen, el Salvador dijo: Ni una iota ni un ápice pasará, hasta que todo suceda (Mt 5,18).

3. Y dicen que esta pasión que ocurrió en torno al duodécimo Eón es significada por la apostasía de Judas, que era el duodécimo de los apóstoles, y porque padeció en el duodécimo mes; pues pretenden que predicó un año después de su bautismo. Y además en la que padecía flujo de sangre dicen que esto se significa clarísimamente; pues ella, habiendo padecido doce años, fue sanada por la venida del Señor, al tocar la orla de su vestido; y por esto, dicen, el Salvador dijo: ¿Quién me ha tocado? (Mc 5,31), enseñando a los discípulos el misterio que había ocurrido entre los Eones, y la curación del Eón que padeció. Pues por aquella que padeció doce años se significa aquel Poder, porque, como dicen, se extendía y su sustancia fluía hasta lo inmenso. Y si no hubiera tocado el vestido, esto es, el de aquel Hijo, la Verdad de la primera Tétrada, que se manifestó por la orla, se habría derramado, dicen, en toda su sustancia. Pero se detuvo y cesó de su pasión por el poder del Hijo que salió de él. Y pretenden que este es Horos, que la curó y separó de ella la pasión.

4. Quod autem Salvatorem ex omnibus exsistentem Omne esse, per hoc responsum, Omne masculinum aperiens vulvam, manifestari dicunt. Qui cum omnia sit, aperuit vulvam Excogitationis passi Aeonis, et separata ea extra Pleroma, quam etiam secundam Ogdoadem vocant, de qua paulo post dicemus. Et a Paulo autem manifeste propter hoc dictum dicunt: Et ipse est omnia. Et rursus: Omnia in ipsum, et ex ipso omnia. Et iterum: In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis. Et illud: Recapitulata esse omnia in Christo per Deum. Sic interpretantur dicta, et quaecunque alia sunt talia.

5. Adhuc etiam de Horo suo (quem etiam plurimis nominibus vocant), duas operationes habere eum ostendunt, confirmativam et separativam: et secundum id quidem, quod firmat et constabilit, Crucem esse; secundum id vero, quod dividit, Horon. Salvatorem autem sic manifestasse operationes ejus: et primo quidem confirmativam, in eo quod dicit: Qui non tollit crucem suam, et sequitur me, discipulus meus esse non potest. Et iterum: Tollens crucem, sequere me. Separativam autem, in eo quod dicit: Non veni mittere pacem, sed gladium. Et Joannem dicunt hoc ipsum manifestasse, dicentem: Ventilabrum in manu ejus, emundare aream, et colliget frumentum in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili; et per hoc operationem Hori significasse. Ventilabrum enim illud, crucem interpretantur esse, quae scilicet consumit materialia omnia, quemadmodum paleas ignis; emundat autem eos, qui salvantur, sicut ventilabrum triticum. Paulum autem apostolum et ipsum reminisci hujus crucis dicunt, sic: Verbum enim crucis iis, qui pereunt, stultitia est; iis autem qui salvantur, virtus Dei. Et iterum: Mihi autem non eveniat in ullo gloriari, nisi in Christi cruce, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

6. Talia igitur de Pleromate ipsorum, et plasmate universorum dicunt, adaptare cupientes ea, quae bene dicta sunt, iis quae male adinventa sunt ab ipsis. Et non solum autem ex evangelicis et apostolicis, tentant ostensiones facere, convertentes interpretationes et adulterantes expositiones; sed etiam ex lege et prophetis, cum multae parabolae et allegoriae sint dictae, et in multa trahi possit ambiguum, per expositionem propensius ad figmentum suum, et dolose adaptantes, in captivitatem ducunt a veritate eos, qui non firmam fidem in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Jesum Christum Filium Dei conservant.

Caput IV

Qua ratione formatam Matrem Achamoth vellent haeretici. Ex ejusdem perturbationibus ortum aspectabilem hunc mundum fingebant.

4. Y que el Salvador, procediendo de todos, es el Todo, dicen que se manifiesta por esta respuesta: Todo varón que abre la matriz (Ex 13,2; Lc 2,23). Él, siendo todas las cosas, abrió la matriz de la Excogitación del Eón que padeció, separada esta fuera del Pleroma, a la que llaman también la segunda Ogdóada, de la que hablaremos un poco después. Y dicen que también por Pablo fue dicho claramente por esto: Y él es todas las cosas (Col 3,11). Y otra vez: Todas las cosas son para él, y de él son todas las cosas (Rom 11,36). Y otra vez: En él habita toda la plenitud de la divinidad (Col 2,9). Y aquello: Que todas las cosas han sido recapituladas en Cristo por Dios (Ef 1,10). Así interpretan estos dichos, y cualesquiera otros semejantes.

5. Además, acerca de su Horos (al que llaman con muchísimos nombres), muestran que tiene dos operaciones, una que afirma y otra que separa: y que en cuanto afirma y consolida es Cruz; en cuanto divide, Horos. Y que el Salvador mostró así sus operaciones: primero la que afirma, donde dice: El que no toma su cruz y me sigue, no puede ser mi discípulo (Lc 14,27). Y otra vez: Tomando la cruz, sígueme (Mc 10,21). Y la que separa, donde dice: No he venido a traer la paz, sino la espada (Mt 10,34). Y dicen que Juan mostró esto mismo, diciendo: El bieldo está en su mano, para limpiar la era, y recogerá el trigo en su granero, pero la paja la quemará en un fuego inextinguible (Lc 3,17); y que por esto significó la operación de Horos. Pues aquel bieldo lo interpretan como la cruz, que consume todas las cosas materiales como el fuego la paja, pero limpia a los que se salvan como el bieldo el trigo. Y dicen que también el apóstol Pablo recuerda esta cruz, así: Pues la palabra de la cruz es necedad para los que se pierden; pero para los que se salvan, poder de Dios (1 Cor 1,18). Y otra vez: Pero lejos de mí gloriarme en cosa alguna, sino en la cruz de Cristo, por quien el mundo está crucificado para mí, y yo para el mundo (Gál 6,14).

6. Tales son, pues, las cosas que dicen de su Pleroma y de la fabulación de todas las cosas, deseosos de adaptar lo que fue bien dicho a lo que ellos han inventado malamente. Y no solo intentan hacer demostraciones a partir de los escritos evangélicos y apostólicos, torciendo las interpretaciones y adulterando las exposiciones; sino también a partir de la Ley y los Profetas: como se han dicho muchas parábolas y alegorías, y lo ambiguo puede llevarse a muchos sentidos, adaptándolo con su exposición, con más presteza y con dolo, a su ficción, llevan cautivos lejos de la verdad a los que no conservan una fe firme en un solo Dios, Padre omnipotente, y en un solo Jesucristo, Hijo de Dios.

Capítulo 4

Cómo pretendían los herejes que fue formada la Madre Achamoth. Fingían que este mundo visible nació de sus turbaciones.

1. Ea vero, quae extra Pleroma dicuntur ab iis, sunt talia: Enthymesin illius superioris Sophiae, quam et Achamoth vocant, separatam a superiore Pleromate cum passione dicunt, in umbrae vacuitatis locis defervisse per necessitatem; extra enim lucem facta est, et extra Pleroma, informis et sine specie, quasi abortus, ideo quia nihil apprehendit. Misertum autem ejus superiorem Christum, et per Crucem extensum, sua virtute formasse formam, quae esset secundum substantiam tantum, sed non secundum agnitionem; et haec operatum recurrere, subtrahentem suam virtutem, et reliquisse illam: uti sentiens passionem quae erga illam esset per separationem Pleromatis, concupiscat eorum, quae meliora essent, habens aliquam odorationem immortalitatis relictam in semetipsa a Christo et Spiritu sancto. Quapropter et ipsam duobus nominibus vocari, Sophiam paternaliter (pater enim ejus Sophia vocatur) et Spiritum sanctum, ab eo, qui est erga Christum Spiritus. Formatam autem eam, et sensatam factam, statim autem evacuatam ab eo, qui invisibiliter cum ea erat, Verbo, hoc est Christo, in exquisitionem egressam ejus luminis, quod se dereliquisset; et non potuisse apprehendere illud, quoniam coercebatur ab Horo. Et sic Horon coercentem eam, ne anterius irrueret, dixisse Iao: unde et Iao nomen factum dicunt. Cum non posset pertransire Horon, quoniam complexa fuerat passionem, et sola fuisset derelicta foris, omni parti passionis succubuisse, multifariae et variae exsistentis: et passam eam tristitiam quidem, quoniam non apprehendit; timorem autem, ne quemadmodum eam lumen, sic et vita relinqueret; consternationem autem, super haec: ignorantia autem omnia. Et non, quemadmodum mater ejus prima Sophia et Aeon, demutationem in passionibus habuit, sed contrarietatem. Super haec autem evenisse ei et alteram affectionem conversionis ad eum qui vivificavit.

2. Eam collectionem et substantiam fuisse materiae dicunt; ex qua hic mundus constat. De conversione enim mundi, et Demiurgi omnem animam genesin accepisse; de timore autem et tristitia, reliqua initium habuisse. A lacrymis enim ejus factam universam humidam substantiam, a risu autem lucidam; a tristitia autem et pavore, corporalia mundi elementa. Aliquando enim plorabat, et tristis erat, quomodo dicunt, quod derelicta sola esset in tenebris et in vacuo: aliquando autem in cogitationem veniens ejus, quod dereliquerat eam lumen, diffundebatur et ridebat; aliquando autem rursus timebat; aliquando consternabatur, et exstasin patiebatur.

3. Et quidem enim tragoedia multa est jam hic, et phantasia uniuscujusque illorum, aliter et aliter graviter exponentis, ex quali passione et ex quali elemento substantia generationem accepit. Quae etiam convenienter videntur mihi non omnes velle in manifesto docere, sed solos illos, qui etiam grandes mercedes pro talibus mysteriis praestare possunt. Non enim jam dicunt similia illis, de quibus Dominus noster dixit: Gratis accepistis, gratis date; sed separata et portentosa, et alta mysteria cum magno labore exquisita fallacibus.

1. Y las cosas que, según ellos, están fuera del Pleroma son de esta clase: dicen que la Enthymesis de aquella Sophia superior, a la que llaman también Achamoth, separada del Pleroma superior junto con la pasión, se derramó hirviendo por necesidad en lugares de sombra y de vaciedad; pues quedó fuera de la luz y fuera del Pleroma, informe y sin apariencia, como un aborto, porque no había aprehendido nada. Y que el Cristo superior, compadecido de ella y extendido a través de la Cruz, le dio con su propio poder una forma, que era según la sustancia solamente, pero no según el conocimiento; y que, hecho esto, se volvió apresuradamente, retirando su poder, y la dejó; para que, sintiendo la pasión que la afectaba por la separación del Pleroma, deseara las cosas mejores, teniendo algún olor de inmortalidad dejado en ella por Cristo y Espíritu Santo. Por lo cual, dicen, también ella es llamada con dos nombres: Sophia, por su padre (pues su padre se llama Sophia), y Espíritu Santo, por el Espíritu que está en torno a Cristo. Y que, formada y vuelta sensible, pero vaciada en seguida del que estaba invisiblemente con ella, el Verbo, esto es, Cristo, salió en busca de aquella luz que la había abandonado; y no pudo aprehenderla, porque era contenida por Horos. Y que así Horos, conteniéndola para que no se precipitara más adelante, dijo «Iao»: de donde dicen que se originó el nombre de Iao. Como no podía atravesar a Horos, porque se había enredado en la pasión y había quedado sola fuera, sucumbió, dicen, a cada parte de la pasión, que era múltiple y variada: padeció tristeza, porque no había aprehendido; temor, de que, como la había dejado la luz, así la dejara también la vida; y además consternación; y todo ello en la ignorancia. Y no experimentó en sus pasiones, como su madre, la primera Sophia, que era Eón, un cambio, sino una contrariedad. Además de esto, dicen que le sobrevino también otra afección, la de la conversión hacia el que le había dado vida.

2. Dicen que esto fue el conjunto y la sustancia de la materia, de la que consta este mundo. Pues de la conversión, dicen, tomó su génesis toda alma del mundo y del Demiurgo; y del temor y la tristeza tuvieron su principio las demás cosas. Pues de sus lágrimas, dicen, se hizo toda la sustancia húmeda, y de su risa la luminosa; y de la tristeza y el pavor, los elementos corporales del mundo. Pues unas veces lloraba y estaba triste, como dicen, porque había quedado sola en las tinieblas y en el vacío; otras, viniéndole al pensamiento la luz que la había abandonado, se dilataba y reía; otras, en cambio, temía; otras se consternaba y padecía éxtasis.

3. Y en efecto hay aquí ya mucha tragedia, y la fantasía de cada uno de ellos, que expone gravemente, uno de un modo y otro de otro, de qué pasión y de qué elemento tomó su generación la sustancia. Y con razón, me parece, no quieren enseñar estas cosas abiertamente a todos, sino solo a aquellos que también pueden pagar grandes honorarios por tales misterios. Pues ya no dicen cosas semejantes a aquellas de las que dijo nuestro Señor: Gratuitamente recibisteis, dad gratuitamente (Mt 10,8); sino misterios apartados, y portentosos, y profundos, rebuscados con gran trabajo por los engañadores.

Quis enim non eroget omnia, quae sunt sua, uti discat, quoniam a lacrymis Enthymeseos, quae est ex passione Aeonis, maria, et fontes, et flumina, et universa humida materia generationem acceperunt; de risu autem ejus lumen; de pavore autem, et inconstabilitate, corporalia mundi elementa?

4. Volo autem aliquid et ego conferre fructificationi eorum. Quoniam enim video dulces quidem quasdam aquas, ut fontes, et flumina, et imbres, et talia; quae autem sunt in mari, salsas: adinvenio non omnia a lacrymis ejus emissa, quoniam lacrymae salsae sunt qualitate. Manifestum est igitur, quoniam salsae aquae hae sunt a lacrymis. Opinor autem, eam in agonia et in inconstantia grandi constitutam et sudasse. Unde etiam secundum argumentationem ipsorum suspicari oportet, fontes et flumina, et si quae sunt aliae aquae dulces, generationem habuisse a sudoribus ejus. Non est enim suadibile, cum sint unius qualitatis lacrymae, alteras quidem salsas, alteras dulces aquas ex iis exisse. Hoc autem magis suadibile, alteras quidem esse a lacrymis, alteras vero a sudoribus. Quoniam autem et calidae, et austerae quaedam sunt aquae in mundo, intelligere debes, quid faciens, et ex quo membro emisit has. Apti sunt enim hujusmodi fructus argumento ipsorum.

5. Cum igitur peragrasset omnem passionem mater ipsorum, et vix cum elata esset, ad obsecrationem conversa est ejus luminis, quod dereliquerat eam, hoc est Christi, dicunt: qui regressus in Pleroma, ipse quidem, ut datur intelligi, pigritatus est secundo descendere: Paracletum autem misit ad eam, hoc est Salvatorem, praestante ei virtutem omnem Patre, et omnia sub potestate tradente: Aeonibus autem similiter, uti in eo omnia conderentur, visibilia et invisibilia, Throni, Divinitates, Dominationes. Mittitur autem ad eam cum coaetaneis suis angelis. Hanc autem Achamoth reveritam eum, dicunt primo quidem coopertionem imposuisse propter reverentiam; deinde autem cum vidisset eum cum universa fructificatione sua, accurrisse ei, virtute accepta de visu ejus. Et illum formasse eam, formationem, quae est secundum agnitionem, et curationem passionum fecisse ejus, separantem eas ab ea, et non eum neglexisse. Nec enim erat possibile eas exterminari, quemadmodum prioris, eo quod jam habilia et possibilia essent; sed segregantem separatim commiscuisse et coagulasse, et de incorporali passione in incorporalem materiam transtulisse eas; et sic aptabilitatem et naturam fecisse in eis, ut in congregationes et corpora venirent, uti fierent duae substantiae, una quidem mala ex passionibus, altera autem conversionis, passibilis: et propter hoc virtute Salvatorem fabricasse dicunt. Hanc autem Achamoth extra passionem factam concepisse de gratulatione eorum, quae cum eo sunt, luminum visionem, id est angelorum, qui erant cum eo, et delectatam in conspectu eorum peperisse fructus secundum illius imaginem docent, partum spiritualem secundum similitudinem factum satellitum Salvatoris.

Caput V

Pues ¿quién no gastaría todo lo que tiene para aprender que de las lágrimas de Enthymesis, que procede de la pasión del Eón, tomaron su generación los mares, y las fuentes, y los ríos, y toda la materia húmeda; de su risa, la luz; y de su pavor e inestabilidad, los elementos corporales del mundo?

4. Quiero también yo aportar algo a su fructificación. Pues como veo que algunas aguas son dulces, como las fuentes, y los ríos, y las lluvias, y otras tales; y que las que están en el mar son saladas, descubro que no todas fueron emitidas de sus lágrimas, porque las lágrimas son saladas por su cualidad. Es manifiesto, pues, que estas aguas saladas proceden de las lágrimas. Pero opino que ella, puesta en agonía y en gran inestabilidad, también sudó. De donde, según su propia argumentación, hay que suponer que las fuentes y los ríos, y si hay otras aguas dulces, tuvieron su generación de sus sudores. Pues no es persuasivo que, siendo las lágrimas de una sola cualidad, salieran de ellas unas aguas saladas y otras dulces. Esto es más persuasivo: que unas proceden de las lágrimas, y otras de los sudores. Y como también hay en el mundo algunas aguas calientes y ásperas, debes entender qué estaba haciendo y de qué miembro las emitió. Pues frutos de esta clase son apropiados para su argumento.

5. Cuando, pues, su Madre hubo recorrido toda pasión y a duras penas se hubo levantado, se volvió, dicen, a suplicar a aquella luz que la había abandonado, esto es, a Cristo; el cual, habiendo regresado al Pleroma, tuvo él mismo, según se da a entender, pereza de descender por segunda vez, pero le envió el Paráclito, esto es, el Salvador, dándole el Padre todo poder y entregándole todas las cosas bajo su potestad, y los Eones igualmente, para que en él fuesen creadas todas las cosas, visibles e invisibles, tronos, divinidades, dominaciones (Col 1,16). Y es enviado a ella con sus ángeles coetáneos. Y dicen que esta Achamoth, sobrecogida de reverencia ante él, primero se puso una cobertura por respeto; pero después, cuando lo vio con toda su fructificación, corrió hacia él, recibiendo poder de su vista. Y que él le dio la formación que es según el conocimiento, e hizo la curación de sus pasiones, separándolas de ella, y no las descuidó. Pues no era posible que fueran aniquiladas, como las de la primera, porque ya eran habituales y poderosas; sino que, dicen, apartándolas, las mezcló y las coaguló por separado, y las trasladó de una pasión incorpórea a una materia incorpórea; y así puso en ellas aptitud y naturaleza para que vinieran a compuestos y cuerpos, de modo que se hicieran dos sustancias, una mala, procedente de las pasiones, y otra, la de la conversión, pasible: y por esto dicen que el Salvador fabricó en potencia. Y enseñan que esta Achamoth, puesta fuera de la pasión, concibió por el gozo la visión de las luces que están con él, es decir, de los ángeles que estaban con él, y que, deleitada en su contemplación, dio a luz frutos según la imagen de él, un parto espiritual hecho según la semejanza de los acompañantes del Salvador.

Capítulo 5

Formatur Demiurgus. Quis et qualis ille? Hic caeterorum omnium, quae sunt extra Pleroma, conditor.

1. Tria igitur haec cum subsistant, secundum eos, unum quidem ex passione, quod erat materia; alterum vero de conversione, quod erat animale; alterum vero quod enixa est, quod est spirituale, sic conversa est in formationem ipsorum. Sed spiritale quidem non potuisse eam formare, quoniam ejusdem substantiae ei erat. Conversam autem in formationem ejus, quae facta erat de conversione ejus, animalis substantiae, emisisse quoque a Salvatore doctrinas. Et primo quidem formasse eam de animali substantia dicunt Deum Patrem et Salvatorem, et regem omnium ejusdem substantiae ei, id est animalium, quas dextras vocant; et eorum quae ex passione et ex materia, quas sinistras dicunt. Ea enim quae post eum sunt, eum dicunt formasse latenter motum a matre sua. Unde et Metropatorem, et Apatorem, et Demiurgum eum, et Patrem vocant; dextrorum quidem Patrem dicentes eum, id est psychicorum; sinistrorum vero, id est hylicorum, Demiurgum: omnium autem regem. Hanc enim Enthymesin volentem in Aeonum honorem omnia facere, imagines dicunt fecisse ipsorum, magis autem Salvatorem per ipsam. Et ipsam quidem in imagine invisibilis Patris conservasse incognitam a Demiurgo: hunc autem unigeniti Filii; reliquorum vero Aeonum eos, qui ab hoc facti sunt angeli et archangeli.

2. Patrem itaque et Deum dicunt factum eorum quae sunt extra Pleroma, fabricatorem esse omnium psychicorum et hylicorum. Separantem enim duas substantias confusas, et de incorporalibus corporalia facientem, fabricasse quae sunt coelestia et terrena, et factum hylicorum et psychicorum, dextrorum et sinistrorum fabricatorem, levium et gravium, sursum advolantium et deorsum devergentium; septem quoque coelos fecisse, super quos Demiurgum esse dicunt. Et propter hoc Hebdomadam vocant eum, matrem autem Achamoth, Ogdoada, servantem numerum primogenitae et primariae Pleromatis Ogdoadis. Septem autem coelos, quos intellectuales esse dicunt, angelos autem eos tradunt, et Demiurgum et ipsum angelum, Deo autem similem, quemadmodum et paradisum supra tertium coelum exsistentem virtute archangelum quartum dicunt esse, et ab hoc aliquid accepisse Adam conversatum in eo.

3. Haec autem Demiurgum dicunt a semetipso quidem putasse in totum fabricasse; fecisse autem ea Achamoth. Coelum enim fecisse nescientem coelum, et hominem plasmasse ignorantem hominem, terram autem ostendisse non scientem terram, et in omnibus sic dicunt ignorasse eum figuras eorum, quae faciebat, et ipsam matrem, semetipsum autem putasse omnia esse. Causam autem ei fuisse matrem ejus talis opinationis dicunt, quae sic voluerit producere eum: caput quidem et initium suae substantiae, dominum autem universae operationis. Hanc autem matrem et Ogdoadem vocant, et Sophiam, et Terram, et Hierusalem, et Spiritum sanctum, et Dominum masculiniter. Habere autem medietatis locum eam, et esse quidem super Demiurgum, subtus autem, sive extra Pleroma usque ad finem.

Es formado el Demiurgo. ¿Quién es y cómo es? Él es el creador de todo lo demás que está fuera del Pleroma.

1. Subsistiendo, pues, estas tres cosas, según ellos, una procedente de la pasión, que era la materia, otra de la conversión, que era lo animal, y otra que ella dio a luz, que es lo espiritual, así se volvió ella a la formación de ellas. Pero dicen que lo espiritual no pudo formarlo, porque era de su misma sustancia. Y que, vuelta a la formación de la sustancia animal, que se había hecho de su conversión, emitió también las enseñanzas procedentes del Salvador. Y dicen que primero formó de la sustancia animal a Dios Padre y Salvador, y rey de todas las cosas de su misma sustancia, es decir, de las animales, que llaman de la derecha, y de las que proceden de la pasión y de la materia, que llaman de la izquierda. Pues dicen que formó las cosas que vienen después de él, movido ocultamente por su madre. De donde lo llaman Metropator, y Apator, y Demiurgo, y Padre: llamándolo Padre de los de la derecha, es decir, de los psíquicos; y Demiurgo de los de la izquierda, es decir, de los hílicos; y rey de todos. Pues dicen que esta Enthymesis, queriendo hacer todas las cosas en honor de los Eones, hizo imágenes de ellos, o más bien el Salvador por medio de ella. Y que ella misma se conservó en imagen del Padre invisible, desconocida por el Demiurgo; él, en la del Hijo unigénito; y los ángeles y arcángeles hechos por él, en la de los demás Eones.

2. Dicen, pues, que fue hecho Padre y Dios de las cosas que están fuera del Pleroma, y que es el fabricador de todas las cosas psíquicas e hílicas. Pues, dicen, separando las dos sustancias confundidas, y haciendo de las incorpóreas las corporales, fabricó las cosas celestes y terrenas, y fue hecho fabricador de las hílicas y las psíquicas, de las de la derecha y las de la izquierda, de las ligeras y las pesadas, de las que vuelan hacia arriba y de las que se inclinan hacia abajo; e hizo también siete cielos, sobre los cuales dicen que está el Demiurgo. Y por esto lo llaman Hebdómada, y a la Madre Achamoth, Ogdóada, pues guarda el número de la Ogdóada primogénita y primera del Pleroma. Y los siete cielos, que dicen que son intelectuales, los tienen por ángeles; y al Demiurgo mismo también por ángel, pero semejante a Dios; como también dicen que el paraíso, que está sobre el tercer cielo, es en poder un cuarto arcángel, y que de él recibió algo Adán mientras vivió en él.

3. Dicen que el Demiurgo pensaba que había fabricado del todo por sí mismo estas cosas; pero que las hizo Achamoth. Pues hizo el cielo sin conocer el cielo, y plasmó al hombre sin conocer al hombre, y mostró la tierra sin saber de la tierra; y en todo, dicen, ignoró así las figuras de las cosas que hacía, y a la madre misma, y pensó que él mismo era todas las cosas. Y dicen que la causa de tal opinión fue para él su madre, que quiso producirlo así: cabeza y principio de su propia sustancia, y señor de toda la operación. A esta Madre la llaman también Ogdóada, y Sophia, y Tierra, y Jerusalén, y Espíritu Santo, y Señor, en masculino. Y que ocupa el lugar del Medio, y está sobre el Demiurgo, pero debajo, o fuera, del Pleroma, hasta el fin.

4. Quoniam quidem materialem substantiam ex tribus passionibus constare dicunt, timore, et tristitia, et aporia; de timore quidem, et de conversione animalia subsistentiam accepisse; de conversione quidem Demiurgum volunt genesin habuisse; de timore autem reliquam omnem animalem substantiam mutorum animalium, et hominum. Et propter hoc superiorem eum exsistentem praescire quae sunt spiritalia, et se putasse solum Deum, et per prophetas dixisse: Ego Deus, et praeter me nemo. De tristitia autem spiritalia malitiae docent facta: unde et diabolum genesin habuisse (quem et Cosmocratorem vocant), et daemonia, et omnem spiritalem malitiae substantiam. Sed Demiurgum quidem psychicum filium matris suae dicunt, Cosmocratorem vero creaturam Demiurgi: et Cosmocratorem quidem intelligere ea quae sunt supra eum, quoniam sit spiritalis malitia; Demiurgum vero ignorare, cum sit animalis. Habitare matrem quidem ipsorum in eo qui sit coelestis locus, hoc est, in medietate; Demiurgum vero in eo, qui sit in coelo locus, hoc est, hebdomade; Cosmocratorem vero in eo, qui sit secundum nos, mundo. De expavescentia vero et aporia, quasi de vesaniori, corporalia, quemadmodum praediximus, mundi elementa facta esse; terram vero secundum expavescentiae statum, aquam vero secundum timoris motum, aerem vero secundum moestitiae fixionem; ignem vero omnibus iis inesse mortem et corruptelam, quemadmodum et ignorantiam tribus passionibus inabsconsam docent.

5. Cum fabricasset igitur mundum, fecit et hominem choicum, non autem ab hac arida terra, sed ab invisibili substantia, et ab effusibili et fluida materia accipientem: et in hunc insufflasse psychicum definiunt. Et hunc esse secundum imaginem et similitudinem factum: secundum imaginem quidem hylicum esse proximum quidem, sed non ejusdem substantiae esse Deo; secundum similitudinem vero psychicum; unde et spiritum vitae substantiam ejus dictam, cum sit ex spiritali defluitione. Post deinde circumdatam dicunt ei dermatinam tunicam: hanc autem sensibilem carnem esse volunt.

6. Partum vero matris ipsorum, quae est Achamoth, quem secundum inspectionem eorum angelorum, qui sunt erga Salvatorem, generavit, exsistentem ejusdem substantiae matri suae, spiritalem, et ipsum (enim) ignorasse Demiurgum dicunt: et latenter depositum esse in eum, nesciente eo, uti per eum in eam, quae ab eo esset, animam seminatum, et in materiale hoc corpus, gestatum quoque velut in utero in iis, et amplificatum, paratum fiat ad susceptionem perfectae rationis. Latuit igitur, quemadmodum dicunt, Demiurgum conseminatus insufflationi ejus a Sophia spiritalis homo, inenarrabili virtute et providentia. Quemadmodum enim matrem suam ignoravit, sic et semen ejus. Quod etiam ipsum Ecclesiam esse dicunt, exemplum superioris Ecclesiae: et hunc esse in semetipsis hominem volunt, uti habeant animam quidem a Demiurgo, corpus autem a limo, et carneum a materia, spiritalem vero hominem a matre Achamoth.

4. Pues como dicen que la sustancia material consta de tres pasiones, temor, y tristeza, y aporía: del temor y de la conversión recibieron su subsistencia las cosas animales; de la conversión pretenden que tuvo su génesis el Demiurgo; y del temor, toda la restante sustancia animal, la de los animales mudos y la de los hombres. Y por esto, dicen, él, siendo superior, conoce de antemano las cosas espirituales, y pensó que era el único Dios, y dijo por medio de los profetas: Yo soy Dios, y fuera de mí no hay nadie (Is 45,5; 46,9). De la tristeza enseñan que fueron hechas las cosas espirituales de la malicia: de donde tuvo su génesis también el diablo (al que llaman también Cosmocrator), y los demonios, y toda la sustancia espiritual de la malicia. Pero dicen que el Demiurgo es hijo psíquico de su madre, y el Cosmocrator, criatura del Demiurgo: y que el Cosmocrator entiende las cosas que están sobre él, porque es una malicia espiritual; pero el Demiurgo las ignora, por ser animal. Y que su Madre habita en el que es el lugar celeste, esto es, en el Medio; el Demiurgo, en el lugar que está en el cielo, esto es, en la Hebdómada; y el Cosmocrator, en el mundo que es el nuestro. Y que del espanto y de la aporía, como de lo más vesánico, fueron hechos, como dijimos antes, los elementos corporales del mundo: la tierra según la inmovilidad del espanto, el agua según el movimiento del temor, el aire según la fijeza de la tristeza; y enseñan que el fuego está en todos ellos como muerte y corrupción, como también la ignorancia está escondida en las tres pasiones.

5. Habiendo fabricado, pues, el mundo, hizo también al hombre coico, tomándolo no de esta tierra seca, sino de una sustancia invisible, y de una materia derramable y fluida; y en este, establecen, insufló al psíquico. Y que este fue hecho según la imagen y semejanza: según la imagen, el hílico, próximo ciertamente, pero no de la misma sustancia que Dios; según la semejanza, el psíquico; de donde también su sustancia fue llamada espíritu de vida, por proceder de una efluxión espiritual. Después dicen que se le puso alrededor la túnica de piel: y pretenden que esta es la carne sensible.

6. Y el parto de su Madre, que es Achamoth, que ella engendró según la contemplación de los ángeles que rodean al Salvador, siendo de la misma sustancia que su madre, espiritual, dicen que también el Demiurgo lo ignoró; y que fue depositado ocultamente en él, sin que él lo supiera, para que, sembrado por medio de él en el alma que procedía de él, y en este cuerpo material, llevado en ellos como en un útero y engrandecido, llegara a estar preparado para recibir la razón perfecta. Así, pues, como dicen, el hombre espiritual, sembrado por Sophia juntamente con su insuflación, pasó inadvertido al Demiurgo, por un poder y una providencia inenarrables. Pues como ignoró a su madre, así también a su simiente. Y dicen que esto mismo es la Iglesia, copia de la Iglesia superior: y pretenden que este es el hombre que hay en ellos mismos, de modo que tienen el alma del Demiurgo, el cuerpo del limo, lo carnal de la materia, y el hombre espiritual de la madre Achamoth.

Caput VI

Triplex haereticorum homo. Bona opera sibi inutilia, solis Catholicis necessaria dicebant. Nullis flagitiis pollui se posse putabant. Perditi eorum mores.

1. Cum sint igitur tria, alterum materiale (quod etiam sinistrum vocant) ex necessitate perire dicunt, quippe cum nullam spirationem incorruptelae recipere possit: animale vero, (quod etiam dextrum appellant) cum sit medium spiritalis et materialis, illuc redigi, quocunque declinaverit; spiritale vero emissum esse, uti hic animali conjunctum formetur, coeruditum ei in conversatione. Et hoc esse dicunt sal, et lumen mundi. Opus erat enim animali sensibilibus disciplinis. Ob quam causam et mundum fabricatum dicunt, et Salvatorem ad hoc venisse animale, quia suae potestatis est, ut id salvet. Quae enim salvaturus erat, eorum primitias eum suscepisse dicunt: ab Achamoth quidem spiritale, a Demiurgo autem indutum psychicum (id est, animalem) Christum, a dispositione autem circumdatum corpus, animalem habens substantiam, paratum vero inenarrabili arte, ut et visibile, et palpabile, et passibile fieret. Et hylicum autem nihil omnino suscepit: non enim esse hylicum capacem salutis. Consummationem vero futuram, cum formatum et perfectum fuerit scientia omne spiritale, hoc est homines qui perfectam agnitionem habent de Deo, et hi qui ab Achamoth initiati sunt mysteria; esse autem hos semetipsos dicunt.

2. Erudiuntur autem psychica (id est animalia), psychici (id est animales) homines, qui per operationem, et fidem nudam firmantur, et non perfectam agnitionem habent. Esse autem hos nos, qui sumus ab Ecclesia, dicunt. Quapropter et nobis quidem necessariam esse bonam conversationem respondent; aliter enim impossibile esse salvari. Semetipsos autem non per operationem, sed eo quod sint naturaliter spiritales, omnimodo salvari dicunt. Quemadmodum enim choicum impossibile est salutem percipere (non enim esse illum capacem salutis dicunt), sic iterum quod spiritale (quod semetipsos esse volunt) impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscunque fuerint factis. Quemadmodum enim aurum in coeno depositum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, cum coenum nihil nocere auro possit: sic et semetipsos dicunt, licet in quibuscunque materialibus operibus sint, nihil semetipsos noceri, neque amittere spiritalem substantiam.

Capítulo 6

El hombre triple de los herejes. Decían que las buenas obras eran inútiles para ellos y necesarias solo a los católicos. Creían que ninguna infamia podía mancharlos. Sus costumbres perdidas.

1. Siendo, pues, tres las cosas, dicen que lo material (que llaman también izquierdo) perece por necesidad, porque no puede recibir ningún soplo de incorrupción; que lo animal (que llaman también derecho), siendo intermedio entre lo espiritual y lo material, va a parar allí adonde se incline; y que lo espiritual fue emitido para que, unido aquí a lo animal, fuese formado, instruido juntamente con él en el modo de vida. Y dicen que esto es la sal y la luz del mundo (Mt 5,13-14). Pues lo animal tenía necesidad de enseñanzas sensibles. Por esta causa dicen que fue fabricado el mundo, y que el Salvador vino a lo animal para esto, porque es de su propia potestad, para salvarlo. Pues dicen que tomó las primicias de aquellos a quienes iba a salvar: de Achamoth, lo espiritual; del Demiurgo se revistió del Cristo psíquico (es decir, animal); y de la disposición, un cuerpo puesto en torno a él, que tenía sustancia animal, pero preparado con arte inenarrable para que se hiciera visible, y palpable, y pasible. Y de lo hílico no tomó nada en absoluto: pues dicen que lo hílico no es capaz de salvación. Y que la consumación sobrevendrá cuando todo lo espiritual haya sido formado y perfeccionado en la ciencia, esto es, los hombres que tienen el conocimiento perfecto de Dios, y los que han sido iniciados por Achamoth en los misterios; y dicen que estos son ellos mismos.

2. Y son instruidas las cosas psíquicas (es decir, animales), los hombres psíquicos (es decir, animales), que se afirman por la acción y la fe desnuda, y no tienen el conocimiento perfecto. Y dicen que estos somos nosotros, los que somos de la Iglesia. Por lo cual responden que para nosotros es necesario el buen modo de vida; pues de otro modo, dicen, es imposible salvarse. Pero dicen que ellos mismos se salvan de todos modos, no por la acción, sino por ser espirituales por naturaleza. Pues así como es imposible que lo coico reciba la salvación (pues dicen que no es capaz de salvación), así a su vez, dicen, es imposible que lo espiritual (que pretenden ser ellos mismos) reciba corrupción, cualesquiera que sean las acciones en que se hayan hallado. Pues como el oro depositado en el fango no pierde su belleza, sino que guarda su naturaleza, porque el fango no puede dañar en nada al oro, así también dicen de sí mismos que, en cualesquiera obras materiales que estén, ellos mismos no sufren daño alguno ni pierden la sustancia espiritual.

3. Quapropter et intimorate omnia, quae vetantur, hi qui sunt ipsorum perfecti operantur, de quibus Scripturae confirmant, quoniam qui faciunt ea, regnum Dei non haereditabunt. Etenim idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab iis putantes, et in omnem diem festum ethnicorum, pro voluptate in honore idolorum factum, primi conveniunt; uti in nihilo quidem abstineant, quod est apud Deum et apud homines odiosum, muneris homicidiale spectaculum. Quidam autem et carnis voluptatibus insatiabiliter inservientes, carnalia carnalibus, spiritalia spiritalibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex ipsis clam eas mulieres, quae discunt ab eis doctrinam hanc, corrumpunt; quemadmodum multae saepe ab iis suasae, post conversae mulieres ad Ecclesiam Dei, cum reliquo errore et hoc confessae sunt. Alii vero et manifeste, ne quidem erubescentes, quascunque adamaverint mulieres, has a viris suis abstrahentes, suas nuptas fecerunt. Alii vero valde modeste initio, quasi cum sororibus fingentes habitare, procedente tempore manifestati sunt, gravida sorore a fratre facta.

4. Et alia multa odiosa et irreligiosa facientes, nos quidem, qui per timorem Dei timemus etiam usque in mentibus nostris et sermonibus peccare, arguunt quasi idiotas, et nihil scientes; semetipsos extollunt, perfectos vocantes, et semina electionis. Nos enim in usu gratiam accipere dicunt, quapropter et auferri a nobis: semetipsos autem proprie possidere, desursum ab inenarrabili et innominabili syzygia descendentem habere gratiam, et propterea adjici eis. Quapropter ex omni modo oportere eos semper syzygiae meditari mysterium. Et hoc suadent insensibilibus, iis sermonibus dicentes sic: Quicunque in saeculo est, et uxorem non amat, ut ei conjungatur, non est de veritate, et non transiet in veritatem. Qui autem de saeculo est mistus mulieri, non transit in veritatem; quoniam in concupiscentia mistus est mulieri. Quapropter nobis quidem, quos psychicos vocant, et de saeculo esse dicunt, necessariam continentiam, et bonam operationem, uti per eam veniamus in medietatis locum; sibi autem, spiritalibus et perfectis vocatis, nullo modo. Non enim operatio in Pleroma inducit, sed semen, quod est inde pusillum quidem emissum, hic autem perfectum factum.

Caput VII

Perfecto universo semine matrem Achamoth, cum spiritalibus hominibus, in Pleroma transituram; Demiurgum, cum animalibus, in medietatis locum; hominem vero choicum in corruptelam abiturum. Materia igne consumenda. Blasphemia in Christi veram ex B. Virgine Incarnationem. Divisio prophetiarum, et de earum origine. Supina Demiurgi ignoratio.

3. Por lo cual los que son perfectos entre ellos hacen sin temor todas las cosas que están prohibidas, de las cuales afirman las Escrituras que los que las hacen no heredarán el reino de Dios (Gál 5,21). Pues comen indiferentemente lo sacrificado a los ídolos, pensando que no se contaminan en nada por ello, y son los primeros en acudir a toda fiesta de los paganos celebrada por placer en honor de los ídolos; de modo que no se abstienen ni siquiera de lo que es odioso a Dios y a los hombres, el espectáculo homicida de los combates de gladiadores. Y algunos, entregándose insaciablemente a los placeres de la carne, dicen que se dan las cosas carnales a lo carnal y las espirituales a lo espiritual. Y algunos de ellos corrompen a escondidas a las mujeres que aprenden de ellos esta doctrina; como muchas mujeres, a menudo persuadidas por ellos y convertidas después a la Iglesia de Dios, lo han confesado también junto con el resto de su error. Otros, en cambio, abiertamente y sin sonrojarse siquiera, apartaron de sus maridos a cualesquiera mujeres de las que se enamoraron, y las hicieron sus esposas. Otros, en fin, muy recatadamente al principio, fingiendo vivir con ellas como con hermanas, fueron descubiertos con el paso del tiempo, cuando la hermana quedó encinta del hermano.

4. Y haciendo otras muchas cosas odiosas e irreligiosas, a nosotros, que por el temor de Dios tememos pecar incluso en nuestras mentes y palabras, nos reprochan como a iletrados que no saben nada; y se ensalzan a sí mismos, llamándose perfectos y simientes de la elección. Pues dicen que nosotros recibimos la gracia en préstamo, y por eso se nos quita; pero que ellos la poseen como propia, teniendo la gracia que desciende de arriba, de la sicigia inenarrable e innombrable, y que por eso se les añade. Por lo cual, dicen, es necesario que ellos ejerciten siempre de todos modos el misterio de la sicigia. Y persuaden de esto a los insensatos, diciendo con estas palabras: «Todo el que está en el siglo y no ama a una esposa para unirse a ella, no es de la verdad y no pasará a la verdad. Pero el que es del siglo y se ha mezclado con una mujer no pasa a la verdad, porque se ha mezclado con una mujer en concupiscencia». Por lo cual para nosotros, a quienes llaman psíquicos y dicen que somos del siglo, son necesarias, dicen, la continencia y la buena acción, para que por ella lleguemos al lugar del Medio; pero para ellos, llamados espirituales y perfectos, de ningún modo. Pues no es la acción, dicen, la que introduce en el Pleroma, sino la simiente, que fue emitida de allí pequeñita, pero aquí se hace perfecta.

Capítulo 7

Que, consumada toda la simiente, la Madre Achamoth pasará con los hombres espirituales al Pleroma; el Demiurgo, con los hombres animales, al lugar del Medio; y el hombre coico irá a la corrupción. La materia ha de ser consumida por el fuego. Blasfemia contra la verdadera Encarnación de Cristo de la bienaventurada Virgen. División de las profecías, y su origen. La supina ignorancia del Demiurgo.

1. Cum autem universum semen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipsorum transire de medietatis loco dicunt, et intra Pleroma introire, et recipere sponsum suum Salvatorem, qui est ex omnibus factus, uti syzygia fiat Salvatoris et Sophiae, quae est Achamoth. Et hoc esse sponsum et sponsam: Nymphonem vero, universum Pleroma. Spiritales vero, exspoliatos animas, et spiritus intellectuales factos, inapprehensibiliter et invisibiliter intra Pleroma ingressos, sponsas reddi iis, qui circa Salvatorem sunt angelis. Demiurgum vero transire et ipsum in matris suae Sophiae locum, hoc est in medietatem. Justorum quoque animas refrigerare et ipsas in medietatis loco. Nihil enim psychicum intra Pleroma transire. His autem factis ita, is qui latet in mundo ignis exardescens, et comprehendens universam materiam, consumit, et ipsum simul consumptum abire in id, ut jam non sit. Demiurgum autem nihil horum cognovisse ostendunt ante Salvatoris adventum.

2. Sunt autem qui dicunt emisisse eum et Christum Filium suum, sed et animalem: et de hoc per prophetas locutum esse. Esse autem hunc, qui per Mariam transierit, quemadmodum aqua per tubum transit, et in hunc in baptismate descendisse illum, qui esset de Pleromate ex omnibus, Salvatorem in figura columbae; fuisse autem in eo et illud, quod est ab Achamoth, semen spiritale. Dominum igitur nostrum ex quatuor iis compositum fuisse dicunt, servantem typum primogenitae et primae quaternationis; de spiritali, quod erat ab Achamoth; et de animali, quod erat de Demiurgo; et de dispositione, quod erat factum inenarrabili arte; et de Salvatore, quod erat illa, quae descendit in eum, columba. Et hunc quidem impassibilem perseverasse (non enim possibile erat pati eum, cum esset incomprehensibilis et invisibilis): et propter hoc ablatum esse, cum traheretur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritus Christi. Sed ne id quidem, quod a matre erat semen, passum esse dicunt. Impassibile enim et illud, quippe spiritale, et invisibile etiam ipsi Demiurgo. Passus est autem secundum hos, animalis Christus, et ille qui ex dispositione fabricatus in mysterio, ut ostendat per eum mater typum superioris Christi, illius qui extensus est Cruci, et formavit Achamoth formationem secundum substantiam: omnia enim haec exempla illorum esse dicunt.

3. Eas vero, quae habuerunt semen id quod est ab Achamoth, animas, meliores dicunt fuisse quam reliquas: quapropter et plus eas dilectas a Demiurgo, non sciente causam, sed a semetipso putante esse tales. Quapropter et in prophetas, aiunt, distribuebat eas, et sacerdotes, et reges. Et multa de hoc semine dicta per prophetas exponunt: quippe cum altioris naturae esset. Multa autem et matrem de superioribus dixisse dicunt; sed et per hunc, et per eas, quae ab hoc factae sunt animae.

1. Y cuando toda la simiente haya sido perfeccionada, dicen que su Madre Achamoth pasa del lugar del Medio y entra dentro del Pleroma, y recibe a su esposo, el Salvador, que fue hecho de todos, para que se haga la sicigia del Salvador y de Sophia, que es Achamoth. Y que esto es el esposo y la esposa; y el Nymphon, todo el Pleroma. Y que los espirituales, despojados de sus almas y hechos espíritus intelectuales, entrando dentro del Pleroma de modo inaprensible e invisible, son dados como esposas a los ángeles que rodean al Salvador. Y que el Demiurgo pasa también él al lugar de su madre Sophia, esto es, al Medio. Y que también las almas de los justos se refrescan en el lugar del Medio. Pues nada psíquico, dicen, pasa dentro del Pleroma. Y, hechas así estas cosas, el fuego que está escondido en el mundo, ardiendo y apoderándose de toda la materia, la consume, y dicen que él mismo, consumido juntamente con ella, desaparece hasta no existir ya. Y muestran que el Demiurgo no conoció nada de esto antes de la venida del Salvador.

2. Hay algunos que dicen que él emitió también a Cristo, su Hijo, pero animal; y que de este habló por medio de los profetas. Y que este es el que pasó a través de María como el agua pasa a través de un tubo; y que sobre él descendió en el bautismo aquel que provenía del Pleroma, de todos, el Salvador, en figura de paloma; y que hubo en él también lo que procede de Achamoth, la simiente espiritual. Dicen, pues, que nuestro Señor estaba compuesto de estos cuatro, guardando el tipo del primogénito y primer cuaternario: de lo espiritual, que provenía de Achamoth; y de lo animal, que provenía del Demiurgo; y de la disposición, que había sido hecho con arte inenarrable; y del Salvador, que era aquella paloma que descendió sobre él. Y que este permaneció impasible (pues no era posible que padeciera, siendo incomprensible e invisible); y que por esto fue quitado, cuando era llevado ante Pilato, aquel que había sido depositado en él, el espíritu de Cristo. Pero dicen que ni siquiera la simiente que provenía de la madre padeció. Pues también aquella era impasible, por ser espiritual, e invisible incluso para el Demiurgo mismo. Pero padeció, según ellos, el Cristo animal, y aquel que fue fabricado de la disposición en misterio, para que por medio de él la madre mostrara el tipo del Cristo superior, de aquel que fue extendido en la Cruz y formó a Achamoth con la formación según la sustancia: pues dicen que todas estas cosas son copias de aquellas.

3. Y dicen que las almas que tuvieron la simiente que procede de Achamoth fueron mejores que las demás; y que por eso fueron más amadas por el Demiurgo, que no conocía la causa, sino que pensaba que eran tales por él mismo. Por lo cual, dicen, las distribuía entre los profetas, y los sacerdotes, y los reyes. Y exponen muchas cosas dichas por medio de los profetas acerca de esta simiente, puesto que era de naturaleza más alta. Y dicen que también la madre dijo muchas cosas acerca de las cosas superiores; pero por medio de él, y por medio de las almas hechas por él.

Ac deinceps dividunt prophetias, aliquid quidem a matre dictum docentes, aliquid a semine, aliquid autem ab ipso Demiurgo: et Jesum tantumdem aliquid quidem [per] Salvatorem dixisse, aliquid a matre, aliquid a Demiurgo, quemadmodum ostendemus procedente nobis sermone.

4. Demiurgum autem, quippe ignorantem quae essent super eum, moveri quidem in iis quae dicuntur, contempsisse vero ea, aliam atque aliam causam putantem, quam spiritus qui prophetat (habens et ipse suam aliquam motionem), sive hominem, sive perplexionem pejorum: et sic ignorantem conservasse usque ad adventum Salvatoris. Cum venisset autem Salvator, didicisse eum ab eo omnia dicunt, et in gaudium ei cessisse cum omni virtute sua, et eum esse illum in Evangelio centurionem, dicentem Salvatori: Et ego enim sub potestate mea habeo milites, et servos, et quod jussero, faciunt. Perfecturum autem eum eam, quae secundum ipsum est mundi creationem, usque ad id tempus quod oportet, maxime autem propter Ecclesiae diligentiam atque curam, et propter agnitionem praeparati praemii, quoniam in locum matris transibit.

5. Hominum autem tria genera dicunt, spiritale, psychicum, choicum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth; ut ostendant et ex his tres naturas, jam non secundum unumquemque, sed secundum genus. Et choicum quidem in corruptelam abire; animale vero, si meliora elegerit, in loco medietatis refrigeraturum; si vero pejora, transire et ipsum ad similia. Spiritalia vero inseminat Achamoth, ex illo tempore usque nunc, propter quod et animae erudientur quidem hic; et semina enutrita, quia pusilla emittantur, post deinde perfectione digna habita, sponsas reddi Salvatoris angelis respondent, animabus eorum ex necessitate in medietate cum Demiurgo refrigeraturis in aeternum. Et ipsas autem animas rursus subdividentes, dicunt quasdam quidem natura bonas, quasdam autem natura malas. Et bonas quidem has esse, quae capaces seminis fiunt; alias vero natura nequam, nunquam capere illud semen.

Caput VIII

Qui Scripturas detorquerent Valentiniani ad ea, quae impie fingebant.

1. Cum sit igitur tale illorum argumentum, quod neque prophetae praedicaverunt, neque Dominus docuit, neque apostoli tradiderunt, quod abundantius gloriantur plus quam caeteri cognovisse, de iis quae non sunt scripta legentes, et, quod solet dici, de arena resticulas nectere affectantes, fide digne aptare conantur iis quae dicta sunt, vel parabolas Dominicas, vel dictiones propheticas aut sermones apostolicos, ut figmentum illorum non sine teste esse videatur; ordinem quidem et textum Scripturarum supergredientes, et, quantum in ipsis est, solventes membra veritatis.

Y luego dividen las profecías, enseñando que una parte fue dicha por la madre, otra por la simiente, y otra por el Demiurgo mismo; y que asimismo Jesús dijo una parte [por medio del] Salvador, otra por la madre, otra por el Demiurgo, como mostraremos al avanzar nuestro discurso.

4. Y que el Demiurgo, como ignoraba las cosas que estaban por encima de él, se conmovía ciertamente con lo que se decía, pero lo despreciaba, atribuyéndolo a una causa u otra distinta del espíritu que profetiza (que tiene también él algún movimiento propio), o al hombre, o a la confusión de los peores; y que así permaneció ignorante hasta la venida del Salvador. Y que, venido el Salvador, aprendió de él todas las cosas, y se pasó gozosamente a él con todo su poder; y que él es aquel centurión del Evangelio que dice al Salvador: Pues también yo tengo bajo mi potestad soldados y siervos, y lo que mando, lo hacen (Mt 8,9; Lc 7,8). Y que llevará a término la creación del mundo que le corresponde, hasta el tiempo debido, sobre todo por su diligencia y cuidado de la Iglesia, y por el conocimiento del premio preparado: que pasará al lugar de la madre.

5. Dicen que hay tres géneros de hombres, el espiritual, el psíquico, el coico, como fueron Caín, Abel, Set; para mostrar también a partir de ellos las tres naturalezas, ya no en cada individuo, sino en el género. Y que el coico va a la corrupción; el animal, si elige lo mejor, se refrescará en el lugar del Medio; pero si lo peor, pasará también él a lo semejante. Y lo espiritual lo siembra Achamoth desde aquel tiempo hasta ahora; por lo cual también las almas serán instruidas aquí; y las simientes, nutridas, porque son emitidas pequeñitas, y tenidas después por dignas de la perfección, responden que son dadas como esposas a los ángeles del Salvador, mientras sus almas se refrescarán necesariamente en el Medio con el Demiurgo para siempre. Y subdividiendo a su vez las almas mismas, dicen que unas son buenas por naturaleza y otras malas por naturaleza. Y que las buenas son estas, que se hacen capaces de la simiente; pero las otras, malvadas por naturaleza, nunca contienen aquella simiente.

Capítulo 8

Cómo torcían los valentinianos las Escrituras hacia lo que impíamente fingían.

1. Siendo, pues, tal su argumento, que ni los profetas predicaron, ni el Señor enseñó, ni los apóstoles transmitieron, y del cual se glorían de haberlo conocido más abundantemente que los demás, leyendo de cosas que no están escritas, y, como suele decirse, empeñándose en trenzar cuerdas de arena, intentan ajustar de modo digno de fe a lo que fue dicho ya las parábolas del Señor, ya los dichos proféticos o las palabras apostólicas, para que su ficción no parezca carecer de testigo; sobrepasando el orden y el tejido de las Escrituras, y, en cuanto está en ellos, disolviendo los miembros de la verdad.

Transferunt autem, et transfingunt, et alterum ex altero facientes, seducunt multos, ex iis, quae aptant ex Dominicis eloquiis, male composito phantasmati. Quomodo si quis regis imaginem bonam, fabricatam diligenter ex gemmis pretiosis a sapiente artifice, solvens subjacentem hominis figuram, transferat gemmas illas, et reformans faciat ex iis formam canis, vel vulpeculae, et hanc male dispositam, dehinc confirmet et dicat, hanc esse regis illam imaginem bonam, quam sapiens artifex fabricavit, ostendens gemmas, quae bene quidem a primo artifice in regis imaginem compositae erant, male vero a posteriore in canis figuram translatae sunt; et per gemmarum phantasiam decipiat idiotas, qui comprehensionem regalis formae non habeant, et suadeat quoniam haec turpis vulpeculae figura illa est bona regis imago: eodem modo et hi anicularum fabulas assuentes, post deinde sermones, et dictiones, et parabolas hinc inde auferentes, adaptare volunt fabulis suis eloquia Dei. Et quanta quidem iis, qui sunt intra Pleroma, aptant, diximus.

2. Quanta autem de iis, qui extra Pleroma sunt ipsorum, ad suos insinuare conantur ex Scripturis, sunt talia: Dominum in novissimis mundi temporibus propter hoc venisse ad passionem dicunt, ut ostendat, quae circa novissimum Aeonum facta est, passionem, et per hunc finem manifestet finem ejus, quae est circa Aeonas, dispositionis. Duodecim autem annorum virginem illam, archisynagogi filiam, quam insistens Dominus a mortuis liberavit, typum esse narrant Achamoth, quam extensus Christus eorum figuravit, et ad sensibilitatem adduxit ejus, quod dereliquerat eam, luminis. Quoniam autem ei manifestavit semetipsum Salvator exsistenti extra Pleroma in abortionis partu, Paulum dicunt dixisse in prima ad Corinthios Epistola: Novissime autem tanquam abortivo visus est et mihi. Et illam quae est cum coaetaneis Salvatoris adventationem ad Achamoth, similiter manifestasse eum in eadem Epistola dicentem: Oportere mulierem velamen habere in capite, propter angelos. Et quoniam adventante Salvatore ad eam, propter verecundiam velamen imposuit Achamoth in faciem suam. Et passiones autem, quas passa est, significasse Dominum dicunt (in hoc quidem, quod derelicta est a lumine) in eo, cum dicit in cruce: Deus meus, Deus meus, utquid me dereliquisti? manifestasse eum, quoniam derelicta est a lumine Sophia, et prohibita est ab Horo in priora impetum facere. Taedium autem ejus, in eo quod dixisset: Quam tristis est anima mea! Timorem autem, in eo quod dixerit: Pater, si possibile est, transeat a me calix. Et aporiam autem (id est consternationem), similiter in eo quod dixerit: Et quid dicam, nescio.

Y trasladan y transforman, y, haciendo una cosa de otra, seducen a muchos con lo que ajustan, tomado de los oráculos del Señor, a su fantasma mal compuesto. Como si alguien, tomando una hermosa imagen de un rey, fabricada cuidadosamente con gemas preciosas por un sabio artífice, deshiciera la figura de hombre que está debajo, trasladara aquellas gemas y, recomponiéndolas, hiciera con ellas la forma de un perro o de una zorra, y esta mal dispuesta; y luego afirmara y dijera que esta es aquella hermosa imagen del rey que fabricó el sabio artífice, mostrando las gemas, que habían sido bien compuestas por el primer artífice en la imagen del rey, pero mal trasladadas por el posterior a la figura de un perro; y con la apariencia de las gemas engañara a los iletrados, que no tienen comprensión de la forma del rey, y los persuadiera de que esta fea figura de zorra es aquella hermosa imagen del rey: del mismo modo también estos, cosiendo fábulas de viejas, y arrancando luego de aquí y de allá palabras, y dichos, y parábolas, quieren adaptar a sus fábulas los oráculos de Dios. Y cuánto ajustan a los que están dentro del Pleroma, ya lo hemos dicho.

2. Y lo que, acerca de los que están fuera de su Pleroma, intentan inculcar a los suyos a partir de las Escrituras es de esta clase: dicen que el Señor vino a la pasión en los últimos tiempos del mundo para mostrar la pasión que ocurrió en torno al último de los Eones, y para manifestar por su fin el fin de la disposición que concierne a los Eones. Y narran que aquella virgen de doce años, la hija del jefe de la sinagoga, a la que el Señor, inclinado sobre ella, libró de entre los muertos, es tipo de Achamoth, a la que su Cristo, extendido, configuró y llevó a la percepción de la luz que la había abandonado. Y que el Salvador se le manifestó a ella, que estaba fuera del Pleroma, como en un parto abortivo, dicen que lo dijo Pablo en la primera Epístola a los Corintios: Y por último, como a un abortivo, se me apareció también a mí (1 Cor 15,8). Y que la venida del Salvador con sus coetáneos a Achamoth la manifestó igualmente en la misma Epístola, diciendo: Que la mujer debe tener un velo sobre la cabeza, a causa de los ángeles (1 Cor 11,10). Y que, al venir el Salvador a ella, Achamoth se puso un velo sobre el rostro por pudor. Y dicen que el Señor significó las pasiones que ella padeció (en esto, a saber, que fue abandonada por la luz) cuando dice en la cruz: Dios mío, Dios mío, ¿por qué me has abandonado? (Mt 27,46); que con esto manifestó que Sophia fue abandonada por la luz, y fue impedida por Horos de lanzarse hacia adelante. Y su tedio, en que dijo: ¡Qué triste está mi alma! (Mt 26,38) Y su temor, en que dijo: Padre, si es posible, pase de mí el cáliz (Mt 26,39). Y su aporía (es decir, consternación) igualmente, en que dijo: Y qué diré, no lo sé (Jn 12,27).

3. Tria autem genera hominum ostendisse docent eum; hylicum quidem, in eo quod responderit dicenti: Sequar te? Non habet filius hominis ubi caput reclinet. Animale autem, in eo quod dixerit dicenti: Sequar te, permitte autem mihi ire et renuntiare domesticis: Nemo super aratrum manum imponens, et in posteriora respiciens, aptus est regno coelorum. Hunc autem dicunt de mediis esse. Et illum autem similiter, qui multas partes justitiae confitebatur se fecisse, post deinde noluisse sequi, sed a divitiis victum, ut ne fieret perfectus, et hunc de psychico genere fuisse volunt. Spiritale vero, in eo quod dicit: Remitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autem vade et annuntia regnum Dei; et Zacchaeo publicano, dicens: Properans descende, quoniam hodie in domo tua oportet me manere. Et fermenti parabolam, quod mulier abscondisse dicitur in farinae sata tria, tria genera manifestare dicunt. Mulierem quidem, Sophiam dici docent; farinae vero sata tria, tria genera hominum, spiritale, animale, choicum. Fermentum vero, ipsum Salvatorem dictum dicunt. Et Paulum autem manifeste dixisse choicos, animales, spiritales. Alibi quidem: Qualis choicus, tales et choici. Alibi autem: Animalis homo non percipit quae sunt spiritus. Alibi autem: Spiritalis examinat omnia. Animalis autem non percipit quae sunt spiritus, de Demiurgo dictum dicunt, qui cum psychicus sit, non cognoverit neque matrem spiritalem exsistentem, neque semen ejus, neque eos, qui sunt in Pleromate, Aeones. Quoniam autem eorum, quos salvaturus erat Salvator, initia accepit, Paulum dixisse: Et si delibatio sancta, et massa. Delibationem quidem, quod est spiritale dictum docentes; conspersionem autem nos, id est psychicam Ecclesiam, cujus substantiam assumpsisse dicunt eum, et cum semetipso erexisse, quoniam erat ipse fermentum.

4. Et quoniam erravit Achamoth extra Pleroma, et formata est a Christo, et quaesita est a Salvatore, manifestare eum dicunt, in eo quod dixit, semetipsum venisse ad eam quae errasset ovem. Ovem enim errantem, matrem suam referunt dici, ex qua eam, quae sit hic, volunt esse seminatam Ecclesiam; errorem autem, eam, quae est extra Pleroma, in omnibus passionibus immorationem, ex quibus factam materiam tradunt. Mulierem autem illam, quae mundat domum, et invenit drachmam, superiorem Sophiam narrant dici, quae cum perdidisset intentionem suam, post deinde mundatis omnibus per Salvatoris adventum, invenit eam; quoniam et haec restituitur, secundum eos, intra Pleroma. Symeon autem eum, qui in manus suas accepit Christum, et gratias egit Deo, et dixit: Nunc remittis servum tuum, Domine, secundum sermonem tuum in pace: typum esse Demiurgi dicunt, qui veniente Salvatore didicit transpositionem suam, et gratias egit Bytho.

3. Y enseñan que mostró los tres géneros de hombres: el hílico, en lo que respondió al que le decía: ¿Te seguiré? El Hijo del hombre no tiene dónde reclinar la cabeza (Lc 9,57-58). Y el animal, en lo que dijo al que le decía: Te seguiré, pero permíteme ir a despedirme de los de mi casa: Nadie que pone la mano sobre el arado y mira hacia atrás es apto para el reino de los cielos (Lc 9,61-62). Y dicen que este es de los intermedios. Y asimismo aquel que confesaba haber cumplido muchas partes de la justicia, pero luego no quiso seguirle, sino que, vencido por las riquezas, no llegó a ser perfecto, pretenden que también este fue del género psíquico. Y el espiritual, en que dice: Deja que los muertos entierren a sus muertos; tú, en cambio, ve y anuncia el reino de Dios (Lc 9,60); y diciendo a Zaqueo el publicano: Baja deprisa, porque hoy debo quedarme en tu casa (Lc 19,5). Y dicen que la parábola de la levadura, que se dice que una mujer escondió en tres medidas de harina, manifiesta los tres géneros. Enseñan que la mujer se dice de Sophia; las tres medidas de harina, de los tres géneros de hombres, el espiritual, el animal, el coico. Y dicen que la levadura se dice del Salvador mismo. Y que Pablo habló claramente de coicos, animales, espirituales. En un lugar: Cual el coico, tales también los coicos (1 Cor 15,48). En otro: El hombre animal no percibe las cosas que son del Espíritu (1 Cor 2,14). En otro: El espiritual examina todas las cosas (1 Cor 2,15). Pero el animal no percibe las cosas que son del Espíritu, dicen que fue dicho del Demiurgo, que, siendo psíquico, no conoció ni a la madre, que es espiritual, ni su simiente, ni a los Eones que están en el Pleroma. Y que el Salvador recibió los comienzos de aquellos a quienes iba a salvar, dicen que lo dijo Pablo: Y si las primicias son santas, también la masa (Rom 11,16). Enseñan que las primicias se dicen de lo espiritual; y que la masa somos nosotros, es decir, la Iglesia psíquica, cuya sustancia dicen que él asumió y levantó consigo, puesto que él mismo era la levadura.

4. Y que Achamoth anduvo errante fuera del Pleroma, y fue formada por Cristo, y fue buscada por el Salvador, dicen que él lo manifestó al decir que había venido a la oveja que se había extraviado. Pues refieren que con la oveja extraviada se designa a su madre, de la cual pretenden que fue sembrada la Iglesia que está aquí; y con el extravío, su permanencia fuera del Pleroma en todas las pasiones, de las cuales enseñan que se hizo la materia. Y narran que aquella mujer que limpia la casa y encuentra la dracma se dice de la Sophia superior, que, habiendo perdido su Intención, después, purificadas todas las cosas por la venida del Salvador, la encontró; pues también esta, según ellos, es restituida dentro del Pleroma. Y dicen que Simeón, que tomó en sus manos a Cristo, y dio gracias a Dios, y dijo: Ahora despides a tu siervo, Señor, según tu palabra, en paz (Lc 2,29), es tipo del Demiurgo, que a la venida del Salvador aprendió su traslado y dio gracias a Bythus.

Et per Annam, quae in Evangelio dicitur septem annis cum viro vixisse, reliquum autem omne tempus vidua perseverasse, donec vidisset Salvatorem, et agnovisset eum, et loqueretur de eo omnibus, manifestissime Achamoth significari dicunt: quae cum ad modicum vidisset tunc Salvatorem cum coaetaneis suis, postero omni tempore perseverans in medietate, sustinebat eum, quando iterum veniat, et reponat eam suae conjugationi. Et nomen autem ejus significatum a Salvatore, in eo quod dixerit: Justificata est sapientia a filiis ejus; et a Paulo autem sic: Sapientiam autem loquimur perfectis. Et conjugationes autem, quae sunt intra Pleroma, Paulum dixisse dicunt, in uno ostendentem. De ea enim conjugatione, quae est secundum hanc vitam, scribens ait: Hoc enim mysterium magnum est: dico autem in Christo et Ecclesia.

5. Adhuc autem Joannem discipulum Domini docent, primam ogdoadem, et omnium generationem significasse ipsis dictionibus: Itaque principium quoddam subjecit, quod primum factum est a Deo: quod etiam Nun vocat et Filium, et Unigenitum Domini vocat, in quo omnia Pater praemisit seminaliter. Ab hoc autem aiunt Verbum emissum, et in eo omnem Aeonum substantiam, quam ipsum postea formavit Verbum. Quoniam igitur de prima genesi dicit, bene a principio, hoc est a Filio et Verbo, doctrinam facit. Dicit autem sic: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Prius distinguens in tria, Deum, et Principium, et Verbum, iterum ea univit, uti et emissionem ipsorum utrorumque ostendat, id est Filii, et Verbi, et eam quae est ad invicem simul et ad Patrem unionem. In Patre enim et ex Patre principium, in principio autem et ex principio Verbum.

Bene igitur dixit: In principio erat Verbum; erat enim in Filio: et Verbum erat apud Deum; etenim principium: et Deus erat Verbum, consequenter; quod enim ex Deo natum est, Deus est. Hic enim erat in principio apud Deum, ostendit emissionis ordinem. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil; omnibus enim iis, qui post eum sunt, Aeonibus, formationis et generationis causa Verbum factum est. Sed quod factum est in eo, inquit, vita est; hic enim syzygias manifestavit: omnia enim, ait, per ipsum facta sunt, vita autem in ipso. Haec ergo quae in eo facta est, proximior est, quam ea quae per ipsum facta sunt; cum ipso est enim, et per ipsum fructificat. Quoniam infert: Et vita erat lux hominum. Hominem autem nunc et Ecclesiam simili nomine significavit, ut per unum nomen manifestet syzygiae communionem. Ex Logo enim et Zoe Homo generatur et Ecclesia. Lumen autem dixit hominum Vitam, quoniam illuminati sunt ab ea, quod est formatum et manifestatum. Hoc autem et Paulus dicit: Omne enim quod manifestatur, lumen est. Quoniam igitur Vita manifestavit, et generavit Hominem et Ecclesiam, lumen dicta est eorum.

Y dicen que por Ana, de la que se dice en el Evangelio que vivió siete años con su marido, y que todo el tiempo restante permaneció viuda, hasta que vio al Salvador, y lo reconoció, y hablaba de él a todos, se significa clarísimamente a Achamoth: la cual, habiendo visto entonces por un momento al Salvador con sus coetáneos, permaneciendo todo el tiempo posterior en el Medio, lo aguardaba, para cuando venga de nuevo y la reponga en su emparejamiento. Y que su nombre fue significado por el Salvador cuando dijo: La sabiduría ha sido justificada por sus hijos (Lc 7,35); y por Pablo así: Hablamos sabiduría entre los perfectos (1 Cor 2,6). Y dicen que Pablo habló de los emparejamientos que están dentro del Pleroma, mostrándolos en uno. Pues, escribiendo acerca del emparejamiento que es propio de esta vida, dice: Pues este misterio es grande: pero yo digo, en Cristo y en la Iglesia (Ef 5,32).

5. Además, enseñan que Juan, el discípulo del Señor, significó la primera Ogdóada y la generación de todas las cosas con estas mismas palabras: «Así, pues, puso como base un cierto Principio, que fue lo primero hecho por Dios; al cual llama también Nus e Hijo, y llama Unigénito del Señor, en el cual el Padre envió delante todas las cosas en simiente. Y de este», dicen, «fue emitido el Verbo, y en él toda la sustancia de los Eones, a la que después dio forma el Verbo mismo. Puesto que habla, pues, de la primera génesis, con razón comienza su enseñanza desde el Principio, esto es, desde el Hijo y el Verbo. Y habla así: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios: este estaba en el principio junto a Dios (Jn 1,1-2). Distinguiendo primero tres, Dios, y el Principio, y el Verbo, de nuevo los unió, para mostrar tanto la emisión de ambos, es decir, del Hijo y del Verbo, como su unión mutua y a la vez con el Padre. Pues en el Padre y del Padre está el Principio, y en el Principio y del Principio, el Verbo.

»Bien dijo, pues: En el principio era el Verbo; pues estaba en el Hijo: y el Verbo estaba junto a Dios; pues así también el Principio: y el Verbo era Dios (Jn 1,1), en consecuencia; porque lo que ha nacido de Dios es Dios. Pues este estaba en el principio junto a Dios (Jn 1,2) muestra el orden de la emisión. Todas las cosas fueron hechas por él, y sin él nada se hizo (Jn 1,3); pues para todos los Eones que vienen después de él el Verbo se hizo causa de formación y de generación. Pero lo que fue hecho en él, dice, es vida (Jn 1,3-4); aquí manifestó las sicigias: pues todas las cosas, dice, fueron hechas por él, pero la vida, en él. Esta, pues, que fue hecha en él, está más próxima que las cosas que fueron hechas por él; pues está con él, y por medio de él fructifica. Puesto que añade: Y la vida era la luz de los hombres (Jn 1,4). Y ahora significó a Hombre e Iglesia con un nombre semejante, para manifestar por un solo nombre la comunión de la sicigia. Pues de Logos y Zoe son engendrados Hombre e Iglesia. Y llamó a Vida luz de los hombres, porque fueron iluminados por ella, lo cual es ser formados y manifestados. Y esto lo dice también Pablo: Pues todo lo que se manifiesta es luz (Ef 5,13). Puesto que Vida manifestó y engendró a Hombre e Iglesia, fue llamada luz de ellos.

Aperte igitur manifestavit Joannes per sermones hos, et alia, et quaternationem secundam, Logon et Zoen, Anthropon et Ecclesiam.

Sed et primam significavit tetradem. Narrans enim de Salvatore, et docens omnia, quae extra Pleroma sunt, per eum formata, fructum quoque eum esse dicens intra Pleroma: etenim lumen dixit illum, quod in tenebris lucet, et non comprehenditur ab eis, quoniam omnia, quae facta sunt ex passione, formans, ignoratus est ab eis. Et Filium, et Veritatem, et Vitam dicit eum, et Verbum carnem factum (cujus gloriam vidimus, ait, et gloria ejus, qualis erat Unigeniti, quae a Patre data est ei), plenum gratia et veritate. Dicit autem sic: Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate. Diligenter igitur ostendit primam quaternationem, Patrem dicens, et Gratiam, et Monogenem, et Veritatem. Sic Joannes de prima et matre omnium Aeonum ogdoade dixit. Patrem enim dixit, et Gratiam, et Monogenem, et Veritatem, et Verbum, et Vitam, et Hominem, et Ecclesiam. Et Ptolemaeus quidem ita.

Caput IX

Impugnantur impiae Haereticorum interpretationes.

1. Vides igitur, dilectissime, adinventionem, qua utentes seducunt semetipsos, calumniantes Scripturis, fictionem suam ex eis constare adnitentes. Propter hoc enim et ipsas eorum apposui astutias et dictiones, ut ex eis consideres malitiam inventionis et nequitiam erroris. Primo enim si propositum esset Joanni, illam, quae sursum est, octonationem ostendere, ordinem custodisset utique emissionis, et primam quaternationem, cum sit venerabilior (quemadmodum dicunt), in primis utique posuisset nominibus, et sic adjunxisset secundam, ut per ordinem nominum ordo ostenderetur octonationis: et non utique post tantum intervallum, quasi oblitus, deinde commemoratus, in novissimo primae memoratus fuisset quaternationis. Deinde autem et conjugationes significare volens, et Ecclesiae non praetermisisset nomen; sed aut et in reliquis conjugationibus contentus fuisset masculorum appellatione, similiter cum possent et illa simul subaudiri, ut unitatem per omnia esset custodiens; aut si reliquorum conjugationes enumerabat, et Anthropi (id est, Hominis), utique manifestasset conjugem, et utique non remisisset de divinatione nos accipere nomen ipsius.

Abiertamente, pues, manifestó Juan con estas palabras, entre otras cosas, también el segundo cuaternario: Logos y Zoe, Anthropos e Iglesia.

»Pero significó también la primera Tétrada. Pues, al narrar acerca del Salvador, y enseñar que todas las cosas que están fuera del Pleroma fueron formadas por medio de él, dice también que él es el fruto dentro del Pleroma: en efecto, lo llamó la luz que brilla en las tinieblas, y no es comprendida por ellas (Jn 1,5), porque, formando todas las cosas que fueron hechas de la pasión, fue ignorado por ellas. Y lo llama Hijo, y Verdad, y Vida, y Verbo hecho carne (cuya gloria hemos visto, dice, y su gloria era cual la del Unigénito, que le fue dada por el Padre), lleno de gracia y de verdad. Y habla así: Y el Verbo se hizo carne, y habitó en nosotros, y hemos visto su gloria, gloria como del Unigénito del Padre, lleno de gracia y de verdad (Jn 1,14). Diligentemente, pues, mostró el primer cuaternario, nombrando al Padre, y a Gracia, y a Monogenes, y a Verdad. Así habló Juan de la primera Ogdóada, madre de todos los Eones. Pues nombró al Padre, y a Gracia, y a Monogenes, y a Verdad, y a Verbo, y a Vida, y a Hombre, y a Iglesia». Así Ptolomeo.

Capítulo 9

Se impugnan las impías interpretaciones de los herejes.

1. Ves, pues, amadísimo, la invención de la que se sirven para seducirse a sí mismos, calumniando a las Escrituras, esforzándose por hacer que su ficción se sostenga en ellas. Por esto he expuesto sus mismas astucias y dichos, para que por ellos consideres la malicia de la invención y la maldad del error. Pues, en primer lugar, si Juan se hubiera propuesto mostrar aquel octonario que está arriba, habría guardado ciertamente el orden de la emisión, y habría puesto ciertamente el primer cuaternario, por ser más venerable (como dicen), entre los primeros nombres, y así le habría añadido el segundo, para que por el orden de los nombres se mostrara el orden del octonario; y no habría hecho mención del primer cuaternario al final, después de tan largo intervalo, como quien lo ha olvidado y luego lo recuerda. Luego, si hubiera querido significar también los emparejamientos, no habría omitido el nombre de Iglesia; sino que, o bien también en los demás emparejamientos se habría contentado con la denominación de los varones, pudiendo igualmente sobrentenderse a la vez las otras, para guardar en todo la unidad; o bien, si enumeraba los emparejamientos de los demás, habría manifestado ciertamente también la consorte de Anthropos (es decir, de Hombre), y ciertamente no nos habría dejado tomar su nombre por adivinación.

2. Manifesta igitur expositionis eorum transfictio. Joanne enim unum Deum exponente, et unum Unigenitum Christum Jesum annuntiante, per quem omnia facta esse dicit, hunc Verbum Dei, hunc Unigenitum, hunc factorem omnium, hunc lumen verum illuminans omnem hominem, hunc mundi fabricatorem, hunc in sua venisse, hunc eumdem carnem factum, et inhabitasse in nobis: hi transvertentes secundum verisimile expositionem, alterum quidem Monogenem volunt esse secundum emissionem, quem scilicet et Principium vocant; alterum autem Soterem (id est Salvatorem), fuisse volunt, et alterum Logon (id est Verbum), filium Monogenis (id est unigeniti), et alterum Christum ad emendationem Pleromatis emissum: et unumquodque eorum, quae dicta sunt, auferentes a veritate, et abutentes nominibus, in suam argumentationem transtulerunt: ut, secundum eos, in tantis Joannes Domini Christi Jesu memoriam non fecerit. Si enim Patrem dixit, et Charin, et Monogenem, et Alethian, et Logon, et Zoen, et Anthropon, et Ecclesiam, secundum illorum argumentationem de prima ogdoade dixit, in qua nondum Jesus, nondum Christus Joannis magister. Quia autem non de syzygiis ipsorum Apostolus dixit, sed de Domino nostro Jesu Christo, quem et Verbum scit esse Dei, idem ipse fecit manifestum. Recapitulans enim de eo Verbo, quod ei in principio dictum est, insuper exponit: Et Verbum caro factum est, et inhabitavit in nobis. Secundum autem illorum argumentationem, non Verbum caro factum est, quod quidem nec venit unquam extra Pleroma: sed qui ex omnibus factus, et sit posterior Verbo, Salvator.

3. Discite igitur, insensati, quoniam Jesus, qui passus est pro nobis, qui inhabitavit in nobis, idem ipse est et Verbum Dei. Si enim alius ex Aeonibus pro nostra salute caro factus est, aestimandum erat de altero dixisse Apostolum. Si autem Verbum Patris, qui descendit, ipse est et qui ascendit, ab uno Deo unigenitus Filius, secundum Patris placitum incarnatus pro hominibus; non de alio aliquo, neque de ogdoade Joannes sermonem fecit, sed de Domino Christo Jesu. Neque enim Verbum secundum eos principaliter caro factum est. Dicunt enim Sotera induisse corpus animale, de dispositione aptatum inenarrabili providentia, ut visibile et palpabile fieret. Caro est autem illa vetus de limo secundum Adam facta plasmatio a Deo, quam vere factum Verbum Dei manifestavit Joannes. Et soluta est illorum prima et primogenita octonatio. Cum enim unus et idem ostenditur Logos, et Monogenes, et Zoe, et Phos, et Soter, et Christus Filius Dei, et hic idem incarnatus pro nobis, soluta est octonationis illorum compago. Hac autem soluta, decidit illorum omnis argumentatio, quam falso nomine somniantes infamant Scripturas, ad propriam argumentationem confingendam.

2. Es manifiesta, pues, la transformación de su exposición. Pues, mientras Juan expone un solo Dios, y anuncia un solo Unigénito, Cristo Jesús, por quien dice que todas las cosas fueron hechas, diciendo que este es el Verbo de Dios, este el Unigénito, este el Hacedor de todas las cosas, este la luz verdadera que ilumina a todo hombre, este el Fabricador del mundo, este el que vino a lo suyo, este mismo el que se hizo carne y habitó en nosotros: estos, desviando la exposición según lo verosímil, pretenden que uno es Monogenes según la emisión, al que llaman también Principio; que otro fue Soter (es decir, Salvador), y otro Logos (es decir, Verbo), hijo de Monogenes (es decir, del unigénito), y otro Cristo, emitido para la enmienda del Pleroma; y quitando de la verdad cada una de las cosas que se han dicho, y abusando de los nombres, las trasladaron a su argumentación: de modo que, según ellos, en tantas palabras Juan no hizo memoria del Señor Cristo Jesús. Pues si nombró al Padre, y a Charis, y a Monogenes, y a Alethia, y a Logos, y a Zoe, y a Anthropos, y a Iglesia, según la argumentación de ellos habló de la primera Ogdóada, en la cual todavía no estaba Jesús, todavía no estaba Cristo, el maestro de Juan. Pero que el apóstol no habló de sus sicigias, sino de nuestro Señor Jesucristo, de quien sabe también que es el Verbo de Dios, él mismo lo puso de manifiesto. Pues, recapitulando acerca de aquel Verbo de quien había hablado al principio, expone además: Y el Verbo se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14). Pero según la argumentación de ellos no fue el Verbo el que se hizo carne, pues este ni siquiera salió nunca fuera del Pleroma, sino el que fue hecho de todos y es posterior al Verbo, el Salvador.

3. Aprended, pues, insensatos, que Jesús, que padeció por nosotros, que habitó en nosotros, es él mismo el mismo que es también el Verbo de Dios. Pues si otro de los Eones se hubiera hecho carne por nuestra salvación, habría que pensar que el apóstol habló de otro. Pero si el Verbo del Padre, que descendió, es él mismo también el que ascendió, el Hijo unigénito del único Dios, encarnado por los hombres según el beneplácito del Padre, Juan no habló de ningún otro, ni de la Ogdóada, sino del Señor Cristo Jesús. Pues, según ellos, tampoco el Verbo se hizo carne principalmente. Pues dicen que Soter se revistió de un cuerpo animal, ajustado a partir de la disposición con providencia inenarrable, para hacerse visible y palpable. Pues la carne es aquella antigua plasmación del limo, hecha por Dios según Adán, que Juan mostró que el Verbo de Dios verdaderamente llegó a ser. Y queda deshecho su primer y primogénito octonario. Pues cuando se muestra que uno y el mismo es Logos, y Monogenes, y Zoe, y Phos, y Soter, y Cristo el Hijo de Dios, y este mismo encarnado por nosotros, queda deshecha la trabazón de su octonario. Y deshecha esta, cae toda su argumentación: soñándola bajo un falso nombre, infaman las Escrituras para forjar una argumentación propia.

4. Post deinde dictiones et nomina dispersim posita colligentes, transferunt, sicut praediximus, ex eo quod est secundum naturam, in id quod est contra naturam: similia facientes iis, qui controversias sibimetipsis quaslibet proponunt, post deinde conantur et Homericis versibus meditari eas: ita ut idiotae putent, ex illa temporali declamata controversia Homerum versus fecisse, et multi abducuntur per compositam consequentiam versuum, ne forte haec sic Homerus fecerit. Quemadmodum Herculem ab Eurystheo ad eum, qui apud inferos est, canem, missum ex Homericis versibus scribens ita (nihil enim prohibet exempli gratia commemorari et horum, cum sit similis et eadem utrisque argumentatio): Haec ubi dicta dedit, emisit limine flentem Herculem invictum, magnarum non inscium rerum, Eurystheus natus Stenelo, prosapia Persei, Ducturum ex Erebo canem atri Ditis ad auras. Vadit at ille, velut leo nutritus montibus acer, Urbem per mediam: noti simul omnes abibant, Et senes, et pueri, et nondum nuptae puellae, Plorantes multum, ac si mortem iret ad ipsam. Mercurius praemittit et caesia Pallas euntem: Fratrem etenim sciebat quatenus dolor exagitaret. Quis non ex simplicibus abripiatur ab hujusmodi versibus, et putet sic illos Homerum in hoc argumento fecisse? Qui autem scit Homerica, cognoscet quidem versus, argumentum autem non cognoscet, sciens quoniam aliquid quidem eorum est de Ulysse dictum, aliud vero de Hercule, aliud vero de Priamo, aliud de Menelao et Agamemnone. Si autem tulerit illos, et unumquemque suo libro reddiderit, auferet de medio praesens argumentum. Sic autem et qui regulam veritatis immobilem apud se habet, quam per baptismum accepit, haec quidem, quae sunt ex Scripturis, nomina, et dictiones, et parabolas cognoscet: blasphemum autem illorum argumentum non cognoscet. Et enim si gemmas agnoscet, sed vulpem pro regali imagine non recipiet. Unumquemque autem sermonum reddens suo ordini, et aptans veritatis corpusculo, denudabit, et insubstantivum ostendet figmentum ipsorum.

5. Quoniam autem scenae huic deest redemptio, ut quis mimum ipsorum explicans, destructorem sermonem inferat, bene habere putavimus, ostendere primo, in quibus ipsi patres hujus fabulae discrepant adversus se invicem, quasi qui sint ex variis spiritibus erroris. Et ex hoc enim diligenter cognoscere est, et ex ostensione, eam firmam, quae ab Ecclesia praedicatur, veritatem, et ab iis id, quod fingitur, falsiloquium.

Caput X

Totius Ecclesiae, quam late toto orbe patet, unam et eamdem esse fidem et doctrinam; nec ex eo quod in Ecclesia alii sint aliis intelligentiores, aliquam colligi posse fidei varietatem aut mutationem.

4. Luego, recogiendo dichos y nombres esparcidos aquí y allá, los trasladan, como dijimos antes, de lo que es según la naturaleza a lo que es contra la naturaleza: haciendo cosas semejantes a los que se proponen a sí mismos cualesquiera temas y luego intentan elaborarlos también con versos de Homero, de modo que los iletrados piensan que Homero hizo los versos sobre aquel tema declamado para la ocasión; y muchos son arrastrados por el trabado encadenamiento de los versos a pensar que quizá Homero los hizo así. Así, uno que describe con versos de Homero a Hércules enviado por Euristeo al perro que está en los infiernos escribe de este modo (pues nada impide recordar también estos a modo de ejemplo, siendo semejante y la misma la argumentación en ambos casos): «Dicho esto, despidió desde el umbral, llorando, / A Hércules invicto, no ignorante de grandes hazañas, / Euristeo, hijo de Esténelo, del linaje de Perseo, / Para traer del Érebo el perro del negro Dite al aire de arriba. / Pero él va, como fiero león criado en los montes, / Por medio de la ciudad: sus conocidos partían todos juntos, / Y ancianos, y niños, y muchachas aún no casadas, / Llorando mucho, como si fuera a la muerte misma. / Mercurio y Palas de ojos glaucos lo escoltan en su marcha: / Pues sabía cuánto el dolor atormentaba a su hermano». ¿Quién de los sencillos no sería arrastrado por versos de esta clase, y pensaría que Homero los hizo así sobre este argumento? Pero quien conoce los poemas de Homero reconocerá los versos, pero no reconocerá el argumento, sabiendo que uno de ellos fue dicho de Ulises, otro de Hércules, otro de Príamo, otro de Menelao y Agamenón. Y si los toma y devuelve cada uno a su libro, eliminará el argumento presente. Así también quien guarda inmóvil en sí mismo la regla de la verdad, que recibió por el bautismo, reconocerá los nombres, y los dichos, y las parábolas que proceden de las Escrituras, pero no reconocerá el argumento blasfemo de ellos. Pues aunque reconozca las gemas, no aceptará la zorra en lugar de la imagen del rey. Y devolviendo cada una de las palabras a su orden, y ajustándola al cuerpo de la verdad, desnudará su ficción y mostrará que carece de sustancia.

5. Pero como a esta escena le falta la redención, a saber, que alguien, desenredando su mimo, introduzca la palabra que lo destruya, hemos creído bueno mostrar primero en qué discrepan entre sí los mismos padres de esta fábula, como quienes proceden de diversos espíritus de error. Pues por esto, y por la demostración, se puede conocer con exactitud tanto que es firme la verdad que predica la Iglesia, como que es mentira lo que ellos fingen.

Capítulo 10

Que toda la Iglesia, cuanto se extiende por el orbe entero, tiene una y la misma fe y doctrina; y que de que en la Iglesia unos sean más entendidos que otros no puede deducirse variedad o mudanza alguna de la fe.

1. Ecclesia enim per universum orbem usque ad fines terrae seminata, et ab apostolis et a discipulis eorum accepit eam fidem, quae est in unum Deum, Patrem omnipotentem, qui fecit coelum et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt: et in unum Jesum Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra salute: et in Spiritum sanctum, qui per prophetas praedicavit dispositiones Dei, et adventum, et eam, quae est ex Virgine, generationem, et passionem, et resurrectionem a mortuis, et in carne in coelos ascensionem dilecti Jesu Christi Domini nostri, et de coelis in gloria Patris adventum ejus, ad recapitulanda universa, et resuscitandam omnem carnem humani generis, ut Christo Jesu Domino nostro, et Deo, et Salvatori, et Regi, secundum placitum Patris invisibilis, omne genu curvet coelestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur ei, et judicium justum in omnibus faciat: spiritalia quidem nequitiae et angelos transgressos, atque apostatas factos, et impios, et injustos, et iniquos, et blasphemos homines in aeternum ignem mittat: justis autem et aequis, et praecepta ejus servantibus, et in dilectione ejus perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex poenitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, et claritatem aeternam circumdet.

2. Hanc praedicationem cum acceperit, et hanc fidem, quemadmodum praediximus, Ecclesia, et quidem in universum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans: et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens, et unum cor, et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hae quae in Germania sunt fundatae Ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hae quae in Hiberis sunt, neque hae quae in Celtis, neque hae quae in Oriente, neque hae quae in Aegypto, neque hae quae in Libya, neque hae quae in medio mundi constitutae: sed sicut sol, creatura Dei, in universo mundo unus et idem est; sic et lumen, praedicatio veritatis, ubique lucet, et illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Et neque is qui valde praevalet in sermone, ex iis qui praesunt Ecclesiis, alia, quam haec sunt, dicet (nemo enim super magistrum est): neque infirmus in dicendo deminorabit traditionem. Cum enim una et eadem fides sit, neque is qui multum de ea potest dicere, ampliat, neque is qui minus, deminorat.

3. Plus autem, aut minus secundum prudentiam nosse quosdam intelligentiam, non in eo quod argumentum immutetur, efficitur, et alius Deus excogitetur, praeter fabricatorem, et factorem, et nutritorem hujus universitatis, quasi non ipse sufficiat nobis, aut alius Christus, aut alius Monogenes: sed in eo, quod omnia, quae in parabolis dicta sunt, exquirere et adjungere veritatis argumento, et in eo, ut instrumentum

1. Porque la Iglesia, sembrada por todo el orbe hasta los confines de la tierra, recibió de los apóstoles y de sus discípulos aquella fe que es en un solo Dios, Padre omnipotente, que hizo el cielo y la tierra, y el mar, y todas las cosas que hay en ellos; y en un solo Jesucristo, Hijo de Dios, encarnado por nuestra salvación; y en el Espíritu Santo, que por los profetas predicó las disposiciones de Dios, y la venida, y la generación que es de la Virgen, y la pasión, y la resurrección de entre los muertos, y la ascensión en la carne a los cielos del amado Jesucristo nuestro Señor, y su venida de los cielos en la gloria del Padre para recapitular todas las cosas y resucitar toda carne del género humano, a fin de que ante Cristo Jesús nuestro Señor, y Dios, y Salvador, y Rey, según el beneplácito del Padre invisible, se doble toda rodilla de los celestes, de los terrestres y de los infernales, y toda lengua lo confiese, y él haga justo juicio en todas las cosas: que envíe al fuego eterno a los espíritus de la maldad, y a los ángeles que transgredieron y se hicieron apóstatas, y a los impíos, e injustos, e inicuos, y blasfemos entre los hombres; y que, dando la vida a los justos y rectos, y a los que guardan sus preceptos y perseveran en su amor, unos desde el principio y otros desde la penitencia, les conceda como don la incorrupción y los rodee de gloria eterna.

2. Habiendo recibido esta predicación y esta fe, como dijimos antes, la Iglesia, aunque esparcida por el mundo entero, la guarda con diligencia, como si habitara una sola casa; y cree estas cosas del mismo modo, como si tuviera una sola alma y un solo corazón, y las predica, y las enseña, y las transmite concordemente, como si poseyera una sola boca. Porque, aunque en el mundo las lenguas son diversas, la fuerza de la tradición es una y la misma. Y ni las iglesias fundadas en Germania creen de otro modo ni transmiten de otro modo, ni las que están entre los íberos, ni las que están entre los celtas, ni las que están en el Oriente, ni las que están en Egipto, ni las que están en Libia, ni las establecidas en el centro del mundo; sino que, así como el sol, criatura de Dios, es uno y el mismo en todo el mundo, así también la luz, la predicación de la verdad, brilla en todas partes e ilumina a todos los hombres que quieren llegar al conocimiento de la verdad. Y ni el que, entre los que presiden las iglesias, es muy poderoso en la palabra dirá otras cosas que estas (pues nadie está por encima del maestro), ni el débil en el hablar disminuirá la tradición. Porque, siendo la fe una y la misma, ni el que puede decir mucho de ella la aumenta, ni el que puede menos la disminuye.

3. Pero que algunos, según su prudencia, sepan más o menos en entendimiento no se produce porque se cambie el asunto mismo y se idee otro Dios fuera del Fabricador, y Hacedor, y Nutridor de este universo, como si él no nos bastara, u otro Cristo, u otro Monogenes; sino en esto: en indagar todo lo que se ha dicho en parábolas y unirlo al asunto de la verdad, y en narrar la obra y la disposición de Dios realizada en el género humano; y en explicar

et dispositionem Dei in genere humano factam enarret: et quoniam magnanimus exstitit Deus, et in transgressorum angelorum apostasia, et in inobedientia hominum, edisserere: et quare alia quidem temporalia, alia vero aeterna, et quaedam coelestia, quaedam terrena unus et idem fecit, annuntiare: et quare cum invisibilis sit, apparuit prophetis Dei non in una forma, sed aliis aliter, adesse: et quare testamenta multa tradita humano generi, annuntiare, et quis sit uniuscujusque testamentorum character, docere: et quare Conclusit omnia in incredulitatem Deus, ut universis misereatur, exquirere: et quare Verbum Dei caro factum est, et passus est, gratias agere: et quare in novissimis temporibus adventus Filii Dei, hoc est in fine, apparuerit, et non in initio, annuntiare: et de fine, et de futuris, quaecunque posita sunt in Scripturis, revolvere: et quare desperatas gentes, cohaeredes, et concorporatas, et participes sanctorum fecit Deus, non tacere: et quemadmodum mortalis haec caro induet immortalitatem, et corruptibile incorruptelam, annuntiare: et quemadmodum factus est, qui non erat populus, populus: et dilecta, dilecta; et quemadmodum plures filii ejus, quae deserta est, magis quam ejus quae habet virum, praeconare. In talibus enim, et in similibus eis exclamavit Apostolus: O altitudo divitiarum, et sapientiae, et agnitionis Dei! quam inscrutabilia judicia ejus, et investigabiles viae ejus. Sed non in eo, ut supra creatorem et fabricatorem, matrem ejus et illorum, Enthymesin Aeonis errantis adinvenires, et ad tantam pervenires blasphemiam: neque in eo, quod est super hanc rursus Pleroma, aliquando quidem xxx, aliquando vero innumerabiles multitudines Aeonum mentiri: quemadmodum dicunt hi, qui vere sunt deserti a divina sententia magistri; cum ea, quae est Ecclesia universa, unam et eamdem fidem habeat in universo mundo, quemadmodum praediximus.

Caput XI

Quae sit Valentini sententia, et in quibus ab eo discrepant discipuli ejus. Secundi, Epiphanis, et aliorum quorumdam dogmata.

1. Videamus nunc et horum inconstantem sententiam, cum sint duo vel tres, quemadmodum de eisdem non eadem dicunt, sed et nominibus, et rebus contraria respondent. Qui enim est primus, ab ea, quae dicitur Gnostica haeresis, antiquas in suum characterem doctrinas transferens Valentinus, sic definivit: dualitatem quamdam innominabilem, cujus quidem aliquid vocari Inenarrabile, aliud autem Sigen. Post deinde ex hac dualitate, secundam dualitatem emissam, cujus aliud quidem Patrem vocat, aliud autem Aletheiam. Ex hac autem quaternatione fructificari Logon et Zoen, Anthropon et Ecclesiam.

que Dios fue longánime tanto en la apostasía de los ángeles transgresores como en la desobediencia de los hombres; y en anunciar por qué uno y el mismo Dios hizo unas cosas temporales y otras eternas, unas celestes y otras terrenas; y en atender a por qué, siendo invisible, se apareció a los profetas de Dios no en una sola forma, sino a unos de un modo y a otros de otro; y en anunciar por qué fueron entregados muchos testamentos al género humano, y en enseñar cuál es el sello de cada uno de los testamentos; y en indagar por qué Dios encerró todas las cosas en la incredulidad, para tener misericordia de todos (Rom 11,32); y en dar gracias por el porqué de que el Verbo de Dios se hiciera carne y padeciera; y en anunciar por qué la venida del Hijo de Dios apareció en los últimos tiempos, es decir, al fin, y no al principio; y en desplegar cuanto está puesto en las Escrituras acerca del fin y de lo que ha de venir; y en no callar por qué Dios hizo a las naciones de las que se desesperaba coherederas, y concorporadas, y partícipes de los santos; y en anunciar cómo esta carne mortal se vestirá de inmortalidad, y lo corruptible de incorrupción (1 Cor 15,54); y en pregonar cómo el que no era pueblo se hizo pueblo, y la amada, amada (Os 2,25; Rom 9,25), y cómo son más los hijos de la desolada que los de la que tiene marido (Is 54,1; Gál 4,27). Pues en tales cosas, y en otras semejantes a ellas, exclamó el Apóstol: ¡Oh profundidad de las riquezas, y de la sabiduría, y del conocimiento de Dios! ¡Cuán insondables son sus juicios, e inescrutables sus caminos! (Rom 11,33) Pero no en esto: en que inventes, por encima del Creador y Fabricador, una madre de él y de ellos, la Enthymesis de un Eón extraviado, y llegues a tan gran blasfemia; ni en mentir que por encima de ella hay a su vez un Pleroma, unas veces de treinta, otras de innumerables multitudes de Eones, como dicen esos maestros que están verdaderamente desprovistos de juicio divino; mientras que la Iglesia universal, como dijimos antes, tiene una y la misma fe en el mundo entero.

Capítulo II

Cuál es la doctrina de Valentín y en qué discrepan de él sus discípulos. Los dogmas de Segundo, de Epífanes y de algunos otros.

1. Veamos ahora también el parecer inconstante de estos: cómo, siendo dos o tres, no dicen lo mismo de lo mismo, sino que responden cosas contrarias tanto en los nombres como en las cosas. Pues el primero, Valentín, que trasladó las antiguas doctrinas de la llamada herejía gnóstica a un sello propio, definió así: que hay una cierta dualidad innombrable, de la cual una parte se llama el Inenarrable y la otra Sige. Después, que de esta dualidad fue emitida una segunda dualidad, de la cual a una parte la llama Padre y a la otra Alethia. Y que de este cuaternario fueron producidos como fruto Logos y Zoe, Anthropos e Iglesia.

Esse autem hanc octonationem primam. Et a Logo quidem et Zoe decem virtutes dicit emissas, sicut praediximus. Ab Anthropo autem et Ecclesia xii, ex quibus unam discedentem et destitutam, reliquam dispositionem fecisse. Terminos autem duos adhibet: unum quidem inter Bythum et Pleroma, determinantem natos Aeones ab infecto Patre; alterum vero separantem illorum matrem a Pleromate. Et Christum autem non ab his, qui sunt in Pleromate, Aeonibus emissum, sed matrem foris factam, secundum memoriam meliorum, enixam esse cum quadam umbra. Et hunc quidem, quippe cum esset masculus, abscidisse a semetipso umbram, et regressum in Pleroma. Matrem autem subrelictam sub umbra, evacuatam autem spiritali substantia, alterum filium emisisse: et hunc esse Demiurgum, quem et omnipotentem dicit eorum quae ei subjacent. Coemissum autem ei et sinistrum principem, similem iis qui dicentur a nobis falsi nominis Gnostici. Et Jesum autem aliquando quidem ab eo, qui separatus a matre eorum, et coadunatus est cum reliquis, emissum dicit, id est a Theleto: aliquando autem ab eo, qui recucurrit sursum in Pleroma, hoc est a Christo: aliquando autem ab Anthropo et Ecclesia. Et Spiritum autem sanctum a Veritate dicit emissum, in examinationem et fructificationem Aeonum, invisibiliter in eos introeuntem, per quem Aeones fructificarent folia veritatis. Haec quidem ille.

2. Secundus autem primam ogdoadem sic tradidit, dicens: Quaternationem esse dextram, et quaternationem sinistram, et lumen et tenebras: et discedentem autem et destitutam virtutem non a triginta Aeonibus dicit fuisse, sed a fructibus eorum.

3. Alius vero quidam, qui et clarus est magister ipsorum, in majus sublime, et quasi in majorem agnitionem extensus, primam quaternationem dixit sic: Est quidem ante omnes Proarche, proanennoetos, et inenarrabilis, et innominabilis, quam ego monotetem voco. Cum hac monotete est virtus, quam et ipsam voco henotetem. Haec henotes et monotes, cum sint unum, emiserunt, cum nihil emiserint, principium omnium, noeton; et agenneton, et aoraton, quam Archem sermo monada vocat. Cum hac monade est virtus, ejusdem substantiae ei, quam et eam voco hen. Hae autem virtutes, id est, monotes, et henotes, et monas, et hen, emiserunt reliquas emissiones Aeonum.

4. Iu iu! et pheu pheu! Tragicum vere dicere oportet super hanc nominum factionem, et tantam audaciam, quemadmodum sine rubore mendacio suo nomina posuit. In eo enim quod dicit: « Est ante omnia Proarche, proanennoetos, quam ego monoteta voco; » et iterum: « Cum hac monotete est virtus, quam et ipsam voco henotetem, » manifestum, quoniam figmenta sunt quaecunque ab eo dicta sunt, confessus est, quoniam ipse nomina posuit figmento, quae a nemine altero posita sunt: qui nisi haec auderet, hodie veritas, secundum eum, non habuisset nomina.

Y que este es el primer octonario. Y de Logos y Zoe, dice, fueron emitidos diez Poderes, como dijimos antes. Y de Anthropos e Iglesia, doce, de los cuales uno, apartándose y quedando desamparado, hizo el resto de la disposición. Pone dos Límites: uno entre Bythus y el Pleroma, que separa del Padre no hecho a los Eones nacidos; el otro, que separa a la Madre de ellos del Pleroma. Y que Cristo no fue emitido por los Eones que están en el Pleroma, sino que la Madre, hallándose fuera, lo dio a luz con una cierta sombra, según el recuerdo de las cosas mejores. Y que él, siendo varón, cortó de sí la sombra y regresó al Pleroma. Y que la Madre, dejada atrás bajo la sombra y vaciada de la sustancia espiritual, emitió otro hijo; y que este es el Demiurgo, al que llama también omnipotente sobre las cosas que le están sometidas. Y que junto con él fue emitido también un príncipe de la izquierda, semejante a los que nosotros mencionaremos como los falsamente llamados gnósticos. Y a Jesús dice que lo emitió unas veces el que fue separado de la Madre de ellos y fue aunado con los demás, es decir, Theletus; otras veces el que volvió corriendo arriba al Pleroma, es decir, Cristo; y otras veces Anthropos e Iglesia. Y dice que el Espíritu Santo fue emitido por Verdad para la prueba y la fructificación de los Eones, entrando en ellos invisiblemente, para que por él los Eones produjeran como fruto las hojas de la verdad. Hasta aquí él.

2. Segundo transmitió así la primera Ogdóada, diciendo que hay un cuaternario de la derecha y un cuaternario de la izquierda, la luz y las tinieblas; y dice que el Poder que se apartó y quedó desamparado no procedía de los treinta Eones, sino de sus frutos.

3. Otro, que es también ilustre maestro de ellos, extendiéndose hacia una mayor altura y como hacia un mayor conocimiento, habló así del primer cuaternario: «Hay antes de todas las cosas una Proarche, proanennoetos, inenarrable e innombrable, a la que yo llamo Monotes. Con esta Monotes está un Poder, al que llamo también Henotes. Esta Henotes y Monotes, siendo uno, emitieron, sin emitir nada, un principio de todas las cosas, noeton, y agenneton, y aoraton, Arche a la que la palabra llama Mónada. Con esta Mónada está un Poder de la misma sustancia que ella, al que llamo también Hen. Y estos Poderes, es decir, Monotes, y Henotes, y Mónada, y Hen, emitieron las demás emisiones de los Eones.»

4. ¡Iu iu! ¡Y feu feu! En verdad hay que clamar a lo trágico ante esta fabricación de nombres y tanta audacia: cómo sin rubor ha puesto nombres a su mentira. Pues al decir: «Hay antes de todas las cosas una Proarche, proanennoetos, a la que yo llamo Monotes»; y otra vez: «Con esta Monotes está un Poder, al que llamo también Henotes», ha confesado manifiestamente que son ficciones cuantas cosas ha dicho, y que él mismo puso a su ficción nombres que nadie más había puesto; y si no se hubiera atrevido a esto, hoy la verdad, según él, no tendría nombres.

Nihil igitur prohibet et alterum quemdam in tali argumento sic praefinire nomina: Est quaedam Proarche, regalis, proanennoetos, proanhypostatos virtus, proprocylindomene. Cum illa autem est virtus, quam ego cucurbitam voco: cum hac cucurbita autem est virtus, quam et ipsam voco perinane. Haec cucurbita et perinane, cum sint unum, emiserunt, cum non emisissent, fructum, in omnibus visibilem, manducabilem, et dulcem, quem fructum sermo cucumerem vocat. Cum hoc cucumere est virtus ejusdem potestatis ei, quam et ipsam peponem voco. Hae virtutes, cucurbita, et perinane, et cucumis, et pepo, emiserunt reliquam multitudinem Valentini deliriosorum peponum. Si enim eum sermonem, qui de universis fit, transfigurari in primam quaternationem oportet, et quemadmodum vult aliquis, ipse ponere nomina; quis prohibet his nominibus, utique multo credibilioribus, et in usu positis, et ab omnibus cognitis?

5. Alii autem rursus ipsorum primam et archegonon octonationem his nominibus nominaverunt: primum Proarchen, deinde Anennoeton, tertiam autem Arrheton, et quartam Aoraton. Et de prima quidem Proarche emissum esse primo et quinto loco Archen, ex Anennoeto secundo et sexto loco Acatalepton, et de Arrheto tertio et septimo loco Anonomaston, de Aorato autem quarto et octavo loco Agenneton. Pleroma hoc primae ogdoadis. Has volunt virtutes fuisse ante Bython et Sygen, ut perfectorum perfectiores appareant, et Gnosticorum magis gnostici veri, ad quos juste quis hoc dicat: O pepones, sophistae vituperabiles, et non veri! Etenim de ipso Bytho variae sunt sententiae apud eos. Quidam enim sine conjugatione dicunt eum, neque masculum, neque feminam, neque omnino aliquid esse. Alii autem et masculum et feminam eum dicentes esse, hermaphroditi genesim ei donant. Sigen autem rursus alii conjugem ei addunt, ut fiat prima conjugatio.

Caput XII

Ptolemaei discipulorum, et Colorbaseorum doctrina.

1. Hi vero qui sunt circa Ptolemaeum scientiores, duas conjuges habere eum Bython dicunt, quas et dispositiones vocant, Ennoean et Thelesin. Primo enim mente concepit quiddam emittere, sicut dicunt, post deinde voluit. Quapropter duobus his affectibus et virtutibus, id est, Ennoeas et Theleseos, velut commistis in invicem, emissio Monogenis et Aletheiae secundum conjugationem facta est. Quos typos et imagines duorum affectuum Patris egressas esse, invisibilium visibiles; Thelematis quidem Nun, Ennoeas autem Aletheian: et propter hoc adventitiae Voluntatis masculus est imago, innatae vero Ennoeae femininus, quoniam Voluntas velut virtus facta est Ennoeae. Cogitabat enim Ennoea semper emissionem, non tamen et emittere ipsa per semetipsam poterat quae cogitabat. Cum autem Voluntatis virtus advenit, tunc quod cogitabat, emisit.

Nada impide, pues, que otro, en tal asunto, fije también así los nombres: «Hay una cierta Proarche, regia, proanennoetos, Poder proanhypostatos, proprocylindomene. Con ella está un Poder al que yo llamo Calabaza; y con esta Calabaza está un Poder al que llamo también Supervacuidad. Esta Calabaza y Supervacuidad, siendo uno, emitieron, sin haber emitido, un fruto visible en todo, comestible y dulce, fruto al que la palabra llama Pepino. Con este Pepino está un Poder de la misma potestad que él, al que llamo también Melón. Estos Poderes, Calabaza, y Supervacuidad, y Pepino, y Melón, emitieron la restante multitud de los delirantes melones de Valentín.» Porque, si es preciso trasladar al primer cuaternario el discurso que se hace sobre todas las cosas, y que cada cual ponga él mismo los nombres como quiera, ¿quién prohíbe estos nombres, mucho más creíbles, y de uso corriente, y conocidos por todos?

5. Otros de ellos, a su vez, nombraron con estos nombres su primer y primordial octonario: primero Proarche, después Anennoetos, la tercera Arrhetos, y la cuarta Aoratos. Y que de la primera, Proarche, fue emitida en primero y quinto lugar Arche; de Anennoetos, en segundo y sexto lugar Acataleptos; de Arrhetos, en tercero y séptimo lugar Anonomastos; y de Aoratos, en cuarto y octavo lugar Agennetos. Este es el Pleroma de la primera Ogdóada. Pretenden que estos Poderes existieran antes de Bythus y de Sige, para aparecer más perfectos que los perfectos y gnósticos más verdaderos que los gnósticos; a los cuales con justicia podría alguien decir esto: «¡Oh blandos, sofistas vituperables, y no verdaderos!» Y en efecto, acerca del mismo Bythus hay entre ellos pareceres diversos. Pues unos dicen que es sin emparejamiento, ni varón, ni hembra, ni en absoluto cosa alguna. Otros, diciendo que es varón y hembra, le atribuyen la génesis de un hermafrodita. Otros, a su vez, le añaden a Sige como consorte, para que se forme el primer emparejamiento.

Capítulo 12

La doctrina de los discípulos de Ptolomeo y de los colorbasianos.

1. Pero los más sabios de los que rodean a Ptolomeo dicen que Bythus tiene dos consortes, a las que llaman también disposiciones, Ennoia y Thelesis. Pues primero concibió en la mente emitir algo, según dicen, y después lo quiso. Por lo cual, mezclados como entre sí estos dos afectos y poderes, es decir, el de Ennoia y el de Thelesis, se produjo la emisión de Monogenes y de Alethia a modo de emparejamiento. Y que estos salieron como tipos e imágenes de los dos afectos del Padre, visibles de los invisibles: Nus, de Thelema, y Alethia, de Ennoia; y que por eso la imagen de la Voluntad advenediza es masculina, y la de la Ennoia no nacida, femenina, porque la Voluntad vino a ser como el poder de Ennoia. Pues Ennoia pensaba siempre en una emisión, pero no podía emitir por sí misma lo que pensaba. Pero cuando sobrevino el poder de la Voluntad, entonces emitió lo que pensaba.

2. Non videntur tibi hi, o dilectissime, Homerici Jovis, propter sollicitudinem non dormientis, sed curae habentis, quando poterit honorare Achillem, et multos perdere Graecorum, apprehensionem habuisse magis, quam ejus, qui est universorum Deus. Qui simul ut cogitavit, perficit id quod cogitavit: et simul ac voluit, et cogitat hoc quod voluit: tunc cogitans cum vult, et tunc volens cum cogitat: cum sit totus cogitatus, et totus sensus, et totus oculus, et totus auditus, et totus fons omnium bonorum.

3. Qui autem prudentiores putantur illorum esse, primam octonationem non gradatim, alterum ab altero Aeonem emissum dicunt, sed simul et in unum Aeonum emissionem a Propatore, et Ennoea ejus, cum crearentur, ipsi se obstetricasse affirmant. Et jam non ex Logo et Zoe Anthropon et Ecclesiam, sed ex Anthropo et Ecclesia Logon et Zoen dicunt generatos, in hunc modum dicentes: Quando cogitavit aliquid emittere Propator, hoc Pater vocatus est; at ubi quae emisit vera fuerunt, hoc Alethia vocatum est. Cum ergo voluit semetipsum ostendere, hoc Anthropos dictus est. Quos autem praecogitaverat, posteaquam emisit, hoc Ecclesia vocata est. Locutus est Anthropos Logon, hic est primogenitus filius. Subsequitur autem Logon Zoe; et sic prima octonatio completa est.

4. Multa autem pugna apud eos, etiam de Salvatore. Quidam enim eum ex omnibus generatum dicunt, quapropter Beneplacitum vocari, quoniam universum Pleroma bene sensit per eum glorificare Patrem. Alii autem ex solis decem Aeonibus, qui sunt a Logo et Zoe emissi; et propter hoc Logon et Zoen dici eum, parentum nomina custodientem. Alii autem ex duodecim Aeonibus his, qui sunt ab Anthropo et Ecclesia facti: et propter hoc filium hominis se confiteri, velut postgenitum Anthropi. Alii a Christo et Spiritu sancto, iis qui ad firmamentum Pleromatis emissi sunt, factum eum dicunt, et propter hoc Christum vocari eum dicunt, Patris sui, a quo emissus est, custodientem appellationem. Alii autem sunt, qui ipsum Propatorem omnium, et Proarchen, et Proanennoeton, Anthropon dicunt vocari: et hoc esse magnum et absconditum mysterium, quoniam quae est super omnia virtus, et continet omnia, Anthropos vocatur: et ideo hoc filium hominis se dicere Salvatorem.

Caput XIII

De Marci praestigiis et nefariis artibus.

2. ¿No te parece, oh amadísimo, que estos han concebido más bien al Júpiter de Homero, que por su cuidado no dormía, sino que se preocupaba de cómo podría honrar a Aquiles y hacer perecer a muchos de los griegos, que a aquel que es el Dios de todas las cosas? Él, en cuanto ha pensado, realiza lo que pensó; y en cuanto ha querido, piensa también lo que quiso: pensando entonces cuando quiere, y queriendo entonces cuando piensa; porque es todo pensamiento, y todo entendimiento, y todo ojo, y todo oído, y todo fuente de todos los bienes.

3. Los que entre ellos son tenidos por más prudentes dicen que el primer octonario no fue emitido gradualmente, un Eón por otro, sino que afirman que ellos mismos asistieron como parteras a la emisión de los Eones, a la vez y en uno, desde el Propator y su Ennoia, cuando eran creados. Y dicen que ya no fueron engendrados Anthropos e Iglesia de Logos y Zoe, sino Logos y Zoe de Anthropos e Iglesia, hablando de este modo: «Cuando el Propator pensó emitir algo, esto fue llamado Padre; pero cuando lo que emitió fue verdadero, esto fue llamado Alethia. Así pues, cuando quiso mostrarse a sí mismo, esto fue llamado Anthropos. Y aquellos en quienes había pensado de antemano, una vez que los emitió, esto fue llamado Iglesia. Anthropos pronunció a Logos: este es el hijo primogénito. Y a Logos le sigue Zoe; y así quedó completo el primer octonario.»

4. Hay también entre ellos mucha pugna acerca del Salvador. Pues unos dicen que fue engendrado de todos, y que por eso se llama Bienquerido, porque al Pleroma entero le plugo glorificar al Padre por medio de él. Otros, que procede solo de los diez Eones emitidos por Logos y Zoe; y que por eso se le llama Logos y Zoe, porque conserva los nombres de sus progenitores. Otros, de los doce Eones hechos por Anthropos e Iglesia; y que por eso se confiesa Hijo del hombre, como nacido después de Anthropos. Otros dicen que fue hecho por Cristo y Espíritu Santo, que fueron emitidos para la afirmación del Pleroma, y que por eso, dicen, se le llama Cristo, porque conserva el nombre de su Padre, por quien fue emitido. Y hay otros que dicen que el mismo Propator de todas las cosas, la Proarche, el Proanennoetos, se llama Anthropos; y que este es el misterio grande y escondido: que el Poder que está sobre todas las cosas y las contiene a todas se llama Anthropos; y que por eso el Salvador se llama a sí mismo Hijo del hombre.

Capítulo 13

Sobre los prestigios y las artes nefandas de Marcos.

1. Alius vero quidam ex iis, qui sunt apud eos, magistri emendatorem se esse glorians (Marcus est autem illi nomen), magicae imposturae peritissimus, per quam et viros multos, et non paucas feminas seducens, ad se converti, velut ad scientissimum, et perfectissimum, et virtutem maximam ab invisibilibus, et ab inenarrabilibus locis habentem, fecit, praecursor quasi vere exsistens Antichristi. Anaxilai enim ludicra cum nequitia eorum, qui dicuntur magi, commiscens, per haec virtutes perficere putatur apud eos, qui sensum non habent, et a mente sua excesserunt.

2. Pro calice enim vino misto fingens se gratias agere, et in multum extendens sermonem invocationis, purpureum et rubicundum apparere facit; ut putetur ea Gratia ab iis, quae sunt super omnia, suum sanguinem stillare in illius calicem per invocationem ejus: et valde concupiscere praesentes ex illo gustare poculo, ut et in eos stillet quae per magum hunc vocatur Gratia. Rursus mulieribus dans calices mistos, ipsas gratias agere jubet, praesente se. Et ubi hoc factum est, ipse alium calicem multo majorem quam est ille, in quo illa seducta Eucharistiam facit, proferens, et transfundens a minori, qui est a muliere Eucharistia factus, in illum, qui est ab eo allatus multo majorem, statim dicens ita: Illa quae est ante omnia, inexcogitabilis et inenarrabilis Gratia, adimpleat tuum intus hominem, et multiplicet in te agnitionem suam, inseminans granum sinapis in bonam terram; et talia quaedam dicens, et in insaniam mittens illam infelicem, admirabilia faciens apparuit, quando major calix adimpletus est de minori calice, ut et supereffunderet ex eo. Et alia quaedam his similia faciens, exterminavit multos et abstraxit post se.

3. Datur autem intelligi, eum et daemonem quemdam paredrum habere, per quem ipse quoque prophetare videtur, et quotquot dignas putat fieri participes suae Gratiae, prophetare facit. Maxime enim circa mulieres vacat, et hoc circa eas quae sunt honestae, et circumpurpuratae, et ditissimae, quas saepe abducere tentans, dicit blandiens eis: Participare te volo ex mea Gratia, quoniam Pater omnium Angelum tuum semper videt ante faciem suam. Locus autem tuae magnitudinis in nobis est: oportet nos in unum convenire. Sume primum a me et per me Gratiam. Adapta te ut sponsa sustinens sponsum suum, ut sis quod ego, et ego quod tu. Constitue in thalamo tuo semen luminis. Sume a me sponsum, et cape eum, et capere in eo. Ecce Gratia descendit in te, aperi os tuum, et propheta. Cum autem mulier responderit: Nunquam prophetavi, et nescio prophetare; invocationes quasdam faciens denuo, ad stuporem ejus quae seducitur, dicit ei: Aperi os tuum, et loquere quodcunque, et prophetabis.

1. Otro de los que están entre ellos, que se jacta de ser el corrector de su maestro (Marcos es su nombre), peritísimo en la impostura mágica, por medio de la cual, seduciendo a muchos hombres y a no pocas mujeres, hizo que se volvieran hacia él como al más sabio y al más perfecto, y como a quien posee el poder más grande venido de los lugares invisibles e inenarrables, siendo, por así decir, verdaderamente un precursor del Anticristo. Pues, mezclando los juegos de Anaxilao con la maldad de los llamados magos, se cree que por estos medios obra prodigios entre los que no tienen entendimiento y han salido de su juicio.

2. Pues, fingiendo dar gracias sobre un cáliz mezclado con vino, y alargando mucho la palabra de la invocación, lo hace aparecer purpúreo y rojo, de modo que se crea que aquella Gracia, desde lo que está sobre todas las cosas, destila su propia sangre en el cáliz de él por su invocación, y que los presentes ansíen mucho gustar de aquella copa, para que también sobre ellos destile la que por medio de este mago se llama Gracia. Otra vez, dando a mujeres cálices mezclados, les manda que ellas mismas den gracias en su presencia. Y cuando esto se ha hecho, saca él mismo otro cáliz mucho mayor que aquel en el que la mujer seducida hace la Eucaristía, y, trasvasando del menor, que por la mujer ha sido hecho Eucaristía, a aquel mucho mayor traído por él, dice al punto así: «Aquella Gracia que está antes de todas las cosas, impensable e inenarrable, llene tu hombre interior y multiplique en ti su conocimiento, sembrando el grano de mostaza en la tierra buena»; y diciendo tales cosas, y arrojando a la locura a aquella infeliz, aparece como obrador de maravillas, cuando el cáliz mayor se llena desde el cáliz menor hasta el punto de rebosar. Y haciendo otras cosas semejantes a estas, ha sacado de sí a muchos y los ha arrastrado tras de sí.

3. Se da a entender que tiene también un cierto demonio familiar, por medio del cual él mismo parece profetizar, y hace profetizar a cuantas juzga dignas de llegar a ser partícipes de su Gracia. Pues se ocupa sobre todo de las mujeres, y de las que son nobles, y vestidas de púrpura, y riquísimas, a las que a menudo intenta llevarse, diciéndoles con halagos: «Quiero que participes de mi Gracia, porque el Padre de todos ve siempre a tu ángel ante su rostro. El lugar de tu grandeza está en nosotros: es preciso que nos unamos en uno. Recibe primero de mí y por medio de mí la Gracia. Disponte como una esposa que aguarda a su esposo, para que seas lo que yo, y yo lo que tú. Pon en tu tálamo la simiente de la luz. Recibe de mí al esposo, y contenlo, y sé contenida en él. He aquí que la Gracia ha descendido sobre ti: abre tu boca y profetiza.» Y cuando la mujer responde: «Nunca he profetizado, y no sé profetizar», haciendo de nuevo ciertas invocaciones, para asombro de la que es seducida, le dice: «Abre tu boca y di cualquier cosa, y profetizarás».

Illa autem seducta, et elata ab iis quae praedicta sunt, concalefaciens animam a suspicione quod incipiat prophetare, cum cor ejus multo plus quam oporteat palpitet, audet, et loquitur deliriosa, et quaecunque evenerint omnia, vacue et audacter, quippe calefacta spiritu (sicut melior nobis de talibus prophetis exsequitur, quod audax et inverecunda est anima, quae vacuo aere excalefacta est): et exinde prophetidem semetipsam putat, et gratias agit Marco ei, qui participavit ei suam Gratiam: et remunerare eum gestit, non solum secundum substantiae suae dationem (unde et divitiarum copiam magnam collegit), sed et secundum corporis copulationem, et secundum omnia uniri ei cupit, ut cum eo descendat in unum.

4. Jam vero quaedam ex fidelissimis mulieribus, quae habent timorem Dei, et non sunt seducibiles, quas similiter ut reliquas affectavit seducere, jubens eis prophetare, exsufflantes et catathematizantes eum, separaverunt se ab hujusmodi insano, qui se divinum spirare simulabat: pro certo scientes, quoniam prophetare non a Marco mago inditur hominibus, sed quibuscunque Deus desuper immiserit gratiam suam, hi a Deo traditam habent prophetiam, et tunc loquuntur ubi et quando Deus vult, sed non quando Marcus jubet. Quod enim jubet, eo quod jubetur majus est et dominatius, quoniam illud quidem principatur, illud autem subjectum est. Si ergo Marcus quidem jubet, vel alius quis, sicut solent in coenis sortibus hi homines ludere, et sibimetipsis invicem imperare ut prophetent, et secundum suas concupiscentias eos sibi prophetare, erit ille, qui jubet, et major et dominatior prophetico spiritu, cum sit homo; quod est impossibile. Sed tales quidem, qui jubentur ab ipsis, spiritus, et loquuntur quando volunt ipsi, terreni et infirmi sunt, audaces autem et impudentes, a Satana immissi ad seductionem et perditionem eorum qui non firmam fidem, quam ab initio per Ecclesiam acceperunt, custodiunt.

5. Adhuc etiam et amatoria et allectantia efficit, ut et corporibus ipsarum contumeliam irroget, hic idem Marcus quibusdam mulieribus, etsi non universis. Hae saepissime conversae ad Ecclesiam Dei, confessae sunt, et secundum corpus exterminatas se ab eo velut cupidine, et inflammatas valde illum se dilexisse; ut et diaconus quidam eorum qui sunt in Asia nostri, suscipiens eum in domum suam, inciderit in hujusmodi calamitatem. Nam cum esset uxor ejus speciosa, et sententia et corpore corrupta esset a mago isto, et secuta eum esset multo tempore, post deinde cum magno labore fratres eam convertissent, omne tempus in exhomologesi consummavit, plangens et lamentans ob hanc, quam passa est ab hoc mago, corruptelam.

Y ella, seducida y exaltada por lo que se le ha dicho, enardecida el alma por la sospecha de que va a profetizar, palpitándole el corazón mucho más de lo debido, se atreve, y dice desvaríos, y todo cuanto le viene, vana y audazmente, como quien ha sido enardecida por un espíritu (según expone uno mejor que nosotros acerca de tales profetas, que es audaz e impúdica el alma enardecida por aire vacío); y desde entonces se tiene a sí misma por profetisa, y da gracias a Marcos, que la hizo partícipe de su Gracia; y ansía recompensarlo, no solo con la entrega de su hacienda (de donde ha reunido él también gran abundancia de riquezas), sino también con el acoplamiento del cuerpo, y desea unirse a él en todo, para descender con él en uno.

4. Pero algunas de las mujeres más fieles, que tienen temor de Dios y no son seducibles, a las que intentó seducir como a las demás mandándoles profetizar, soplando contra él y anatematizándolo, se han apartado de semejante insensato, que fingía exhalar lo divino; sabiendo con certeza que el profetizar no lo infunde en los hombres Marcos el mago, sino que aquellos a quienes Dios desde lo alto envía su gracia tienen la profecía dada por Dios, y hablan donde y cuando Dios quiere, y no cuando Marcos lo manda. Pues lo que manda es mayor y más señor que lo mandado, ya que lo uno gobierna y lo otro está sometido. Si, pues, Marcos manda, u otro cualquiera, como acostumbran estos hombres en sus cenas a jugar a suertes y a ordenarse unos a otros profetizar, y que los otros les profeticen según sus propios deseos, el que manda será mayor y más señor que el Espíritu profético, siendo un hombre; lo cual es imposible. Pero tales espíritus, que son mandados por ellos y hablan cuando ellos quieren, son terrenos y débiles, audaces e impúdicos, enviados por Satanás para la seducción y la perdición de los que no guardan firme la fe que recibieron desde el principio por medio de la Iglesia.

5. Además, este mismo Marcos prepara también filtros de amor y atractivos para algunas mujeres, aunque no para todas, a fin de afrentar incluso sus cuerpos. Estas, vueltas muchísimas veces a la Iglesia de Dios, han confesado que fueron sacadas de sí por él en el cuerpo, como por un deseo, y que, inflamadas, lo amaron mucho; hasta tal punto que también un diácono de los nuestros de Asia, al recibirlo en su casa, cayó en una calamidad semejante. Pues, siendo hermosa su esposa, fue corrompida en el juicio y en el cuerpo por este mago, y lo siguió durante mucho tiempo; y después, cuando con gran trabajo los hermanos la convirtieron, pasó todo el tiempo en exomologesis, llorando y lamentándose por esta corrupción que había padecido de este mago.

6. Et discipuli autem ejus quidam circumobversati in iisdem, seducentes mulierculas multas corruperunt, perfectos semetipsos vocantes: quasi nemo possit exaequari magnitudini agnitionis ipsorum, nec si Paulum aut Petrum dicas, vel alterum quemdam apostolorum: sed plus omnibus se cognovisse, et magnitudinem agnitionis illius, quae est inenarrabilis virtutis, solos ebibisse. Esse autem se in altitudine super omnem virtutem: quapropter et libere omnia agere, nullum in nullo timorem habentes. Propter enim redemptionem, et incomprehensibiles et invisibiles fieri judici. Si autem et apprehenderit eos, assistentes ei cum redemptione haec dicent: O assessor Dei, et mysticae illius pro aeonon Siges, quam Magnitudines semper videntes faciem Patris, te viae duce et adductore utentes, abstrahunt sursum suas formas, quas valde audax illa ducta phantasmate, propter bonum Propatoris emisit nos imagines illorum, tunc intentionem illorum quae sunt sursum, quasi somnium habens: ecce judex in proximo, et praeco me jubet meae defensioni adesse. Tu autem, quasi quae scias utrorumque nostrorum rationem, tanquam unam exsistentem, judici assiste. Mater autem cito, audiens haec, Homericam inferorum galeam eis superimposuit, ut invisibiliter effugerent judicem, et statim eripiens eos in thalamum duxit, et reddidit suis sponsis.

7. Talia autem dicentes et operantes, et in iis quoque, quae sunt secundum nos regiones Rhodanenses, multas seduxerunt mulieres, quae cauterizatas conscientias habentes, quaedam quidem etiam in manifesto exhomologesin faciunt; quaedam autem reverentes hoc ipsum, in silentio sensim semetipsas retrahunt, desperantes a vita Dei, quaedam quidem in totum abscesserunt, quaedam autem inter utrumque dubitant, et quod est proverbii passae sunt, neque intus, neque foris exsistentes, hunc fructum habentes seminis filiorum agnitionis.

Caput XIV

Marci hypothesis. Fingit supremam tetrada instar mulieris ad ipsum descendisse, arcana nemini hactenus revelata patefacturam. Sub aenigmatica literarum, syllabarum, sonorum et characterum farragine Valentinianorum Pleroma ac commenta tradit.

1. Hic igitur Marcus vulvam et susceptorium Colorbasi silentii semet solum fuisse dicens, quippe unigenitus exsistens, defectus semen, quod depositum est in eum, sic enixus est. Illam quae est a summis, et ab invisibilibus, et innominabilibus locis quaternationem descendisse figura muliebri ad eum (quoniam, inquit, ejus masculinum mundus ferre non poterat) et ostendisse quoque semetipsam quae esset, et universorum genesim, quam nemini unquam, neque deorum, neque hominum revelavit, huic solo enarrasse, ita dicentem:

6. Y algunos de sus discípulos, ocupados en lo mismo, han seducido y corrompido a muchas mujerzuelas, llamándose a sí mismos perfectos, como si nadie pudiera igualar la grandeza de su conocimiento, ni aunque nombres a Pablo o a Pedro o a cualquier otro de los apóstoles; sino que dicen haber conocido más que todos, y que solo ellos han bebido la grandeza del conocimiento de aquel poder inenarrable. Y que ellos están en la altura, por encima de todo poder; y que por eso obran todo libremente, sin tener temor alguno en cosa alguna. Pues a causa de la redención, dicen, se vuelven incomprensibles e invisibles para el juez. Y si él llega a apresarlos, presentándose ante él con la redención dirán esto: «Oh asesor de Dios y de aquella mística Sige anterior a los eones, por quien las Grandezas, que ven siempre el rostro del Padre, usándote como guía del camino y como introductor, atraen hacia arriba sus formas, las formas que aquella muy audaz, llevada por una aparición, a causa de la bondad del Propator, emitió, a nosotros, imágenes de ellas, teniendo entonces la intención de los que están arriba como un sueño: he aquí que el juez está cerca, y el heraldo me manda comparecer para mi defensa. Pero tú, como quien conoce la razón de ambos nosotros, como siendo una sola, asiste ante el juez.» Y la Madre, al oír esto, les puso al punto encima el yelmo homérico de los infiernos, para que escaparan invisiblemente del juez; y en seguida, arrebatándolos, los condujo al tálamo y los devolvió a sus esposos.

7. Diciendo y obrando tales cosas, han seducido a muchas mujeres también en nuestras regiones del Ródano; las cuales, teniendo cauterizadas las conciencias, unas hacen incluso públicamente su exomologesis; otras, avergonzadas de esto mismo, se retiran poco a poco en silencio, desesperando de la vida de Dios; unas se han apartado del todo, y otras vacilan entre lo uno y lo otro y han padecido lo que dice el proverbio, no estando ni dentro ni fuera, teniendo este fruto de la simiente de los hijos del conocimiento.

Capítulo 14

La hipótesis de Marcos. Finge que la Tétrada suprema descendió hasta él en figura de mujer para descubrirle arcanos no revelados hasta entonces a nadie. Bajo una enigmática mezcolanza de letras, sílabas, sonidos y caracteres transmite el Pleroma y los artificios de los valentinianos.

1. Este Marcos, pues, diciendo que él solo fue la matriz y el receptáculo del Silencio de Colorbaso, como quien es unigénito, dio a luz de este modo la simiente de la deficiencia que fue depositada en él. Y que el cuaternario mismo, desde los lugares altísimos, invisibles e innombrables, descendió hasta él en figura de mujer (porque, dice, el mundo no podía soportar su forma masculina), y le mostró también qué era ella misma, y le narró a él solo la génesis de todas las cosas, que nunca había revelado a nadie, ni de los dioses ni de los hombres, hablando así:

Quando primum Pater, cujus pater nemo est, qui est inexcogitabilis et insubstantivus, qui neque masculus, neque femina est, voluit suum inenarrabile narrabile fieri, et quod invisibile sibi est, formari; aperuit os, et protulit Verbum simile sibi: quod assistens ostendit ei quod erat ipse, cum invisibilis forma apparuisset. Enuntiatio autem nominis facta est talis: Locutus est verbum primum nominis ejus: fuit ἀρχή; et syllaba ejus litterarum quatuor. Conjunxit et secundam, et fuit haec litterarum quatuor. Post locutus est et tertiam, et fuit haec litterarum x. Et eam quae est post haec locutus est, et fuit ipsa litterarum xii. Facta est ergo enuntiatio universi nominis, litterarum xxx, syllabarum autem quatuor. Unumquodque autem elementorum suas litteras, et suum characterem, et suam enuntiationem, et figurationes, et imagines habere: et nihil eorum esse, quod illius videat formam, quod ipsum super elementum est. Sed nec cognoscere eum, sed ne quidem proximi ejus unumquodque enuntiationem scire, sed quod ipse enuntiat, ita omne quod enuntiat, illud quod est totum nominet. Unumquodque enim ipsorum, pars exsistens totius, suum sonum quasi omne nominare, et non cessare sonantia, quoadusque ad novissimam litteram novissimi elementi singulariter enuntiata deveniant. Tunc autem et redintegrationem universorum dicit futuram, quando omnia devenientia in unam litteram, unam et eamdem consonationem sonant, cujus exclamationis imaginem esse, Amen simul dicentibus nobis, tradidit. Sonos autem eos esse, qui formant insubstantivum et ingenitum Aeona, et esse hos formas, quas Dominus Angelos dixit, quae sine intermissione vident faciem Patris.

2. Nomina autem elementorum communia et enarrabilia, Aeonas, et verba, et radices, et semina, et plenitudines, et fructus vocavit. Singula autem ipsorum et uniuscujusque propria in nomine Ecclesiae contineri et intelligi ait. Quorum elementorum novissimi elementi ultima littera vocem emisit suam, cujus sonus exiens, secundum imaginem elementorum elementa propria generavit: ex quibus et quae sunt hic disposita dicit, et ea, quae sunt ante haec, generata. Ipsam quidem litteram, cujus sonus erat consequens sonum deorsum, a syllaba sua sursum receptam dicit, ad impletionem universi: remansisse autem deorsum sonum quasi foras projectum. Elementum autem ipsum, ex quo littera cum enuntiatione sua descendit deorsum, litterarum ait esse xxx, et unamquamque ex his xxx litteris in semetipsa habere alias litteras, per quas nomen litterae nominatur. Et rursus alias per alias nominari litteras, et alias per alias, ita ut in immensum decidat multitudo litterarum. Sic autem planius disces quod dicitur.

«Cuando primero el Padre, que no tiene padre, que es impensable y sin sustancia, que no es ni varón ni hembra, quiso que su inenarrable se hiciera narrable y que lo que en él es invisible tomara forma, abrió la boca y profirió un Verbo semejante a él; el cual, asistiéndole, le mostró lo que él mismo era, habiendo aparecido como forma del invisible. Y la enunciación del nombre fue así: pronunció la primera palabra de su nombre; fue ἀρχή, y su sílaba era de 4 letras. Unió también la segunda, y esta fue de 4 letras. Después pronunció también la tercera, y esta fue de 10 letras. Y pronunció la que viene después de estas, y fue de 12 letras. Así, la enunciación del nombre entero resultó de 30 letras y de cuatro sílabas.» Y que cada uno de los elementos tiene sus propias letras, y su propio sello, y su propia enunciación, y figuraciones, e imágenes; y que no hay ninguno de ellos que vea la forma de aquel que está por encima del elemento mismo. Y que ninguno lo conoce, ni siquiera cada uno sabe la enunciación de su vecino; sino que lo que él mismo enuncia, todo lo que enuncia, lo enuncia como si nombrara el todo. Pues cada uno de ellos, siendo parte del todo, nombra su propio sonido como si fuera el todo; y no cesan de sonar hasta que llegan, enunciados uno a uno, a la última letra del último elemento. Y dice que entonces vendrá la reintegración de todas las cosas, cuando todas, llegando a una sola letra, hagan sonar una y la misma consonancia; y enseñó que la imagen de esta exclamación es el Amén que decimos todos juntos. Y que los sonidos son los que forman al Eón sin sustancia e ingénito, y que estas son las formas que el Señor llamó ángeles, que sin interrupción ven el rostro del Padre (Mt 18,10).

2. Y a los nombres comunes y enunciables de los elementos los llamó Eones, y palabras, y raíces, y simientes, y plenitudes, y frutos. Y dice que lo singular de ellos y lo propio de cada uno se contiene y se entiende en el nombre de Iglesia. De estos elementos, la última letra del último elemento emitió su voz, cuyo sonido, al salir, engendró elementos propios a imagen de los elementos; de los cuales, dice, fueron engendradas tanto las cosas que aquí están dispuestas como las que están antes de ellas. Y dice que la letra misma, cuyo sonido seguía al sonido hacia abajo, fue recibida arriba por su sílaba para el cumplimiento del todo; pero que el sonido quedó abajo, como arrojado fuera. Y dice que el elemento mismo, del cual la letra descendió hacia abajo con su enunciación, es de 30 letras, y que cada una de estas 30 letras tiene en sí otras letras, por medio de las cuales se nombra el nombre de la letra. Y que a su vez las otras se nombran por otras letras, y otras por otras, de modo que la multitud de las letras se precipita en lo inmenso. Así aprenderás más claramente lo que se dice.

Delta elementum litteras habet in se quinque, et ipsum δ, et ε, et λ, et τ, et α, et hae rursus litterae per alias scribuntur litteras, et aliae per alias. Si ergo universa substantia deltae in immensum decidit, aliis alias litteras generantibus et succedentibus alterutrum, quanto magis illius elementi majus esse pelagus litterarum? Et si una littera sic immensa est, vide totius nominis profundum litterarum, ex quibus Propatora Marci Silentium constare docuit. Quapropter et Patrem scientem incapabile suum, dedisse elementis, quae et Aeonas vocat, unicuique eorum suam enuntiationem exclamare, eo quod non possit unum, illud quod est totum enuntiare.

3. Haec itaque exponentem ei quaternationem dixisse: Volo autem tibi et ipsam ostendere Veritatem. Deposui enim illam de superioribus aedificiis, ut circumspicias eam nudam, et intuearis formositatem ejus; sed et audias eam loquentem, et admireris sapientiam ejus. Vide quid igitur in caput ejus sursum, primum A et Ω, collum autem B et Ψ, humeros cum manibus Γ et X, pectus Δ et Φ, cinctum E et Υ, ventrem Z et T, verenda H et Σ, femora Θ et P, genua I et Π, tibias K et O, crura Λ et Ξ, pedes M et N. Hoc est corpus ejus, quae est secundum magum, Veritatis; haec figura elementi, hic character litterae. Et vocat elementum hoc, Hominem: esse autem fontem ait eum omnis verbi, et initium universae vocis, et omnis inenarrabilis enarrationem, et taciti Silentii os. Et hoc quidem corpus ejus. Tu autem sublimius allevans sensus intelligentiam, autogenitora et patrodotora verbum ab ore Veritatis audi.

4. Haec autem cum dixisset illa, attendentem ad eum Veritatem, et aperientem os, locutam esse verbum: verbum autem nomen factum, et nomen esse hoc, quod scimus et loquimur, Christum Jesum; quod cum nominasset, statim tacuit. Cum autem putaret Marcus plus aliquid eam dicturam, rursus quaternatio veniens in medium, ait: Tanquam contemptibile putasti esse verbum, quod ab ore Veritatis audisti. Non hoc, quod scis et putas habere, olim est nomen. Vocem enim tantum habes ejus, virtutem autem ignoras. Jesus autem est insigne nomen, sex habens litteras, ab omnibus qui sunt vocationis cognitum. Illud autem quod est apud Aeonas Pleromatis, cum sit multifarium exsistens, alterius est formae, et alterius typi, quod intelligitur ab ipsis qui sunt cognati ejus, quorum magnitudines apud eum sunt semper.

5. Has igitur, quae apud nos sunt viginti quatuor litterae, emanationes esse intellige trium virtutum imaginales, earum quae continent universum, quae sunt sursum, elementorum numerum. Mutas enim litteras novem puta esse Patris et Veritatis, quoniam sine voce sint, hoc est, et inenarrabiles et ineloquibiles. Semivocales autem cum sint octo, Logi esse et Zoes, quoniam quasi mediae sint inter mutas et vocales: et recipere eorum quidem quae supersint, emanationem, eorum vero quae subsint, elevationem.

El elemento delta tiene en sí cinco letras, la misma δ, y ε, y λ, y τ, y α; y estas letras a su vez se escriben por otras letras, y las otras por otras. Si, pues, toda la sustancia de la delta se precipita en lo inmenso, engendrando unas letras otras y sucediéndose unas a otras, ¿cuánto mayor no será el piélago de letras de aquel elemento? Y si una sola letra es tan inmensa, mira la profundidad de letras del nombre entero, de las cuales el Silencio de Marcos enseñó que consta el Propator. Y que por eso también el Padre, conociendo lo que en él es incontenible, concedió a los elementos, a los que llama también Eones, que cada uno de ellos clamara su propia enunciación, porque uno solo no podía enunciar el todo.

3. Y que el cuaternario, después de exponerle estas cosas, dijo: «Quiero también mostrarte a la Verdad misma. Pues la he bajado de las moradas superiores, para que la contemples desnuda y mires su hermosura, y también la oigas hablar y admires su sabiduría. Mira, pues, qué hay en su cabeza, arriba: primero A y Ω; el cuello, B y Ψ; los hombros con las manos, Γ y X; el pecho, Δ y Φ; la cintura, E y Υ; el vientre, Z y T; las partes pudendas, H y Σ; los muslos, Θ y P; las rodillas, I y Π; las espinillas, K y O; las piernas, Λ y Ξ; los pies, M y N.» Este es el cuerpo de la que, según el mago, es la Verdad; esta la figura del elemento, este el sello de la letra. Y a este elemento lo llama Hombre, y dice que es la fuente de toda palabra, y el principio de toda voz, y la enarración de todo lo inenarrable, y la boca del callado Silencio. Y este es su cuerpo. «Pero tú, elevando más alto la inteligencia de tu entendimiento, oye de la boca de la Verdad la palabra autogenitor y patrodotor.»

4. Y que, dicho esto por aquella, la Verdad, mirando hacia él y abriendo la boca, pronunció una palabra; y que la palabra se hizo nombre, y que el nombre es este que conocemos y pronunciamos, Cristo Jesús; y habiéndolo nombrado, calló al punto. Y como Marcos pensara que ella diría algo más, el cuaternario, viniendo de nuevo al medio, dijo: «Has tenido por despreciable, por así decir, la palabra que oíste de la boca de la Verdad. Esto que conoces y crees poseer no es el nombre antiguo. Pues tienes solo su sonido, pero ignoras su poder. Jesús es un nombre insigne, que tiene 6 letras, conocido por todos los que son de la vocación. Pero el que está entre los Eones del Pleroma, siendo múltiple, es de otra forma y de otro tipo, y lo entienden los que le son afines, cuyas grandezas están siempre junto a él.

5. Entiende, pues, que estas 24 letras que hay entre nosotros son emanaciones, imágenes de los tres Poderes que contienen el número entero de los elementos que están arriba. Pues considera que las 9 letras mudas son del Padre y de la Verdad, porque son sin voz, es decir, inenarrables e indecibles. Y las semivocales, siendo 8, de Logos y Zoe, porque están como en medio entre las mudas y las vocales, y reciben la emanación de las que están encima y la elevación de las que están debajo.

Vocales autem et ipsas septem esse, Anthropi et Ecclesiae: quoniam per Anthropum vox progrediens formavit omnia. Sonus enim vocis formam eis circumdedit. Est igitur Logos habens et Zoe viii, Anthropos autem et Ecclesia vii, Pater autem et Alethia ix. Ex minori autem computatione, qui erat apud Patrem descendit, emissus illuc, unde fuerat separatus ad emendationem factorum: ut Pleromatum unitas aequalitatem habens, fructificet unam in omnibus, quae est ex omnibus, virtus. Et sic is qui est numeri vii eorum qui sunt octo accepit virtutem, et facta sunt tria loca similia numeris, cum sint octonationes: quae ter in se venientia viginti quatuor ostenderunt numerum. Et tria quidem elementa (quae dicit ipse trium in conjugatione virtutum exsistere, quae fiunt vi, ex quibus emanaverunt viginti quatuor litterae) quadripertita inenarrabilis quaternationis ratione, eumdem numerum faciunt: quae quidem dicit illius, qui est innominabilis, exsistere. Indui autem ea a tribus virtutibus, in similitudinem illius qui est invisibilis: quorum elementorum imagines imaginum esse eas, quae sunt apud nos duplices litterae, quas cum xxiv litteris annumerantes, virtute quae est secundum analogiam, xxx faciunt numerum.

6. Hujus rationis et dispositionis fructum dicit in similitudinem imaginis apparuisse illum, qui post vi dies quartus ascendit in montem, et factus est sextus: qui descendit et detentus est in hebdomade, cum esset insignis octonatio, et haberet in se omnem elementorum numerum, quem manifestavit, cum ipse venisset ad baptismum, columbae descensio, quae est Ω et A. Numerus enim ipsius, unum et dccc. Et propter hoc Moysen in sexta die dixisse hominem factum: et dispositionem autem in sexta die, quae est in coena pura, novissimum hominem, in regenerationem primi hominis, apparuisse. Cujus dispositionis initium et finem sextam horam, in qua affixus est ligno: perfectum enim sensum, scientem eum numerum qui est sex, virtutem fabricationis et regenerationis habentem, manifestasse filiis luminis eam generationem, quae facta est per eum, qui manifestatus est insignis in eum numerum. Hinc etiam et duplices litteras numerum insignem habere ait. Insignis enim numerus commistus viginti quatuor elementis, xxx litterarum nomen explicuit.

7. Usus est autem diacono septem numerorum magnitudine, quemadmodum dicit Marci Sige, ut a se cogitatae cogitationis manifestetur fructus. Et insignem quidem hunc numerum in praesenti, ait, eum qui ab insigni figuratus est, intelligi, eum qui quasi in partes divisus est, aut praecisus, et foris perseveravit, qui sua virtute et prudentia per eam, quae est ab eo, emissionem, hunc, qui est septem virtutum, secundum imitationem hebdomadis virtutis, animavit mundum, et animam posuit esse hujus universi, quod videtur.

Y las vocales, siendo también ellas 7, de Anthropos e Iglesia, porque la voz, saliendo por medio de Anthropos, formó todas las cosas. Pues el sonido de la voz los revistió de forma. Así pues, Logos y Zoe tienen 8, Anthropos e Iglesia 7, y Padre y Alethia 9. Pero de la cuenta menor descendió el que estaba junto al Padre, enviado allí de donde había sido separado, para la corrección de lo hecho, a fin de que la unidad de los Pleromas, teniendo igualdad, produjera como fruto en todos el único poder que procede de todos. Y así el que es del número 7 recibió el poder de los que son 8, y los tres lugares se hicieron semejantes en número, siendo octonarios; los cuales, viniendo tres veces sobre sí mismos, mostraron el número 24.» Y los tres elementos (que él mismo dice que existen en el emparejamiento de tres Poderes, que hacen 6, de los cuales emanaron las 24 letras), multiplicados por cuatro según la razón del cuaternario inenarrable, hacen el mismo número; y dice que estos son del que es innombrable. Y que son revestidos por los tres Poderes, a semejanza del que es invisible; y que imágenes de las imágenes de estos elementos son las letras dobles que hay entre nosotros, las cuales, contadas con las 24 letras, por el poder que es según la analogía, hacen el número 30.

6. Dice que el fruto de esta razón y disposición apareció a semejanza de una imagen: aquel que después de seis días subió al monte como cuarto y se hizo el sexto; que descendió y fue retenido en la Hebdómada, siendo el octonario insigne y teniendo en sí el número entero de los elementos, que manifestó cuando él mismo vino al bautismo, el descenso de la paloma, que es Ω y A. Pues su número es 1 y 800. Y que por eso Moisés dijo que el hombre fue hecho en el sexto día; y que la disposición, el último hombre, apareció en el sexto día, que es la cena pura, para la regeneración del primer hombre. Y que el principio y el fin de esta disposición fue la hora sexta, en la que fue clavado al madero; porque el Entendimiento perfecto, conociendo que el número que es seis tiene el poder de la fabricación y de la regeneración, manifestó a los hijos de la luz aquella generación que se hizo por medio del que se manifestó insigne en ese número. De aquí, dice, que también las letras dobles tienen el número insigne. Pues el número insigne, mezclado con los 24 elementos, desplegó el nombre de 30 letras.

7. Y se sirvió, como de un servidor, de la grandeza de los siete números, según dice la Sige de Marcos, para que se manifestara el fruto del pensamiento pensado por él. Y dice que este número insigne ha de entenderse, por ahora, como el que fue figurado por el insigne, el que fue como dividido en partes, o cortado, y permaneció fuera; el cual, por su propio poder y prudencia, mediante la emisión que procede de él, animó este mundo, que es de siete Poderes, a imitación del poder de la Hebdómada, y puso un alma para que fuera la de este universo que se ve.

Utitur autem et ipse hic hoc opere quasi spontanee ab ipso facto: reliqua vero ministrant, cum sint imitationes inimitabilium, enthymesin matris. Et primum quidem coelum sonat A, quod autem est post illum E, tertium autem H, quartum vero et medium numeri vii. Iotae virtutem enarrat, quintum vero O, sextum autem ϒ, septimum autem et iv a medio Ω elementum exclamat quemadmodum Marci Sige, quae multa quidem loquacius exsequitur, nihil autem verum loquens, affirmat. Quae virtutes, ait, omnes simul in invicem complexae sonant et glorificant illum, a quo emissae sunt: gloria autem soni mittitur in Propatorem. Hujus autem glorificationis sonum in terram delatum ait plasmatorem factum, et generatorem eorum quae sunt in terra.

8. Ostensionem autem affert ab iis, qui nunc nascuntur, infantibus, quorum anima, simul ut de vulva progressa est, exclamat uniuscujusque elementi hunc sonum. Sicut ergo septem Virtutes, inquit, glorificant Verbum, sic et anima in infantibus plorans et plangens Marcum glorificat eum. Propter hoc autem et David dixisse: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Et iterum: Coeli enarrant gloriam Dei. Et propter hoc quando in doloribus et calamitatibus anima fuerit, in relevationem suam, dicit Ω in signum laudationis: ut cognoscens illa quae sursum est anima, quod est cognatum suum, adjutorium ei deorsum mittat.

9. Et de omni quidem nomine, quod est xxx litterarum, et de Bytho, qui augmentum accipit ex hujus litteris; adhuc etiam de Veritatis corpore, quod est duodecim membrorum, unoquoque membro ex duabus litteris constante; et de voce ejus, quam locuta est non locuta; et de resolutione ejus nominis, quod non est enarratum, et de mundi anima, et hominis, secundum quae habent illam, quae est ad imaginem, dispositionem, sic deliravit. Dehinc autem quemadmodum ex nominibus aequiparatam virtutem ostendit eorum quaternatio, referemus; ut nihil lateat te, dilectissime, eorum quae ad nos pervenerunt ex iis, quae ab iis dicuntur, quemadmodum saepe postulasti a nobis.

Caput XV

Pergit Sige Marco narrare xxiv elementorum et Jesu generationem. Haec deliria confutat Irenaeus.

1. Sic autem annuntiat perquam sapiens eorum Sige generationem viginti quatuor elementorum. Cum solitate esse unitatem, ex quibus duae sunt emissiones, sicut praedictum est, monas et hen, quae duplicatae, quatuor factae sunt: bis enim duo, quatuor. Et rursus duo et quatuor in idipsum compositae, sex manifestaverunt numerum. Hi autem sex quadruplicati, viginti quatuor generaverunt figuras. Et quidem quae sunt primae quaternationis nomina sancta sanctorum intelliguntur, quae non possunt enarrari; intelliguntur autem a solo Filio, quae Pater scit quaenam sunt.

Y también este mismo usa esta obra como si la hubiera hecho espontáneamente; pero lo demás, siendo imitaciones de lo inimitable, sirve a la Enthymesis de la Madre. Y el primer cielo hace sonar A, el que viene después de él E, el tercero H, y el cuarto, que es el medio del número 7. Proclama el poder de la iota; el quinto hace sonar O, el sexto Υ, y el séptimo, cuarto desde el medio, clama el elemento Ω, según afirma la Sige de Marcos, que expone muchas cosas con gran locuacidad, pero no dice nada verdadero. Y estos Poderes, dice, todos juntos, abrazados entre sí, suenan y glorifican a aquel por quien fueron emitidos; y la gloria del sonido es enviada al Propator. Y dice que el sonido de esta glorificación, llevado a la tierra, se hizo el Plasmador y engendrador de las cosas que hay en la tierra.

8. Y aduce como demostración a los infantes que ahora nacen, cuya alma, en cuanto ha salido del seno, clama este sonido de cada elemento. Así pues, como los siete Poderes, dice, glorifican al Verbo, así también el alma en los infantes, llorando y gimiendo, lo glorifica a él, a Marcos. Y que por eso dijo también David: De la boca de los infantes y de los lactantes has perfeccionado la alabanza (Sal 8,3). Y otra vez: Los cielos cuentan la gloria de Dios (Sal 19,2). Y que por eso, cuando el alma está en dolores y calamidades, para su alivio dice Ω en señal de alabanza, para que el alma que está arriba, reconociendo lo que le es afín, le envíe ayuda abajo.

9. Acerca del nombre entero, que es de 30 letras, y acerca de Bythus, que recibe crecimiento de las letras de este; y además acerca del cuerpo de la Verdad, que es de doce miembros, constando cada miembro de dos letras; y acerca de su voz, que pronunció sin pronunciar; y acerca de la resolución de aquel nombre que no ha sido enunciado; y acerca del alma del mundo y del hombre, en cuanto tienen aquella disposición que es a imagen, así deliró. A continuación referiremos cómo su cuaternario muestra un poder igualado a partir de los nombres; para que no se te oculte nada, amadísimo, de lo que ha llegado hasta nosotros de las cosas que ellos dicen, como a menudo nos lo has pedido.

Capítulo 15

Sige sigue narrando a Marcos la generación de los veinticuatro elementos y la de Jesús. Ireneo confuta estos delirios.

1. Así anuncia, pues, su sapientísima Sige la generación de los 24 elementos. Que con la Soledad está la Unidad, de las cuales hay dos emisiones, como se dijo antes, la Mónada y Hen, que, duplicadas, se hicieron 4: pues dos veces 2 son 4. Y a su vez 2 y 4, compuestos en uno mismo, mostraron el número 6. Y estos 6, multiplicados por cuatro, engendraron 24 figuras. Y los nombres del primer cuaternario se entienden como santos de los santos, que no pueden enunciarse; y son entendidos solo por el Hijo, y el Padre sabe cuáles son.

Alia vero quae cum gravitate, et honore, et fide nominantur, apud eum sunt haec: Ἀῤῥητος et Σιγή, Πατὴρ et Ἀλήθεια. Hujus autem quaternationis universus numerus est litterarum viginti quatuor: Ἀῤῥητος enim nomen litteras habet in se septem, Σειγή quinque, et Πατήρ quinque, et Ἀλήθεια septem, quae composita in se, bis quinque, et bis septem, viginti quatuor numerum adimpleverunt. Similiter et secunda quaternatio Logos et Zoe, Anthropos et Ecclesia eumdem numerum elementorum ostenderunt. Et Salvatoris quoque narrabile nomen Ἰησοῦς, litterarum est sex; inenarrabile autem ejus, litterarum viginti quatuor. Ὑίός et Χριστός, litterarum duodecim; quod est autem in Christo inenarrabile, litterarum triginta. Et propter hoc ait eum A et Ω, ut περιστερὰν manifestet, cum hunc numerum habeat haec avis.

2. Jesus autem hanc habet, inquit, inenarrabilem genesim. A matre enim universorum, id est, primae quaternationis in filiae locum processit secunda quaternatio, et facta est octonatio, ex qua progressa est decas: sic factum est xviii. Decas itaque adjuncta octonationi, et decuplam eam faciens, lxxx fecit numerum: et rursus octuagies decies octingentorum numerum fecit: ut sit universus litterarum numerus ab octonatione in decadem progrediens, octo et octuaginta et dccc quod est Jesus. Jesus enim nomen, secundum Graecarum litterarum computum, dccc sunt lxxxviii. Habes manifeste et supercoelestis Jesu secundum eos genesim. Quapropter et A B Graecorum habere monadas octo, et decadas viii, et hecatontadas viii, dccc lxxxviii numerum ostendentia hoc est, Jesum, qui est ex omnibus constans numeris: et propter hoc A et Ω nominari eum, cum significent ex omnibus ejus generationem. Et iterum ita: Primae quaternationis secundum progressionem numeri in semetipsam compositae x apparuit numerus. A enim et B et Γ et Δ in semetipsa composita x fiunt, quod est I, et hoc esse volunt Jesum. Sed et Christus, inquit, litterarum est viii, ex quibus primam octonationem significari, quae cum iota applicita dccc lxxxviii numerum generavit. Dicitur autem, ait, et filius Christus, hoc est, duodecas: υἱὸς enim nomen litterarum quatuor est, Χριστὸς autem octo: quae composita duodecadis ostenderunt magnitudinem. Prius autem, inquit, quam hujus nominis insigne appareret, hoc est, Jesus, filiis, in ignorantia magna fuerunt homines et errore. Cum autem manifestatum est vi litterarum nomen hoc quod secundum carnem amictum est, ut ad sensibilitatem hominis descenderet, habens in semetipso ipsum quoque vi, et viginti quatuor; tunc cognoscentes eum cessaverunt ab ignoratione, et a morte in vitam ascenderunt, nomine eis facto ducatore ad Patrem veritatis. Voluisse enim Patrem universorum solvere ignorantiam, et destruere mortem. Ignorantiae autem solutio, agnitio ejus fiebat. Et propter hoc dictum secundum voluntatem ejus, eum qui est secundum imaginem ejus, quae sursum est virtus, dispositum hominem.

Pero los otros, que se nombran con gravedad, y honor, y fe, son para él estos: Ἄῤῥητος y Σιγή, Πατήρ y Ἀλήθεια. Y el número entero de este cuaternario es de 24 letras: pues el nombre Ἄῤῥητος tiene en sí 7 letras, Σειγή 5, y Πατήρ 5, y Ἀλήθεια 7; las cuales, compuestas, dos veces 5 y dos veces 7, completaron el número 24. Del mismo modo también el segundo cuaternario, Logos y Zoe, Anthropos e Iglesia, mostró el mismo número de elementos. Y el nombre enunciable del Salvador, Ἰησοῦς, es de 6 letras; pero su nombre inenarrable es de 24 letras. Υἱός y Χριστός, de 12 letras; pero lo que hay de inenarrable en Cristo, de 30 letras. Y por eso dice que él es A y Ω, para mostrar la περιστερά, ya que esta ave tiene este número.

2. Y Jesús, dice, tiene esta génesis inenarrable. Pues de la Madre de todas las cosas, es decir, del primer cuaternario, procedió en lugar de hija el segundo cuaternario, y se formó el octonario, del cual procedió la Década: así se formó el 18. Así pues, la Década, unida al octonario y haciéndolo diez veces mayor, hizo el número 80; y a su vez 80 tomado diez veces hizo el número 800; de modo que el número entero de las letras, procediendo del octonario a la Década, es 8 y 80 y 800, que es Jesús. Pues el nombre Jesús, según el cómputo de las letras griegas, es 888. Tienes ahí claramente la génesis del Jesús supraceleste según ellos. Por lo cual también, dicen, el A B de los griegos tiene 8 unidades, y 8 decenas, y 8 centenas, que muestran el número 888, es decir, a Jesús, que consta de todos los números; y por eso se le nombra A y Ω, porque significan su generación a partir de todos. Y otra vez así: del primer cuaternario, compuesto en sí mismo según la progresión del número, apareció el número 10. Pues A y B y Γ y Δ, compuestos en sí mismos, hacen 10, que es I; y pretenden que esto sea Jesús. Pero también Cristo, dice, es de 8 letras, por las cuales se significa el primer octonario, que, unido con la iota, engendró el número 888. Y se le llama también, dice, Hijo Cristo, es decir, la Dodécada: pues el nombre υἱὸς es de 4 letras, y Χριστὸς de 8; las cuales, compuestas, mostraron la grandeza de la Dodécada. Pero antes de que apareciera a los hijos, dice, lo insigne de este nombre, es decir, Jesús, los hombres estaban en gran ignorancia y error. Pero cuando se manifestó el nombre de 6 letras, este nombre que se revistió de carne para descender a la sensibilidad del hombre, teniendo en sí también el 6 y el 24, entonces, conociéndolo, cesaron de su ignorancia y subieron de la muerte a la vida, hecho el nombre su guía hacia el Padre de la verdad. Pues el Padre de todas las cosas, dice, quiso disolver la ignorancia y destruir la muerte. Y la disolución de la ignorancia era el conocimiento de él. Y por eso se dijo que, según su voluntad, fue dispuesto el hombre que es a imagen de él, el poder que está arriba.

3. A quaternatione enim progressi sunt Aeones. Erat autem in quaternatione Anthropos et Ecclesia, Logos et Zoe. Ab iis igitur Virtutes, ait, emanatae generaverunt eum, qui in terra manifestatus est, Jesum. Et Logi quidem locum adimplesse angelum Gabriel, Zoes autem Spiritum sanctum, Anthropi autem Altissimi virtutem: Ecclesiae autem locum Virgo ostendit. Et sic ille, qui est secundum dispositionem, per Mariam generatur apud eum homo, quem Pater omnium transeuntem per vulvam elegit per Verbum ad agnitionem suam. Cum autem venisset ipse ad aquam, descendisse in eum, quasi columbam, eum qui recucurrit sursum, et implevit xii numerum: in quo inerat semen eorum, qui conseminati sunt cum eo, et condescenderunt et coascenderunt. Ipsam autem Virtutem quae descendit, semen dicit esse Patris, habens in se et Patrem, et Filium, et eam, quae per eos cognoscitur innominabilis virtus Siges, et omnes Aeonas. Et hunc esse Spiritum, qui locutus est per os Jesu, qui se confessus est Filium hominis, et manifestavit Patrem, descendens quidem in Jesum, unitus est. Et destruxit quidem mortem, ait, qui fuit ex dispositione Salvator Jesus; agnovit autem Patrem Christum. Jesum esse ergo nomen quidem ejus, qui est ex dispositione homo, dicit, positum autem esse in assimilationem et figurationem ejus, qui incipit in eum descendere, Hominis, quem capientem habere et ipsum Hominem, et ipsum Logon, et Patrem, et Arrheton, et Sigen, et Alethian, et Ecclesiam, et Zoen.

4. Haec jam supra Iu iu! et super Pheu! et super universam tragicam exclamationem et doloris vociferationem sunt. Quis enim non oderit eum, qui tantorum mendaciorum malus compositor est poeta, cum viderit veritatem idolum a Marco factam, et hoc alphabeti litteris stigmatam? Nuper, sicut quod est ab initio, quod dici solet, heri et ante Graeci confitentur a Cadmo se primum sedecim accepisse: post deinde procedentibus temporibus semetipsos adinvenisse, aliquando quidem adspiratas, aliquando autem duplices: novissime autem omnium Palamedem aiunt longas eis apposuisse. Prius igitur quam apud Graecos haec fierent, non erat veritas? Corpus enim ejus secundum te, Marce, posterius est tempore quam Cadmos, et ii qui ante eum sunt; posterius autem his, qui reliqua elementa addiderunt: posterius autem tempore, quam et tu ipse. Tu autem solus in idolum deposuisti eam, quae a te praedicatur veritas.

5. Quis autem sustinebit tuam illam quae tantum verbosata est Sigen, quae innominabilem nominat Aeonem, inenarrabilem exponit, et eum qui investigabilis est enuntiat, et aperuisse os dicit eum, quem incorporalem et infiguratum dicis, et emisisse Verbum, quasi unum ex his quae composita sunt animalia: Verbum quoque ejus simile (esse) ei, qui eum emisit, et formam invisibilis factum, elementorum quidem esse triginta, syllabarum autem quatuor? Erit ergo secundum similitudinem Verbi Pater omnium, sicut tu ais, elementorum quidem triginta, syllabarum autem quatuor.

3. Pues del cuaternario procedieron los Eones. Y en el cuaternario estaban Anthropos e Iglesia, Logos y Zoe. De estos, pues, dice, emanaron los Poderes y engendraron al que se manifestó en la tierra, Jesús. Y que el ángel Gabriel ocupó el lugar de Logos, el Espíritu Santo el de Zoe, y el poder del Altísimo el de Anthropos; y la Virgen mostró el lugar de Iglesia. Y así, según él, el hombre que es según la disposición es engendrado por medio de María; al cual, cuando pasaba por el seno, eligió el Padre de todas las cosas por medio del Verbo para el conocimiento de sí mismo. Y que, cuando él vino al agua, descendió sobre él, como paloma, el que había vuelto corriendo arriba y había completado el número 12; en el cual estaba la simiente de los que fueron sembrados juntamente con él, y descendieron con él y subieron con él. Y dice que el Poder mismo que descendió es la simiente del Padre, que tiene en sí al Padre, y al Hijo, y aquel Poder innombrable de Sige que se conoce por medio de ellos, y a todos los Eones. Y que este es el Espíritu que habló por la boca de Jesús, el cual se confesó Hijo del hombre y manifestó al Padre; y que, descendiendo a Jesús, se unió a él. Y el que fue el Salvador de la disposición, Jesús, dice, destruyó la muerte; pero conoció al Padre, Cristo. Dice, pues, que Jesús es el nombre del hombre de la disposición, pero que fue puesto para asimilación y figuración del Hombre que había de descender a él; y que, conteniéndolo, tenía al mismo Hombre, y al mismo Logos, y al Padre, y a Arrhetos, y a Sige, y a Alethia, y a Iglesia, y a Zoe.

4. Esto está ya por encima de ¡Iu iu! y por encima de ¡Feu!, y por encima de toda exclamación trágica y de todo clamor de dolor. Pues ¿quién no odiará al que es malvado compositor de tantas mentiras, un poeta, cuando vea la verdad hecha ídolo por Marcos, y marcada además con las letras del alfabeto? Hace poco, comparado con lo que es desde el principio, como suele decirse, ayer y anteayer, confiesan los griegos que recibieron primero dieciséis letras de Cadmo; que después, con el correr del tiempo, ellos mismos inventaron unas veces las aspiradas, otras las dobles; y que, por último, dicen, Palamedes les añadió las largas. Antes, pues, de que esto sucediera entre los griegos, ¿no había verdad? Pues su cuerpo, según tú, Marcos, es posterior en el tiempo a Cadmo y a los que fueron antes de él; posterior también a los que añadieron los demás elementos; y posterior en el tiempo aun a ti mismo. Pero tú solo has bajado a un ídolo a la que es predicada por ti como verdad.

5. ¿Y quién soportará a esa Sige tuya, tan verbosa, que nombra al Eón innombrable, expone al inenarrable, enuncia al que es inescrutable, y dice que abrió la boca aquel a quien tú llamas incorpóreo y sin figura, y que emitió un Verbo como si fuera uno de los seres vivos compuestos; y que su Verbo, semejante al que lo emitió, y hecho forma del invisible, es de 30 elementos y de cuatro sílabas? Será, pues, el Padre de todas las cosas, según la semejanza del Verbo, como tú dices, de 30 elementos y de cuatro sílabas.

Aut iterum quis sustinebit te in schemata et numeros, aliquando quidem triginta, aliquando autem viginti quatuor, aliquando sex tantum, concludentem universorum conditorem, et Demiurgum, et factorem, Verbum Dei, et minuentem eum in syllabas quidem quatuor, elementa autem triginta: et omnium Dominum, qui confirmavit coelos, in dccclxxxviii deducentem numeros, similiter atque alphabetum: et ipsum qui omnia capit Patrem, a nullo autem capitur, in quaternationem, et octonationem, et duodecadem subpartientem, et per hujusmodi multiplicationes illud, quod est inenarrabile et incognoscibile, quemadmodum tu dicis, Patris enarrantem? Et quem incorporalem et insubstantivum nominas, hujus materiam et substantiam ex multis litteris, aliis ex aliis generatis, fabricas, ipse Daedalus fictor, et faber malus factus sublimissimae virtutis: et quam indivisibilem dicis substantiam in mutas, et vocales et semivocales sonos subdividens; id quod est mutum in his, omnium Patri et hujus intentioni mentiens, in summam blasphemiam et magnam impietatem immisisti omnes qui tibi credunt.

6. Quapropter et juste, et apte tali temeritati tuae divinae adspirationis senior, et praeco veritatis invectus est in te, dicens sic: Idolorum fabricator Marce, et portentorum inspector, Astrologiae cognitor et magicae artis, Per quae confirmas erroris doctrinas, Signa ostendens his, qui a te seducuntur, Apostaticae virtutis operationes, Quae tibi praestat tuus pater Satanas Per angelicam virtutem Azazel facere, Habens te praecursorem contrariae adversus Deum nequitiae.

Et haec quidem amator Dei senior. Nos autem reliqua mysteria eorum, quae sunt longa, conabimur breviter expedire, et ea quae multo tempore sunt occultata, in manifestum producere. Sic enim fit ut facile argui et convinci possint ab omnibus.

Caput XVI

Insulsa parabolarum de ove, drachmaque perdita, a Marcosiis conficta explicatio. Admonitio auctoris de stupenda illorum vesania.

1. Generationem itaque Aeonum, et errorem ovis, et adinventionem, adunantes in unum, mystice audent annuntiare hi qui in numeros omnia deduxerunt, de monade et dualitate dicentes omnia constare: et a monade usque ad quatuor numerantes, sic generant decadem. Unum enim et duo, et tres, et quatuor, in unum compositae, decem Aeonum generaverunt numerum. Rursus autem dualitas ab ea progressa usque ad episemon, duo, et quatuor, et sex, duodecadem ostendit. Et rursus a dualitate similiter numerantibus nobis usque ad x, xxx numerus ostensus est, in quo est ogdoas, et decas, et duodecas.

¿O quién te soportará, a su vez, encerrando en figuras y números, unas veces 30, otras 24, otras solo 6, al Creador, y Demiurgo, y Hacedor de todas las cosas, el Verbo de Dios, y reduciéndolo a cuatro sílabas y 30 elementos; y rebajando al Señor de todas las cosas, que afirmó los cielos, al número 888, como el alfabeto; y subdividiendo al mismo Padre, que contiene todas las cosas y no es contenido por nadie, en un cuaternario, un octonario y una Dodécada, y enunciando por multiplicaciones de este género lo que en el Padre es, como tú dices, inenarrable e incognoscible? Y de aquel a quien llamas incorpóreo y sin sustancia fabricas la materia y la sustancia a partir de muchas letras, engendradas unas de otras, tú mismo un Dédalo, modelador, hecho artesano malvado del poder más sublime; y subdividiendo en sonidos mudos, vocales y semivocales la sustancia que llamas indivisible, atribuyendo falsamente lo que entre ellos es mudo al Padre de todas las cosas y a su Intención, has arrojado a todos los que te creen a la suma blasfemia y a una gran impiedad.

6. Por lo cual, justa y oportunamente, el anciano de inspiración divina y heraldo de la verdad arremetió contra semejante temeridad tuya, diciendo así: «Marcos, fabricador de ídolos y observador de prodigios, conocedor de la astrología y del arte mágico, con los que confirmas las doctrinas del error, mostrando señales a los que son seducidos por ti, obras del poder apóstata, que tu padre Satanás te concede hacer por el poder angélico Azazel, teniéndote como precursor de la maldad contraria a Dios.»

Hasta aquí el anciano amante de Dios. Nosotros, por nuestra parte, intentaremos exponer brevemente los demás misterios de ellos, que son largos, y sacar a la luz lo que durante mucho tiempo ha estado oculto. Pues así sucede que puedan ser fácilmente refutados y convencidos por todos.

Capítulo 16

La insulsa explicación de las parábolas de la oveja y de la dracma perdidas, inventada por los marcosianos. Advertencia del autor sobre su asombrosa vesania.

1. Así pues, aunando en uno la generación de los Eones, y el extravío de la oveja, y su hallazgo, se atreven a anunciarlos místicamente estos que han reducido todas las cosas a números, diciendo que todo consta de la Mónada y la dualidad; y contando desde la Mónada hasta 4, engendran así la Década. Pues 1, y 2, y 3, y 4, compuestos en uno, engendraron el número de los 10 Eones. Y a su vez la dualidad, procediendo desde sí misma hasta el episemon, 2, y 4, y 6, muestra la Dodécada. Y a su vez, contando nosotros del mismo modo desde la dualidad hasta 10, se muestra el número 30, en el cual están la Ogdóada, la Década y la Dodécada.

Duodecadem igitur, eo quod episemon habuerit consequentem sibi, propter episemon passionem vocant. Et propter hoc circa xii numerum cum labes quaedam facta fuisset, ovem luxuriatam aberrasse: quoniam apostasiam a duodecade factam dicunt. Similiter et a duodecade abscedentem unam Virtutem perisse divinant: et hanc esse mulierem, quae perdiderit drachmam, et accenderit lucernam, et invenerit eam. Sic igitur et numeros reliquos, in drachma qui sunt novem, in ove vero undecim, perplexos sibimetipsis, xcix numerum generare: quoniam novies undecim xcix fiant. Quapropter et Amen hunc habere dicunt numerum.

2. Non pigritabor autem tibi et aliter eos interpretantes annuntiare, ut undique conspicias fructum eorum. Litteram enim H, cum episemo, ogdoadem esse volunt, cum ab alpha beta octavo sit posita loco; rursus iterum sine episemo computantes numerum ipsarum litterarum, et componentes usque ad H, triacontadem ostendunt. Incipiens enim quis ab A, et perfiniens in H, per numeros litterarum, abstrahens autem episemum et insuper conjungens incrementum litterarum, inveniet tricenarium numerum. Usque enim ad E litteram, xv fiunt: post deinde appositus eis vii numerus, ii et xx perficit: cum autem appositum est iis H, quod est viii, admirabilem triacontadem adimplevit. Et hinc ostendunt ogdoadem matrem triginta Aeonum. Quoniam igitur ex tribus virtutibus unitus est tricenarius numerus, ter idem factus, xc fecit. Et ipsa autem trias in se composita ix generavit. Sic ogdoas xcix generavit numerum. Et quoniam duodecimus Aeon absistens reliquit sursum xi, consequenter dicunt typum litterarum in figura Logi positum esse (undecimam enim in litteris esse Λ, qui est numerus xxx) et secundum imaginem positum esse superioris dispositionis: quoniam ab alpha sine episemo, ipsarum litterarum numerus usque ad Λ compositus, secundum augmentum litterarum cum ipso Λ, xc et ix facit numerum. Quoniam autem Λ, quae est undecimo loco in ordine, ad similis sui descendit inquisitionem, ut impleret xii numerum, et cum invenisset eum, adimpleta est; manifestum esse ex ipsa figuratione litterae. Λ enim quasi ad sui similis inquisitionem adveniens, et inveniens, et in semet rapiens ipsum, duodecimum adimplevit locum, M littera ex duobus lambdis ΛΛ consistente. Quapropter et fugere eos per agnitionem xcix locum, hoc est, deminorationem, typum sinistrae manus: sectari autem unum, quod additum super nonagintanovem in dexteram eos manum transtulit.

A la Dodécada, pues, porque tiene el episemon a continuación de sí, la llaman la pasión, a causa del episemon. Y que por eso, habiéndose producido un cierto defecto en torno al número 12, la oveja, retozando, se extravió; pues dicen que la apostasía se produjo a partir de la Dodécada. Del mismo modo adivinan que un Poder, apartándose de la Dodécada, se perdió; y que esta es la mujer que perdió la dracma, y encendió una lámpara, y la halló. Así, pues, también los números restantes, los 9 de la dracma y los 11 de la oveja, entrelazados entre sí, engendran el número 99; porque 9 veces 11 son 99. Por lo cual dicen que también el Amén tiene este número.

2. No me dará pereza referirte cómo lo interpretan también de otro modo, para que contemples su fruto por todos lados. Pues pretenden que la letra H, con el episemon, sea la Ogdóada, ya que está puesta en el octavo lugar desde alfa beta; y a su vez, computando sin el episemon el número de las letras mismas y sumándolas hasta la H, muestran la Triacóntada. Pues si uno comienza por la A y termina en la H, a través de los números de las letras, pero quitando el episemon y sumando además el incremento de las letras, hallará el número 30. Pues hasta la letra E resultan 15; después, añadido a ellos el número 7, se completan 22; y cuando se les ha añadido la H, que es 8, se ha completado la admirable Triacóntada. Y de aquí muestran que la Ogdóada es la madre de los treinta Eones. Puesto que, pues, el número 30 fue unido a partir de tres poderes, hecho tres veces lo mismo, hizo 90. Y la tríada misma, compuesta consigo, engendró 9. Así la Ogdóada engendró el número 99. Y como el duodécimo Eón, al apartarse, dejó arriba 11, dicen que en consecuencia el tipo de las letras fue puesto en la figura de Logos (pues la undécima entre las letras es la Λ, que es el número 30), y que fue puesto a imagen de la disposición superior; ya que, desde alfa sin el episemon, el número de las letras mismas sumado hasta la Λ, según el incremento de las letras, con la misma Λ, hace el número 90 y 9. Y que la Λ, que está en el undécimo lugar en el orden, descendió en busca de lo semejante a sí para completar el número 12, y que, cuando lo halló, quedó completa, dicen que es manifiesto por la figuración misma de la letra. Pues la Λ, viniendo como en busca de lo semejante a sí, y hallándolo, y arrebatándolo hacia sí, completó el duodécimo lugar, constando la letra M de dos lambdas, ΛΛ. Por lo cual, dicen, ellos mismos, por el conocimiento, huyen del lugar del 99, es decir, de la disminución, tipo de la mano izquierda; y siguen al uno que, añadido a los noventa y nueve, los trasladó a la mano derecha.

3. Tu quidem haec pertransiens, dilectissime, optime scio quoniam ridebis multum tantam illorum in tumore sapientem stultitiam. Sunt autem digni planctu, qui tantam Dei religionem, et magnitudinem vere inenarrabilis virtutis, et tantas dispositiones Dei per A et B, et per numeros tam frigidos, et vi extortos enuntiant. Quotquot autem absistunt ab Ecclesia, et iis anilibus fabulis assentiunt, vere a semetipsis sunt damnati: quos Paulus jubet nobis post primam et secundam correptionem devitare. Joannes enim, Domini discipulus, superextendit damnationem in eos, neque Ave a nobis eis dici volens: Qui enim dicit, inquit, eis Ave, communicat operibus ipsorum nequissimis. Et merito: Non enim est gaudere impiis, dicit Dominus. Impii autem super omnem impietatem hi sunt, qui factorem coeli et terrae, unum Deum omnipotentem, super quem alius Deus non est, ex labe, et ipsa ex altera labe facta, emissum dicunt: et sic jam, secundum eos, esse eum emissionem tertiae labis. Quam sententiam digne exsufflantes, et catathematizantes, oportet porro alicubi et longe fugere ab eis: et quanto plus haec affirmant et gaudent in iis adinventionibus suis, tanto magis sciamus plus eos agitari ab ogdoadis nequissimis spiritibus. Quemadmodum hi, qui in phreneticam passionem inciderunt, aut plus rident, et valere se putant, et quasi sani omnia agunt, quaedam autem et quasi plus quam sani sunt, tanto magis male habent: similiter autem et hi, quo magis plus sapere putantur, enervantes semetipsos, super tonum sagittantes, tanto magis non sapiunt. Exiens enim immundus spiritus ignorantiae, dein vacantes eos, non Deo, sed mundialibus quaestionibus inveniens, assumens alios spiritus septem nequiores semetipso; et infatuans illorum sententiam, quasi possint quae sunt super Deum adinvenire, et aptabiliter in exclusionem compositam, ogdoadem ignorantiae nequissimorum spirituum in eos deposuit.

Caput XVII

Qui res creatas secundum imaginem invisibilium conditas fingerent Marcosii.

1. Volo autem tibi referre quemadmodum et ipsam conditionem secundum imaginem invisibilium a Demiurgo, quasi ignorante eo, fabricatam per Matrem dicunt. Primo quidem quatuor elementa dicunt, ignem, aquam, terram, et aerem, imaginem emissam esse superioris quaternationis: et operationes eorum cum eis annumeratas, id est, calidum et frigidum, humectum et aridum, diligenter imaginare ogdoadem, ex qua decem Virtutes sic enumerant: septem quidem corpora circumlata, quae etiam coelos vocant: post deinde continentem eos circulum, quem octavum coelum vocant, post deinde solem et lunam.

3. Tú, amadísimo, al recorrer estas cosas, sé muy bien que te reirás mucho de su necedad, tan sabia en su hinchazón. Pero son dignos de llanto los que enuncian tan grande religión de Dios, y la grandeza del poder verdaderamente inenarrable, y tan grandes disposiciones de Dios, por medio de A y B, y por medio de números tan fríos y arrancados a la fuerza. Y cuantos se apartan de la Iglesia y asienten a estas fábulas de viejas están verdaderamente condenados por sí mismos; y Pablo nos manda evitarlos después de una primera y una segunda corrección. Pues Juan, el discípulo del Señor, extendió aún más su condenación, no queriendo que nosotros les digamos siquiera Salve: Pues quien les dice, dice, Salve, participa de sus obras perversísimas (2 Jn 11). Y con razón: pues no hay alegría para los impíos, dice el Señor (Is 48,22). Y son impíos por encima de toda impiedad estos que dicen que el Hacedor del cielo y de la tierra, el único Dios omnipotente, sobre el cual no hay otro Dios, fue emitido de un defecto, y este hecho a su vez de otro defecto; de modo que ya, según ellos, él es la emisión de un tercer defecto. Soplando contra esta doctrina y anatematizándola, como merece, es preciso huir lejos de ellos a otra parte; y cuanto más afirman estas cosas y se alegran en estas invenciones suyas, tanto más sepamos que son agitados por los espíritus perversísimos de la Ogdóada. Así como los que han caído en un frenesí, cuanto más ríen, y se creen sanos, y lo hacen todo como si estuvieran sanos, y algunas cosas incluso como si estuvieran más que sanos, tanto peor están: así también estos, cuanto más se cree que son sabios, extenuándose a sí mismos, disparando más allá de la tensión del arco, tanto menos saben. Pues el espíritu inmundo de la ignorancia, saliendo, y hallándolos luego desocupados, no para Dios, sino para cuestiones mundanas, tomando consigo otros siete espíritus peores que él, y entonteciendo su mente, como si pudieran inventar las cosas que están por encima de Dios, una mente dispuesta a propósito para la exclusión, ha puesto en ellos la Ogdóada de la ignorancia de los espíritus perversísimos.

Capítulo 17

Cómo fingían los marcosianos que las cosas creadas fueron creadas a imagen de las invisibles.

1. Y quiero referirte cómo dicen que la creación misma fue fabricada a imagen de las cosas invisibles por el Demiurgo, como si él lo ignorara, por medio de la Madre. Primero dicen que los cuatro elementos, el fuego, el agua, la tierra y el aire, fueron emitidos como imagen del cuaternario superior; y que sus operaciones, contadas con ellos, es decir, lo cálido y lo frío, lo húmedo y lo seco, figuran cuidadosamente la Ogdóada; de la cual enumeran así diez Poderes: siete cuerpos que giran en círculo, a los que llaman también cielos; después el círculo que los contiene, al que llaman octavo cielo; después el sol y la luna.

Haec cum sint decem numero, imagines dicunt esse invisibilis decadis ejus, quae a Logo et Zoe progressa sit. Duodecadem autem ostendi per eum, qui Zodiacus vocatur circulus. Duodecim enim signa manifestissime Hominis et Ecclesiae filiam duodecadem, quasi per quamdam umbram pinxisse dicunt. Et e contrario superjunctum, inquiunt, universorum oneri cum sit velocissimum quod superpositum est coelum, qui ad ipsam concavationem aggravat, et ex contrarietate moderatur illorum velocitatem sua tarditate, ita ut in triginta annis circuitum a signo in signum faciat, imaginem dicunt eum Hori ejus, qui trigesimam nominis illorum matrem circumcontinet. Lunam quoque rursus suum coelum circumeuntem triginta diebus, per dies numerum triginta Aeonum significare. Et solem autem in duodecim mensibus circumeuntem, et perficientem circularem suam apocatastasin, per duodecim menses duodecadem manifestare. Et ipsos autem dies duodecim horarum mensuram habentes, typum non apparentis duodecadis esse. Sed et horam dicunt, quod est duodecimum diei, ex triginta partibus adornatam, propter imaginem triacontadis. Et ipsius autem zodiaci circuli circummensurationem esse partium trecentarum sexaginta; quodque enim signorum, partes habere triginta. Sic quoque per circulum, imaginem copulationis eorum, quae sunt duodecim, ad triginta custoditam dicunt. Adhuc etiam et terram in duodecim climata divisam dicentes, et in unoquoque climate unamquamque virtutem ex coelis secundum demissionem suscipientem, et similes generantem filios ei virtuti, quae demiserit distillationem, typum esse duodecadis et filiorum ejus manifestissimum asseverant.

2. Ad haec autem volentem aiunt Demiurgum superioris ogdoadis interminabile, et aeternum, et infinitum, et intemporale imitari: et cum non potuisset perseverabile ejus et perpetuum deformare, ideo quod fructus sit labis, in temporum spatia, et tempora, et numeros multorum annorum aeternitatem ejus deposuisse, existimantem in multitudine temporum imitari ejus interminatum. Hic dicunt, cum effugisset eum veritas, subsecutum mendacium: et propter hoc destructionem, adimpletis temporibus, accipere ejus opus.

Caput XVIII

Quae Mosis loca in suam hypothesim detorquerent haeretici.

1. Et de conditione quidem talia dicentes, quotidie adinvenit unusquisque eorum, quemadmodum potest, aliquid novi. Perfectus enim nemo, nisi qui maxima mendacia apud eos fructificaverit. De propheticis autem quaecunque transformantes coaptant, necessarium est manifestantes arguitionem his inferre. Moyses enim, inquiunt, incipiens id quod est secundum conditionem opus, statim in principio matrem omnium ostendit, dicens: In principio fecit Deus coelum et terram. Quatuor haec nominans, Deum et principium, coelum et terram, quaternationem ipsorum, quemadmodum ipsi dicunt, figuravit.

Estos, siendo diez en número, dicen que son imágenes de aquella Década invisible que procedió de Logos y Zoe. Y que la Dodécada se muestra por medio del círculo que se llama Zodíaco. Pues dicen que los doce signos pintaron clarísimamente, como por medio de una cierta sombra, a la hija de Hombre e Iglesia, la Dodécada. Y puesto que, dicen, el cielo colocado encima, unido en sentido contrario sobre la mole de todas las cosas, siendo velocísimo, hace peso sobre la bóveda misma y por su contrariedad modera con su lentitud la velocidad de aquellos, de modo que en treinta años hace su recorrido de signo en signo, dicen que es imagen de Horos, que circunda a la Madre de ellos, trigésima en nombre. Y a su vez que la luna, recorriendo su cielo en treinta días, significa por los días el número de los treinta Eones. Y que el sol, girando en doce meses y completando su apocatástasis circular, manifiesta la Dodécada por medio de los doce meses. Y que los días mismos, que tienen una medida de doce horas, son tipo de la Dodécada que no aparece. Y dicen que también la hora, que es la duodécima parte del día, está adornada de treinta partes, a causa de la imagen de la Triacóntada. Y que la circunferencia del mismo círculo zodiacal es de trescientas sesenta partes; pues cada uno de los signos tiene treinta partes. Así también, dicen, por medio del círculo se conserva la imagen del acoplamiento de los doce con los treinta. Y además, diciendo que la tierra está dividida en doce zonas, y que en cada zona recibe un poder de los cielos según su descenso, y engendra hijos semejantes al poder que envió la destilación, aseveran que es un tipo clarísimo de la Dodécada y de sus hijos.

2. Y además de esto dicen que el Demiurgo, queriendo imitar lo interminable, y eterno, e infinito, e intemporal de la Ogdóada superior, y no pudiendo configurar su perduración y perpetuidad, por ser fruto de un defecto, redujo su eternidad a espacios de tiempo, y a tiempos, y a números de muchos años, creyendo imitar lo interminable de ella con la multitud de los tiempos. Aquí, dicen, al escapársele la verdad, siguió la mentira; y por eso su obra, cumplidos los tiempos, recibe la destrucción.

Capítulo 18

Qué lugares de Moisés torcían los herejes hacia su hipótesis.

1. Y diciendo tales cosas sobre la creación, cada uno de ellos inventa cada día, como puede, algo nuevo. Pues nadie es perfecto entre ellos, sino el que ha producido como fruto las mayores mentiras. Y cuanto de los escritos proféticos transforman y acomodan, es necesario ponerlo de manifiesto y aducir contra ellos la refutación. Pues Moisés, dicen, al comenzar la obra de la creación, mostró en seguida, en el principio, a la Madre de todas las cosas, diciendo: En el principio hizo Dios el cielo y la tierra (Gn 1,1). Nombrando estos cuatro, Dios y principio, cielo y tierra, figuró su cuaternario, según dicen ellos mismos.

Et invisibile autem, et absconditum ejus manifestantem dicere: Terra autem erat invisibilis et incomposita. Secundam autem quaternationem, progeniem primae quaternationis, sic eum dixisse volunt, abyssum nominantem et tenebras, in quibus sunt et aquae, et qui ferebatur super aquas spiritus. Post quam decadis commemorantem, lumen dicere, et diem, et noctem, et firmamentum, et vesperam, et quod vocatur mane, et aridam, et mare, adhuc etiam et herbam, et decimo loco lignum: sic quoque per decem nomina, decem Aeonas manifestasse. Duodecadis autem sic formatam apud eos virtutem: solem enim dicere, et lunam, et stellas, et tempora, et annos, et cetos, adhuc etiam pisces, et serpentia, et volatilia, et quadrupedia, feras quoque, et super haec omnia duodecimum hominem. Sic ab spiritu triacontadem per Moysen dictam docent. Nec non et formatum hominem secundum imaginem superioris virtutis, habere in se eam, quae sit ab uno fonte, virtutem. Constitutam autem eam esse in eo, qui sit in cerebro locus, ex qua defluant virtutes quatuor secundum imaginem supernae tetradis, quae vocantur, una quidem visio, altera autem auditus, tertia odoratus, et quarta gustatio. Octonationem autem dicunt significari per hominem sic: Aures quidem duas habentem, et totidem visus, adhuc etiam odorationes duas, et duplicem gustationem, amari et dulcis. Totum autem hominem omnem imaginem triacontadis sic habere docent: in manibus quidem per digitos decadem bajulare: in toto autem corpore, cum in duodecim membra dividatur, duodecadem. Dividunt autem illud, quemadmodum Veritatis apud eos divisum est corpus, de quo praediximus. Ogdoadem autem, inenarrabilem et invisibilem, in visceribus absconditam intelligi.

2. Solem quoque iterum, qui sit magnum luminare, in quarta dierum fieri propter quaternationis numerum dicunt. Tabernaculi quoque quod a Moyse compositum est, atria de bysso, et hyacintho, et purpura, et coccino facta, eamdem apud eos ostenderunt imaginem. Sacerdotis quoque poderem, quatuor ordinibus lapidum pretiosorum adornatum, quaternationem significare praefiniunt. Et si qua omnino talia sunt posita in Scripturis, quae quatuor possunt numerum designare, propter quaternationem ipsorum dicunt facta. Octonationem rursus ostendi sic: In octavo dierum formatum dicunt hominem: aliquando enim volunt eum sexto die factum, aliquando autem octavo, nisi forte choïcum quidem in sexto dierum dicunt formatum, carnalem autem in octavo; distincta sunt enim haec apud eos. Quidam autem et alterum esse volunt, qui secundum imaginem et similitudinem Dei factus est homo masculofemineus, et hunc esse spiritalem: alterum autem, qui ex terra plasmatus sit.

Y que, mostrando lo invisible y escondido de él, dijo: Y la tierra era invisible e informe (Gn 1,2). Y pretenden que del segundo cuaternario, progenie del primer cuaternario, haya hablado así, nombrando el abismo y las tinieblas, en los que están también las aguas, y el espíritu que se movía sobre las aguas. Después de esto, dicen, haciendo mención de la Década, habla de la luz, y del día, y de la noche, y del firmamento, y de la tarde, y de lo que se llama mañana, y de la tierra seca, y del mar, y además de la hierba, y en décimo lugar del árbol; y así, por diez nombres, manifestó los diez Eones. Y el poder de la Dodécada está formado así entre ellos: pues habla del sol, y de la luna, y de las estrellas, y de los tiempos, y de los años, y de los monstruos marinos, y además de los peces, y de los reptiles, y de las aves, y de los cuadrúpedos, y también de las fieras, y por encima de todos estos, en duodécimo lugar, del hombre. Así enseñan que la Triacóntada fue dicha por el espíritu por medio de Moisés. Y también que el hombre, formado a imagen del poder superior, tiene en sí el poder que procede de la única fuente. Y que está establecido en el lugar que está en el cerebro, del cual fluyen cuatro poderes a imagen de la Tétrada superior, que se llaman: uno, vista; el otro, oído; el tercero, olfato; y el cuarto, gusto. Y dicen que el octonario está significado por medio del hombre así: tiene dos oídos, y otros tantos ojos, y además dos olfatos, y un gusto doble, de lo amargo y de lo dulce. Y enseñan que el hombre entero tiene así toda la imagen de la Triacóntada: en las manos lleva la Década por medio de los dedos; y en el cuerpo entero, por estar dividido en doce miembros, la Dodécada. Y lo dividen como está dividido entre ellos el cuerpo de la Verdad, del cual hablamos antes. Y que la Ogdóada, inenarrable e invisible, se entiende escondida en las entrañas.

2. Dicen también, a su vez, que el sol, que es la gran lumbrera, fue hecho en el cuarto día a causa del número del cuaternario. También los atrios del tabernáculo construido por Moisés, hechos de lino fino, y de jacinto, y de púrpura, y de escarlata, han mostrado entre ellos la misma imagen. También declaran que la túnica talar del sacerdote, adornada con cuatro hileras de piedras preciosas, significa el cuaternario. Y cualesquiera cosas semejantes que estén puestas en las Escrituras que puedan designar el número 4, dicen que fueron hechas a causa de su cuaternario. A su vez, el octonario se muestra así: dicen que el hombre fue formado en el octavo día; pues unas veces pretenden que fuera hecho en el sexto día, y otras en el octavo; a no ser que digan que el coico fue formado en el sexto día, y el carnal en el octavo; pues estas cosas se distinguen entre ellos. Y algunos pretenden que haya otro hombre, el que fue hecho a imagen y semejanza de Dios, masculino-femenino, y que este es el espiritual; y otro, el que fue plasmado de la tierra.

3. Et arcae autem dispositionem in cataclysmo, in qua octo homines liberati sunt, manifestissime dicunt ogdoadem ostendere. Hoc autem idem et David, cum octavus esset genitus inter fratres suos, significare. Adhuc etiam et circumcisionem, quae octavo die fit, circumcisionem superioris ogdoadis manifestare. Et omnino quaecunque inveniuntur in Scripturis obduci posse ad numerum octavum, mysterium ogdoadis adimplere dicunt. Sed et decadem significari per decem gentes, quas promisit Deus Abrahae in possessionem dare, dicunt: et dispositionem autem quae est secundum Saram, quomodo post decem annos dat ei ancillam suam Agar, ut ex ea filium faciat, idem significare. Et servus autem Abraham missus ad Rebeccam, et super puteum dans ei armillas aureorum decem, et fratres ejus tenentes eam in dies decem: adhuc etiam Jeroboam, qui decem sceptra accepit, et tabernaculi decem atria, et columnae decem cubitorum, et decem filii Jacob ad emptionem tritici prima vice in Aegyptum missi, et decem apostoli, quibus manifestatur post resurrectionem Dominus, cum Thomas non esset praesens, invisibilem defigurabant secundum eos decadem.

4. Duodecadem autem, erga quam et mysterium passionis labis fuisse, ex qua passione visibilia fabricata esse volunt, signanter et manifestissime positam ubique dicunt. Et duodecim filios Jacob, ex quibus duodecim quoque tribus, et logion varium, duodecim habens lapides et duodecim tintinnabula, et eos qui a Moyse positi sunt sub monte duodecim lapides, similiter autem et eos qui a Jesu in flumine positi sunt, et alteros qui trans positi sunt, et portantes arcam testamenti, et eos qui ab Helia positi sunt in holocausto vituli, et numerum quoque apostolorum; et omnia omnino, quaecunque duodecim numerum custodiunt, duodecadem ipsorum significare volunt. Horum autem unitatem omnium, quae vocatur triacontas, per eam arcam, cujus triginta cubitis altitudo fuit sub Noe: et per Samuelem declinantem Saul ... qui triginta diebus abscondebatur in agro; et per eos qui cum eo intraverunt in speluncam; et propter id quod longitudo fuerit sancti tabernaculi triginta cubitorum; et quaecunque alia aequalia numeris his inveniuntur, triacontadem ipsorum per hujusmodi ostendunt asseverationes.

Caput XIX

Quibus Scripturae testimoniis probarent supremum Patrem incognitum fuisse ante Christi adventum.

3. Y dicen que la disposición del arca en el cataclismo, en la cual se salvaron ocho personas, muestra clarísimamente la Ogdóada. Y que David significa también lo mismo, por haber nacido el octavo entre sus hermanos. Y además, que la circuncisión, que se hace en el octavo día, manifiesta la circuncisión de la Ogdóada superior. Y, en general, cuantas cosas se encuentran en las Escrituras que pueden reducirse al número ocho, dicen que cumplen el misterio de la Ogdóada. Y dicen que la Década está significada también por las diez naciones que Dios prometió dar en posesión a Abraham; y que la disposición relativa a Sara, cómo después de diez años le da su esclava Agar para que tenga de ella un hijo, significa lo mismo. Y el siervo de Abraham enviado a Rebeca, que le da junto al pozo brazaletes de diez piezas de oro, y los hermanos de ella, que la retienen diez días; además Jeroboán, que recibió diez cetros, y los diez atrios del tabernáculo, y las columnas de diez codos, y los diez hijos de Jacob enviados la primera vez a Egipto a comprar trigo, y los diez apóstoles a los que se manifestó el Señor después de la resurrección, no estando presente Tomás: estos, según ellos, figuraban la Década invisible.

4. Y la Dodécada, en torno a la cual tuvo lugar también el misterio de la pasión del defecto, pasión de la cual pretenden que hayan sido fabricadas las cosas visibles, dicen que está puesta en todas partes de modo señalado y clarísimo. Y pretenden que los doce hijos de Jacob, de los que proceden también las doce tribus, y el oráculo multicolor que tiene doce piedras y doce campanillas, y las doce piedras puestas por Moisés al pie del monte, y asimismo las puestas por Josué en el río, y las otras puestas en la otra orilla, y los que llevaban el arca del testamento, y las puestas por Elías en el holocausto del becerro, y también el número de los apóstoles, y absolutamente todo lo que guarda el número doce, signifiquen su Dodécada. Y la unidad de todos estos, que se llama Triacóntada, por el arca cuya altura fue de treinta codos en tiempo de Noé; y por Samuel, que hizo recostarse a Saúl... que se escondía treinta días en el campo; y por los que entraron con él en la cueva; y porque la longitud del santo tabernáculo fue de treinta codos; y cualesquiera otras cosas que se hallen iguales a estos números: con aseveraciones de este género muestran su Triacóntada.

Capítulo 19

Con qué testimonios de la Escritura probaban que el Padre supremo fue desconocido antes de la venida de Cristo.

1. Necessarium autem duxi addere iis et quanta de Propatore ipsorum, qui incognitus erat omnibus ante adventum Christi, eligentes de Scripturis suadere contendunt, ut ostendant Dominum nostrum alterum annuntiare Patrem, praeter fabricatorem hujus universitatis: quem, sicut praediximus, impie blasphemantes, labis fructum esse dicunt. Prophetam igitur Isaiam dicentem: Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit; invisibilis Bythi ignorantiam dixisse coaptant. Et in Osee quod dictum est: Non est in eis veritas, neque agnitio Dei; in hoc idem tendere conantur. Et: Non est intelligens, aut requirens Deum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; in Bythi ignorantia apponunt. Et per Moysem autem dictum: Nemo videbit Deum, et vivet; in illum habere suadent relationem.

2. Et fabricatorem quidem a prophetis visum dicunt: illud autem quod scriptum est: Nemo videbit Deum et vivet; de invisibili magnitudine, et incognita omnibus dictum volunt. Et quoniam quidem de invisibili Patre, factore omnium, dictum est: Nemo videbit Deum, omnibus nobis manifestum est: quoniam autem non de hoc, qui ab iis adinventus est Bythus, sed de Demiurgo (et ipse est invisibilis Deus) ostenditur procedente sermone. Et Danielem autem hoc idem significare, in eo quod interrogat angelum absolutiones parabolarum, quasi non scientem. Sed et angelum abscondentem ab eo magnum mysterium Bythi, dicere ei: Recurre, Daniel: hi enim sermones obstructi sunt, quoadusque intellectores intelligant, et albi inalbentur: et seipsos esse albos et intellectores gloriantur.

Caput XX

De apocryphis et fictis Marcosiorum scripturis, ac Evangelii locis quibus abutebantur.

1. Super haec autem, inenarrabilem multitudinem apocryphorum et perperûm scripturarum, quas ipsi finxerunt, afferunt ad stuporem insensatorum, et quae sunt veritatis non scientium litteras. Assumunt autem in hoc et illam falsationem, quasi Dominus cum puer esset, et disceret litteras, cum dixisset magister ejus, quemadmodum in consuetudine est: Dic A; responderit A. Rursum cum magister jussisset dicere B, respondisse Dominum: Tu prior dic mihi quid est A, et tunc ego dicam tibi quid est B. Et hoc exponunt, quasi ipse solus incognitum scierit, quod manifestavit in typum alphae.

1. Y he juzgado necesario añadir a estas cosas también cuánto se esfuerzan por persuadir, escogiéndolo de las Escrituras, acerca de su Propator, que era desconocido para todos antes de la venida de Cristo, para mostrar que nuestro Señor anunció otro Padre fuera del Fabricador de este universo, del cual, como dijimos antes, blasfemando impíamente, dicen que es fruto de un defecto. Así pues, acomodan al profeta Isaías, que dice: Pero Israel no me ha conocido, y el pueblo no me ha entendido (Is 1,3), como si hubiera hablado de la ignorancia del invisible Bythus. Y lo que se dijo en Oseas: No hay en ellos verdad, ni conocimiento de Dios (Os 4,1), intentan torcerlo hacia lo mismo. Y: No hay quien entienda o busque a Dios; todos se desviaron, a una se hicieron inútiles (Sal 14,2-3; Rom 3,11-12): esto lo aplican a la ignorancia de Bythus. Y lo dicho por medio de Moisés: Nadie verá a Dios y vivirá (Ex 33,20), quieren persuadir que se refiere a él.

2. Y dicen que el Fabricador fue visto por los profetas; pero pretenden que lo que está escrito: Nadie verá a Dios y vivirá (Ex 33,20), se haya dicho de la grandeza invisible y desconocida para todos. Que se dijo del Padre invisible, Hacedor de todas las cosas: Nadie verá a Dios, es manifiesto para todos nosotros; pero que no se dijo de aquel que fue inventado por ellos, Bythus, sino del Demiurgo (y él es el Dios invisible), se muestra a medida que avanza el discurso. Y que Daniel significa lo mismo, en cuanto pregunta al ángel las soluciones de las parábolas, como quien no sabe. Y que el ángel, escondiéndole el gran misterio de Bythus, le dijo: Vuelve, Daniel; pues estas palabras están cerradas, hasta que los que entienden entiendan, y los blancos sean blanqueados (Dan 12,9-10); y se glorían de que ellos mismos son los blancos y los que entienden.

Capítulo 20

Sobre los escritos apócrifos y fingidos de los marcosianos, y sobre los lugares del Evangelio de que abusaban.

1. Además de esto, aducen una inenarrable multitud de escritos apócrifos y espurios, que ellos mismos han fingido, para asombro de los insensatos y de los que no conocen las letras de la verdad. Y toman para esto también aquella falsificación: que el Señor, cuando era niño y aprendía las letras, habiéndole dicho su maestro, como es costumbre: «Di A», respondió: «A». De nuevo, cuando el maestro le mandó decir B, el Señor respondió: «Dime tú primero qué es A, y entonces yo te diré qué es B». Y exponen esto como si él solo hubiera conocido al Desconocido, al que manifestó en el tipo de la alfa.

2. Quaedam autem eorum, quae in Evangelio posita sunt, in hunc characterem transfigurant: sicut illud quod ad matrem suam, duodecim annorum exsistens, respondit dicens: Non scitis quoniam in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? Hunc, quem non sciebant, dicunt, Patrem annuntiabat eis: et propter hoc emisisse discipulos in duodecim tribus, annuntiantes ignotum eis Deum. Et ei qui dixisset illi: Magister bone; eum, qui vere bonus esset Deus, confessum esse respondentem: Quid me dicis bonum? unus est bonus, Pater in coelis: coelos autem nunc Aeonas dictos dicunt. Et propter hoc non respondisse eis, qui ei dixerunt: In qua virtute hoc facis? sed econtrario interrogatione sua consternasse eos, inenarrabile Patris, in eo quod non dixerit, non ostendisse eum interpretantur. Sed et in eo, quod dixerit: Saepius concupivi audire unum ex sermonibus istis, et non habui qui diceret mihi; manifestantis dicunt esse per hoc unum, eum qui sit vere unus Deus, quem non cognoverint. Adhuc in eo, quod appropinquans ad Jerusalem ploraverit super eam, et dixerit: Si cognovisses et tu hodie quae sunt ad pacem; abscondita autem sunt a te; per eum sermonem qui est absconditus, apocryphon Bythi manifestasse. Et iterum dicentem: Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, et discite a me; Veritatis Patrem annuntiasse. Quod enim nesciebant, inquiunt, hoc eis promisit se docturum.

3. Ostensionem autem superiorum, et velut finem regulae suae afferunt haec: Confiteor tibi, Pater, Domine terrae et coelorum, quoniam abscondisti ea a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita, Pater meus, quoniam in conspectu tuo placitum factum est. Omnia mihi tradita sunt a Patre: et nemo cognovit Patrem, nisi Filius, et Filium, nisi Pater, et cuicunque Filius revelaverit. In his enim manifestissime aiunt ostendisse eum, quod ante adventum ejus nemo manifeste cognoverit Patrem Veritatis: et aptare volunt, quod quasi fabricator et conditor semper ab omnibus cognitus sit: et haec Dominum dixisse de incognito omnibus Patre, quem ipsi annuntiant.

Caput XXI

Quid et quotuplex redemptio haereticorum.

2. Y algunas de las cosas puestas en el Evangelio las transforman según este sello: como lo que, teniendo doce años, respondió a su madre diciendo: ¿No sabéis que es necesario que yo esté en las cosas que son de mi Padre? (Lc 2,49) Dicen que les anunciaba a este Padre, al que no conocían; y que por eso envió a los discípulos a las doce tribus, anunciándoles al Dios desconocido. Y que al que le había dicho: Maestro bueno, confesó al Dios que es verdaderamente bueno, respondiendo: ¿Por qué me llamas bueno? Uno solo es bueno, el Padre en los cielos (Mt 19,17; Mc 10,18; Lc 18,19); y dicen que ahora a los cielos se les llama Eones. Y por eso, interpretan, no respondió a los que le dijeron: ¿Con qué poder haces esto? (Mt 21,23; Mc 11,28; Lc 20,2), sino que, por el contrario, los confundió con su propia pregunta; y que, al no decirlo, no mostró lo inenarrable del Padre. Y también en que dijera: Muchas veces he deseado oír una de estas palabras, y no tuve quien me la dijera, dicen que por este «una» manifestaba al que es verdaderamente el único Dios, al que no habían conocido. Además, dicen, en que, acercándose a Jerusalén, lloró sobre ella y dijo: Si conocieras también tú hoy lo que conduce a la paz; pero te está escondido (Lc 19,42), por esa palabra, «escondido», manifestó el apócrifo de Bythus. Y otra vez, diciendo: Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados, y yo os aliviaré, y aprended de mí (Mt 11,28-29), anunció, dicen, al Padre de la Verdad. Pues lo que no sabían, dicen, les prometió que se lo enseñaría.

3. Y como demostración de lo anterior, y como coronamiento de su regla, aducen esto: Te confieso, Padre, Señor de la tierra y de los cielos, que has escondido estas cosas a los sabios y prudentes, y las has revelado a los pequeños. Así, Padre mío, porque así ha sido de tu agrado. Todas las cosas me han sido entregadas por el Padre; y nadie ha conocido al Padre sino el Hijo, ni al Hijo sino el Padre, y aquel a quien el Hijo lo haya revelado (Mt 11,25-27; Lc 10,21-22). Pues en estas palabras, dicen, mostró clarísimamente que antes de su venida nadie había conocido claramente al Padre de la Verdad; y pretenden ajustarlo a que el Fabricador y Creador fue, por así decir, conocido siempre por todos; y que el Señor dijo estas cosas del Padre desconocido para todos, al que ellos anuncian.

Capítulo 21

Qué es la redención de los herejes, y de cuántas maneras.

1. Redemptionis autem ipsorum traditionem evenit invisibilem esse, et incomprehensibilem: videlicet cum sit incomprehensibilium et invisibilium mater. Et propter hoc, cum sit instabilis, non simpliciter, neque uno sermone referendum est: quoniam unusquisque illorum, quemadmodum ipsi volunt, tradunt eam. Quanti enim sunt hujusmodi sententiae mystici antistites, tot sunt et redemptiones. Et quia ad negationem baptismatis, ejus quae est in Deum regenerationis, et universae fidei destructionem remissa est species haec a Satana, arguentes eos referemus aptiori loco.

2. Dicunt autem eam necessariam esse iis, qui perfectam agnitionem acceperunt, ut in eam, quae est super omnia virtus, sint regenerati. Aliter enim nobis impossibile esse intra Pleroma introire: quoniam haec est, quae in profundum Bythi deducit, secundum eos. Et baptisma quidem apparentis Jesu, in remissionem esse peccatorum; redemptionem autem esse ejus, qui in eo descenderit Spiritus, ad perfectionem: et illud quidem animale, illam autem spiritalem esse repromittunt. Et baptisma quidem a Joanne annuntiatum in poenitentiam; redemptionem autem ejus, qui in eo est Christi, positam esse ad perfectionem, et hoc esse, de quo dicit: Aliud baptisma habeo baptizari, et valde propero ad illud. Sed et filiis Zebedaei, matre ipsorum postulante ut sedere faceret eos a dextris et a sinistris cum eo in regno, hanc apposuisse redemptionem Dominum dicunt, dicentem: Potestis baptisma baptizari, quod ego habeo baptizari? Et Paulum manifeste dicunt eam, quae sit in Christo Jesu, redemptionem saepissime ostendisse: et esse hanc eam, quae ab ipsis varie et inconsonanter traditur.

3. Quidam enim ex ipsis sponsale cubiculum quoddam adaptant, et quasi mysticum conficiunt, cum quibusdam profanis dictionibus, iis qui sacrantur; et spiritales nuptias dicunt esse id, quod ab ipsis fit, secundum similitudinem supernarum conjugationum. Alii autem adducunt ad aquam, et baptizantes ita dicunt: In nomen incogniti Patris omnium, in veritatem matrem omnium, in descendentem in Jesum, ad unitionem, et redemptionem, et communionem virtutum. Alii autem et Hebraica nomina superfantur, ut stupori sint, vel deterreant eos qui sacrantur, sic: Basyma cacabasa eanaa, irraumista diarbada, caeota bafobor camelanthi. Horum autem interpretatio est talis: Hoc quod est super omnem virtutem Patris invoco, quod vocatur lumen, et spiritus et vita: quoniam in corpore regnasti. Alii autem rursus redemptionem profantur sic: Nomen quod absconditum est ab universa deitate, et dominatione, et veritate, quod induit Jesus Nazarenus in zonis luminis, Christus Dominus viventis per Spiritum sanctum, in redemptionem angelicam.

1. Ahora bien, sucede que la tradición de su redención es invisible e incomprensible, como que es la madre de las cosas incomprensibles e invisibles. Y por eso, siendo inestable, no ha de referirse de modo simple ni con un solo discurso, porque cada uno de ellos la transmite como ellos mismos quieren. Pues cuantos son los prelados místicos de esta doctrina, tantas son también las redenciones. Y como esta especie ha sido enviada por Satanás para la negación del bautismo de aquella regeneración que es en Dios, y para la destrucción de toda la fe, los referiremos refutándolos en un lugar más oportuno.

2. Y dicen que es necesaria a los que han recibido el conocimiento perfecto, para que sean regenerados en aquel Poder que está sobre todas las cosas. Pues de otro modo es imposible para nosotros entrar dentro del Pleroma, ya que es ella la que conduce a lo profundo de Bythus, según ellos. Y que el bautismo del Jesús visible es para la remisión de los pecados, pero la redención del Espíritu que descendió en él es para la perfección; y aseguran que aquel es animal, y esta, espiritual. Y que el bautismo anunciado por Juan fue para la penitencia, pero la redención del Cristo que está en él fue puesta para la perfección; y que esto es aquello de lo que dice: Tengo otro bautismo con que ser bautizado, y me apresuro mucho hacia él (Lc 12,50). Y dicen que también a los hijos de Zebedeo, cuando su madre pedía que los hiciera sentar a la derecha y a la izquierda con él en el reino, el Señor les propuso esta redención, diciendo: ¿Podéis ser bautizados con el bautismo con que yo he de ser bautizado? (Mc 10,38) Y dicen que Pablo mostró manifiestamente y muchísimas veces la redención que es en Cristo Jesús; y que esta es la que ellos transmiten de modos variados y sin concordancia.

3. Pues algunos de ellos disponen una especie de cámara nupcial y celebran como un rito místico, con ciertas palabras profanas, para los que son iniciados; y dicen que lo que ellos hacen es un matrimonio espiritual, a semejanza de los emparejamientos superiores. Otros los llevan al agua, y al bautizarlos dicen así: «En el nombre del Padre desconocido de todas las cosas, en la Verdad, Madre de todas las cosas, en el que descendió a Jesús, para la unión, y la redención, y la comunión de los poderes». Otros pronuncian además sobre ellos nombres hebreos, para asombrar o aterrar a los que son iniciados, así: «Basyma cacabasa eanaa, irraumista diarbada, caeota bafobor camelanthi». Y su interpretación es esta: «Invoco aquello que está por encima de todo poder del Padre, que se llama luz, y espíritu, y vida, porque has reinado en el cuerpo». Otros, a su vez, pronuncian así la redención: «El nombre que está escondido a toda deidad, y dominación, y verdad, del cual se revistió Jesús Nazareno en las zonas de la luz, Cristo, Señor del que vive, por el Espíritu Santo, para la redención angélica.

Nomen quod est restaurationis: Messia ufar magno in seenchaldia mosomeda, eaacha faronepseha Jesu Nazarene. Et horum interpretatio est talis: Christi non divido spiritum, cor, et supercoelestem virtutem misericordem: fruar nomine tuo, Salvator veritatis. Et haec quidem profantur ipsi qui sacrant: qui autem sacratur, respondet: Confirmatus sum, et redemptus sum, et redimo animam meam ab aeone hoc et omnibus quae sunt ab eo in nomine Iao, qui redemit animam ejus, in redemptionem, in Christo vivente. Dehinc superfantur, qui astant: Pax omnibus, in quos hoc nomen requiescit. Post deinde ungunt sacratum opobalsamo. Unguentum enim hoc typum esse dicunt ejus suavitatis, quae sit super universa.

4. Quidam autem eorum adducere quidem ad aquam supervacuum esse dicunt; admiscentes autem oleum et aquam in unum, cum quibusdam profanis dictionibus, similibus quae praediximus, mittunt super eorum caput, qui sacrantur: et hoc esse redemptionem volunt; ungentes et ipsi opobalsamo. Alii autem haec omnia recusantes dicunt, non oportere inenarrabilis et invisibilis virtutis mysterium per visibiles et corruptibiles perfici creaturas: et ea quae mente concipi non possunt, et incorporalia, et insensibilia, per sensibilia et corporalia. Esse autem perfectam redemptionem, ipsam agnitionem inenarrabilis magnitudinis. Ea enim quae sunt de ignorantia labis, et passione facta, per agnitionem dissolvi universum ignorantiae statum: uti sit agnitio, redemptio interioris hominis. Et neque corporalem esse eam; corruptibile enim est corpus: neque animalem, quoniam et anima de labe est, spiritus velut habitaculum: spiritalem ergo oportere et redemptionem esse. Redimi enim per agnitionem interiorem hominem spiritualem, et sufficere eis universorum agnitionem: et hanc esse redemptionem veram.

5. Alii sunt, qui mortuos redimunt ad finem defunctionis, mittentes eorum capitibus oleum et aquam, sive praedictum unguentum cum aqua, et supradictis invocationibus, ut incomprehensibiles et invisibiles principibus et potestatibus fiant, et ut superascendat super invisibilia interior ipsorum homo, quasi corpus quidem ipsorum in creatura mundi relinquatur, anima vero projiciatur Demiurgo. Et praecipiunt eis venientibus ad Potestates haec dicere, posteaquam mortui fuerint: Ego filius a Patre, Patris qui ante fuit, filius autem in eo qui ante fuit. Veni autem videre omnia, quae sunt mea et aliena; non autem aliena in totum, sed sunt Achamoth, quae est femina, et haec sibi fecit; deducit enim genus ex eo qui ante fuit; et eo rursus in mea, unde veni. Et haec dicentem evadere et effugere potestates dicunt. Venire quoque ad eos, qui sunt circa Demiurgum, et dicere eis: Vas ego sum pretiosum, magis quam femina quae fecit vos.

El nombre de la restauración: Messia ufar magno in seenchaldia mosomeda, eaacha faronepseha Jesu Nazarene». Y la interpretación de estas palabras es esta: «No divido el espíritu de Cristo, el corazón, y el poder supraceleste misericordioso; goce yo de tu nombre, Salvador de la verdad». Y esto lo pronuncian los mismos que inician; y el que es iniciado responde: «Estoy confirmado, y estoy redimido, y redimo mi alma de este eón y de todas las cosas que proceden de él, en el nombre de Iao, que redimió su alma para la redención en el Cristo viviente». Después pronuncian los que están presentes: «Paz a todos sobre los que reposa este nombre». Después ungen al iniciado con opobálsamo. Pues dicen que este ungüento es tipo de aquella suavidad que está por encima de todas las cosas.

4. Algunos de ellos dicen que es superfluo llevarlos al agua; pero, mezclando aceite y agua en uno, con ciertas palabras profanas semejantes a las que dijimos antes, los derraman sobre la cabeza de los que son iniciados; y pretenden que esto sea la redención; y también ellos ungen con opobálsamo. Otros, rechazando todo esto, dicen que el misterio del poder inenarrable e invisible no debe realizarse por medio de criaturas visibles y corruptibles, ni lo que no puede concebirse con la mente, y es incorpóreo e insensible, por medio de cosas sensibles y corpóreas. Y que la redención perfecta es el conocimiento mismo de la grandeza inenarrable. Pues, habiéndose producido por la pasión las cosas que proceden de la ignorancia del defecto, todo el estado de ignorancia, dicen, se disuelve por el conocimiento; de modo que el conocimiento es la redención del hombre interior. Y que no es corporal, pues el cuerpo es corruptible; ni animal, porque también el alma procede del defecto, como morada del espíritu: luego también la redención debe ser espiritual. Pues el hombre interior, espiritual, dicen, es redimido por el conocimiento, y les basta el conocimiento de todas las cosas; y esta es la verdadera redención.

5. Hay otros que redimen a los muertos al término de su partida, poniéndoles sobre la cabeza aceite y agua, o el ungüento antes dicho con agua, y con las invocaciones arriba mencionadas, para que se hagan incomprensibles e invisibles a los príncipes y a las potestades, y para que su hombre interior suba por encima de las cosas invisibles, como si su cuerpo quedara en la creación del mundo, mientras el alma es arrojada al Demiurgo. Y les mandan que, cuando lleguen a las Potestades después de muertos, digan esto: «Yo soy hijo del Padre, del Padre que existía antes, e hijo en aquel que existía antes. Y he venido a ver todas las cosas, las mías y las ajenas; pero no del todo ajenas, sino que son de Achamoth, que es hembra, y ella las hizo para sí; pues deriva su linaje del que existía antes; y vuelvo de nuevo a lo mío, de donde vine». Y dicen que, diciendo esto, se evade y escapa de las Potestades. Y que llega también a los que rodean al Demiurgo y les dice: «Yo soy un vaso precioso, más que la hembra que os hizo.

Si mater vestra ignorat radicem suam, ego autem novi meipsum, et scio unde sim, et invoco incorruptibilem Sophiam, quae est in Patre, mater autem est matris vestrae, quae non habet patrem, neque conjugem: masculo-femina autem a femina nata effecit vos, ignorans et matrem suam, et putans seipsam esse solam: ego autem invoco ejus matrem. Haec autem eos, qui circa Demiurgum sunt audientes, valde conturbari, et reprehendere suam radicem, et genus matris: ipsos autem abire in sua, projicientes nodos ipsorum, id est animam. Et de redemptione quidem ipsorum haec sunt quae quidem in nos venerunt. Cum autem discrepent ab invicem et doctrina, et traditione, et qui recentiores eorum agnoscuntur, affectant per singulos dies novum aliquid adinvenire, et fructificare, quod nunquam quisquam excogitavit; durum est omnium describere sententias.

Caput XXII

Quae regula veritatis, et in quo ab ea deflectant omnes haeretici.

1. Cum teneamus autem nos regulam veritatis, id est, quia sit unus Deus omnipotens; qui omnia condidit per Verbum suum, et aptavit, et fecit ex eo quod non erat, ad hoc ut sint omnia, quemadmodum Scriptura dicit: Verbo enim Domini coeli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum; et iterum: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: (ex omnibus autem nihil subtractum est; sed omnia per ipsum fecit Pater, sive visibilia, sive invisibilia, sive sensibilia, sive intelligibilia, sive temporalia propter quamdam dispositionem, sive sempiterna, et aeonia) non per angelos, neque per virtutes aliquas abscissas ab ejus sententia; nihil enim indiget omnium Deus: sed et per Verbum et Spiritum suum omnia faciens, et disponens, et gubernans, et omnibus esse praestans: hic qui mundum fecit (etenim mundus ex omnibus), hic qui hominem plasmavit, hic Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, super quem alius Deus non est, neque Initium, neque Virtus, neque Pleroma: hic Pater Domini nostri Jesu Christi, quemadmodum ostendemus: hanc ergo tenentes regulam, licet valde varia et multa dicant, facile eos deviasse a veritate arguimus. Omnes enim fere quotquot sunt haereses, Deum quidem unum dicunt, sed per sententiam malam immutant, ingrati exsistentes ei, qui fecit eos, quemadmodum et gentes per idololatriam. Plasma autem Dei contemnunt, contradicentes suae saluti, ipsi sui accusatores amarissimi, et falsi testes exsistentes. Qui quidem resurgent in carne, licet nolint, uti agnoscant virtutem suscitantis eos a mortuis: cum justis autem non annumerabuntur, propter incredulitatem suam.

Si vuestra madre ignora su raíz, yo en cambio me conozco a mí mismo, y sé de dónde soy, e invoco a la incorruptible Sophia, que está en el Padre, y es madre de vuestra madre, la cual no tiene padre ni consorte; una masculino-femenina, nacida de una hembra, os hizo, ignorando incluso a su propia madre y creyéndose sola; pero yo invoco a la madre de ella». Y que los que rodean al Demiurgo, al oír esto, se turban mucho, y reprenden su raíz y el linaje de su madre; pero que ellos se van a lo suyo, arrojando sus ataduras, es decir, el alma. Y esto es lo que ha llegado hasta nosotros acerca de su redención. Pero, como discrepan entre sí tanto en la doctrina como en la tradición, y los que entre ellos se reconocen como más recientes se afanan cada día por inventar algo nuevo y producir como fruto lo que nunca nadie ideó, es difícil describir los pareceres de todos.

Capítulo 22

Cuál es la regla de la verdad, y en qué se apartan de ella todos los herejes.

1. Pero, como nosotros tenemos la regla de la verdad, es decir, que hay un solo Dios omnipotente, que creó todas las cosas por su Verbo, y las ajustó, y las hizo de lo que no era, para que todas las cosas fuesen, según dice la Escritura: porque por el Verbo del Señor fueron afirmados los cielos, y por el Espíritu de su boca todo su poder (Sal 33,6); y otra vez: Todas las cosas fueron hechas por él, y sin él nada se hizo (Jn 1,3) (y de todas las cosas nada ha quedado sustraído; sino que el Padre hizo todas las cosas por él, ya sean visibles, ya invisibles, ya sensibles, ya inteligibles, ya temporales, en razón de alguna disposición, ya sempiternas y eternas); no por medio de ángeles, ni por medio de poderes separados de su juicio, pues Dios no necesita de ninguna de todas las cosas, sino haciendo todas las cosas por su Verbo y Espíritu, y disponiéndolas, y gobernándolas, y dando a todas el ser: este es el que hizo el mundo (pues también el mundo está entre todas las cosas), este es el que plasmó al hombre, este es el Dios de Abraham, y el Dios de Isaac, y el Dios de Jacob, por encima del cual no hay otro Dios, ni Principio, ni Poder, ni Pleroma; este es el Padre de nuestro Señor Jesucristo, como mostraremos: teniendo, pues, esta regla, por variadas y numerosas que sean las cosas que dicen, fácilmente probamos que se han desviado de la verdad. Pues casi todas cuantas herejías hay dicen ciertamente que Dios es uno, pero por una mala doctrina lo alteran, siendo ingratos para con aquel que los hizo, como también las naciones por la idolatría. Y desprecian la hechura de Dios, contradiciendo su propia salvación, siendo ellos mismos sus más amargos acusadores y falsos testigos. Ellos ciertamente resucitarán en la carne, aunque no quieran, para que reconozcan el poder del que los resucita de entre los muertos; pero no serán contados con los justos, a causa de su incredulidad.

2. Cum sit igitur adversus omnes haereticos detectio atque convictio varia et multifaria, et nobis propositum est omnibus iis secundum ipsorum charactera contradicere, necessarium arbitrati sumus prius referre fontem et radicem eorum, uti sublimissimum ipsorum Bythum cognoscens, intelligas arborem, de qua defluxerunt tales fructus.

Caput XXIII

Simonis Magi et Menandri sententia et mores.

1. Simon enim Samarites, magus ille, de quo discipulus et sectator apostolorum Lucas ait: Vir quidam autem nomine Simon, qui ante erat in civitate magicam exercens artem, et seducens gentem Samaritanorum, dicens se esse aliquem magnum, quem auscultabant a pusillo usque ad magnum, dicentes: Hic est virtus Dei, quae vocatur magna. Intuebantur autem eum, propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos. Hic igitur Simon, qui fidem simulavit, putans apostolos et ipsos sanitates per magicam, et non virtute Dei perficere; et per impositionem manuum Spiritu sancto adimplere credentes Deo per eum, qui ab ipsis evangelizatur Christus Jesus, per majorem quamdam magicam scientiam et hoc suspicans fieri, et offerens pecuniam apostolis, ut acciperet et ipse hanc potestatem quibuscunque velit dandi Spiritum sanctum, audivit a Petro: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri: non est tibi pars, neque sors in sermone hoc: cor enim tuum non est rectum coram Deo. In felle enim amaritudinis, et obligatione injustitiae video te esse. Et cum adhuc magis non credidisset Deo, et cupidus intendit contendere adversus apostolos, uti et ipse gloriosus videretur esse, et universam magicam adhuc amplius scrutans, ita ut in stuporem cogeret multos hominum: quippe cum esset sub Claudio Caesare, a quo etiam statua honoratus esse dicitur propter magicam. Hic igitur a multis quasi Deus glorificatus est, et docuit semetipsum esse, qui inter Judaeos quidem quasi Filius apparuerit, in Samaria autem quasi Pater descenderit, in reliquis vero gentibus quasi Spiritus sanctus adventaverit. Esse autem se sublimissimam virtutem, hoc est, eum qui sit super omnia Pater, et sustinere vocari se quodcunque eum vocant homines.

2. Simon autem Samaritanus, ex quo universae haereses substiterunt, habet hujusmodi sectae materiam. Hic Helenam quamdam ipse a Tyro civitate Phoenices quaestuariam cum redemisset, secum circumducebat, dicens hanc esse primam mentis ejus conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit angelos facere et archangelos. Hanc enim Ennoiam exsilientem ex eo, cognoscentem quae vult pater ejus, degredi ad inferiora, et generare Angelos et Potestates, a quibus et mundum hunc factum dixit.

2. Puesto que, pues, el desenmascaramiento y la refutación de todos los herejes es variada y multiforme, y nuestro propósito es contradecirlos a todos según su propio sello, hemos juzgado necesario referir primero su fuente y su raíz, para que, conociendo su sublimísimo Bythus, entiendas el árbol del cual han brotado tales frutos.

Capítulo 23

La doctrina y las costumbres de Simón el Mago y de Menandro.

1. Pues Simón el samaritano, aquel mago del que dice Lucas, discípulo y seguidor de los apóstoles: Pero un hombre llamado Simón, que antes estaba en la ciudad ejerciendo el arte de la magia y seduciendo a la nación de los samaritanos, diciendo que él era alguien grande, al cual escuchaban desde el pequeño hasta el grande, diciendo: Este es el poder de Dios que se llama grande (Hch 8,9-10). Y le atendían, porque durante mucho tiempo los había trastornado con sus artes mágicas (Hch 8,11). Este Simón, pues, que fingió la fe, pensando que también los apóstoles realizaban sus curaciones por magia y no por el poder de Dios; y sospechando que también esto, que llenaran del Espíritu Santo, por la imposición de las manos, a los que creían en Dios por aquel cuya buena nueva ellos anuncian, Cristo Jesús, se hacía por cierta ciencia mágica mayor; y ofreciendo dinero a los apóstoles para recibir también él esta potestad de dar el Espíritu Santo a quien quisiera, oyó de Pedro: Tu dinero sea contigo para perdición, porque pensaste que el don de Dios se poseía con dinero: no tienes parte ni suerte en esta palabra, pues tu corazón no es recto delante de Dios (Hch 8,20-21). Pues veo que estás en hiel de amargura y en atadura de injusticia (Hch 8,23). Y como había creído a Dios todavía menos, se empeñó ávidamente en competir con los apóstoles, para parecer también él glorioso, escudriñando todavía más toda la magia, de modo que llevaba al estupor a muchos hombres; pues vivía bajo Claudio César, por quien incluso se dice que fue honrado con una estatua a causa de su magia. Este, pues, fue glorificado por muchos como Dios, y enseñó que era él mismo quien entre los judíos se había aparecido como Hijo, en Samaria había descendido como Padre, y en las demás naciones había venido como Espíritu Santo. Y enseñó que él era el Poder sublimísimo, es decir, aquel que es Padre sobre todas las cosas, y que consentía en ser llamado con cualquier nombre con que lo llamen los hombres.

2. Ahora bien, Simón el samaritano, de quien surgieron todas las herejías, tiene para su secta una materia de esta clase. Habiendo él mismo rescatado de Tiro, ciudad de Fenicia, a una tal Helena, una prostituta, la llevaba consigo, diciendo que ella era la primera concepción de su mente, la madre de todos, por la cual al principio concibió en su mente hacer ángeles y arcángeles. Pues dijo que esta Ennoia, saltando fuera de él y conociendo lo que quiere su padre, descendió a las regiones inferiores y engendró Ángeles y Potestades, por los cuales también fue hecho este mundo.

Posteaquam autem generavit eos, haec detenta est ab ipsis propter invidiam, quoniam nollent progenies alterius cujusdam putari esse. Ipsum enim se in totum ignoratum ab ipsis: Ennoiam autem ejus detentam ab iis, quae ab ea emissae sunt Potestates et Angeli; et omnem contumeliam ab iis passam, uti non recurreret sursum ad suum patrem, usque adeo ut et in corpore humano includeretur, et per saecula veluti de vase in vas transmigraret in altera muliebria corpora. Fuisse autem eam et in illa Helena, propter quam Trojanum contractum est bellum: quapropter et Stesichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis: post deinde poenitentem et scribentem eas, quae vocantur, palinodias, in quibus hymnizavit eam, rursus vidisse. Transmigrantem autem eam de corpore in corpus, ex eo et semper contumeliam sustinentem, in novissimis etiam in fornice prostitisse: et hanc esse perditam ovem.

3. Quapropter et ipsum venisse, uti eam assumeret primam, et liberaret eam a vinculis, hominibus autem salutem praestaret per suam agnitionem. Cum enim male moderarentur Angeli mundum, quoniam unusquisque eorum concupisceret principatum, ad emendationem venisse rerum, et descendisse eum transfiguratum, et assimilatum Virtutibus, et Potestatibus, et Angelis: ut et in hominibus homo appareret ipse, cum non esset homo; et passum autem in Judaea putatum, cum non esset passus. Prophetas autem a mundi fabricatoribus Angelis inspiratos dixisse prophetias: quapropter nec ulterius curarent eos hi, qui in eum et in Helenam ejus spem habeant, et ut liberos agere quae velint: secundum enim ipsius gratiam salvari homines, sed non secundum operas justas. Nec enim esse naturaliter operationes justas, sed ex accidenti; quemadmodum posuerunt qui mundum fecerunt Angeli, per hujusmodi praecepta in servitutem deducentes homines. Quapropter et solvi mundum, et liberari eos, qui sunt ejus, ab imperio eorum qui mundum fecerunt, repromisit.

4. Igitur horum mystici sacerdotes libidinose quidem vivunt, magias autem perficiunt, quemadmodum potest unusquisque ipsorum. Exorcismis et incantationibus utuntur. Amatoria quoque et agogima, et qui dicuntur paredri et oniropompi, et quaecunque sunt alia perierga apud eos studiose exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Jovis, et Helenae in figuram Minervae, et has adorant: habent quoque et vocabulum a principe impiissimae sententiae Simone vocati Simoniani, a quibus falsi nominis scientia accepit initia, sicut ex ipsis assertionibus eorum adest discere.

Y después que los engendró, ella fue retenida por ellos por envidia, porque no querían ser tenidos por progenie de algún otro. Pues él mismo, dice, era del todo desconocido para ellos; pero su Ennoia fue retenida por las Potestades y los Ángeles que habían sido emitidos por ella, y padeció de parte de ellos todo ultraje, para que no volviera a subir a su padre, hasta el punto de quedar encerrada incluso en un cuerpo humano y de pasar a lo largo de los siglos, como de vaso en vaso, a otros cuerpos de mujer. Estuvo también, dice, en aquella Helena por la cual se libró la guerra de Troya; por lo cual también Estesícoro, que la maldijo en sus poemas, quedó privado de los ojos, y después, arrepintiéndose y escribiendo las llamadas palinodias, en las que la celebró con himnos, volvió a ver. Y pasando de cuerpo en cuerpo, y por eso sufriendo siempre ultraje, al final se prostituyó incluso en un burdel; y ella es, dice, la oveja perdida.

3. Por lo cual, dice, vino él mismo, para tomarla a ella la primera y librarla de sus cadenas, y para otorgar a los hombres la salvación por su propio conocimiento. Pues como los Ángeles gobernaban mal el mundo, porque cada uno de ellos codiciaba el primer lugar, vino, dice, para enmendar las cosas, y descendió transfigurado y asemejado a los Poderes, a las Potestades y a los Ángeles, de modo que también entre los hombres apareció él como hombre, no siendo hombre, y se creyó que había padecido en Judea, no habiendo padecido. Los profetas, dice, pronunciaron sus profecías inspirados por los Ángeles fabricadores del mundo; por lo cual los que tienen su esperanza en él y en su Helena no han de hacer ya caso de ellos, y pueden hacer como libres lo que quieran: pues los hombres se salvan, dice, según su gracia, pero no según obras justas. Pues las obras, dice, no son justas por naturaleza, sino por accidente, según las establecieron los Ángeles que hicieron el mundo, reduciendo a los hombres a servidumbre por medio de tales preceptos. Por lo cual prometió que el mundo sería disuelto y que los suyos serían liberados del imperio de los que hicieron el mundo.

4. Así pues, los sacerdotes místicos de estos viven lujuriosamente y practican magias, cada uno de ellos según puede. Usan exorcismos y encantamientos. También los filtros de amor y los hechizos de atracción, y los llamados espíritus familiares y enviadores de sueños, y cualesquiera otras artes mágicas, se ejercitan con empeño entre ellos. Tienen también una imagen de Simón hecha a figura de Júpiter, y otra de Helena a figura de Minerva, y las adoran; y tienen además el nombre de Simón, el jefe de esta impiísima doctrina, pues se llaman simonianos, de los cuales tomó sus comienzos la falsamente llamada ciencia, como se puede aprender de sus mismas afirmaciones.

5. Hujus successor fuit Menander, Samarites genere, qui et ipse ad summum magiae pervenit. Qui primam quidem Virtutem incognitam ait omnibus; se autem eum esse, qui missus sit ab invisibilibus Salvatorem pro salute hominum. Mundum autem factum ab Angelis; quos et ipse, similiter ut Simon, ab Ennoia emissos dicit. Dare quoque per eam, quae a se doceatur, magiam, scientiam ad id, ut et ipsos, qui mundum fecerunt, vincat Angelos. Resurrectionem enim per id, quod est in eum baptisma, accipere ejus discipulos, et ultra non posse mori, sed perseverare non senescentes et immortales.

Caput XXIV

De Saturnino et Basilide.

1. Ex iis Saturninus, qui fuit ab Antiochia ea, quae est apud Daphnen, et Basilides, occasiones accipientes, distantes doctrinas ostenderunt: alter quidem in Syria, alter vero in Alexandria. Saturninus quidem, similiter ut Menander, unum Patrem incognitum omnibus ostendit, qui fecit Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates. A septem autem quibusdam Angelis mundum factum, et omnia quae in eo. Hominem autem Angelorum esse facturam, desursum a summa Potestate lucida imagine apparente, quam cum tenere non potuissent, inquit, eo quod statim recurrerit sursum, adhortati sunt semetipsos, dicentes: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem: qui cum factus esset, et non potuisset erigi plasma, propter imbecillitatem Angelorum, sed quasi vermiculus scarizaret, miserantem ejus desuper Virtutem, quoniam in similitudinem ejus esset factus, emisisse scintillam vitae, quae erexit hominem, et articulavit, et vivere fecit.

Hanc igitur scintillam vitae post defunctionem recurrere ad ea, quae sunt ejusdem generis, dicit: et reliqua ex quibus facta sunt illa resolvi.

2. Salvatorem autem innatum demonstravit, et incorporalem, et sine figura, putative autem visum hominem: et Judaeorum Deum unum ex angelis esse dixit. Et propter hoc quod dissolvere voluerint Patrem ejus omnes principes, advenisse Christum ad destructionem Judaeorum Dei, et ad salutem credentium ei; esse autem hos, qui habent scintillam vitae ejus. Duo enim genera hic primus hominum plasmata esse ab Angelis dixit, alterum quidem nequam, alterum autem bonum. Et quoniam daemones pessimos adjuvant, venisse Salvatorem ad dissolutionem malorum hominum, et daemoniorum, ad salutem autem bonorum. Nubere autem et generare, a Satana dicunt esse. Multi autem ex iis, qui sunt ab eo, et ab animalibus abstinent, per fictam hujusmodi continentiam seducentes multos. Prophetias autem quasdam quidem ab iis Angelis, qui mundum fabricaverint, dictas; quasdam autem a Satana: quem et ipsum angelum adversarium mundi fabricatoribus ostendit, maxime autem Judaeorum Deo.

5. Su sucesor fue Menandro, samaritano de raza, que también él llegó a la cumbre de la magia. Este dice que el primer Poder es desconocido para todos, y que él es el enviado por los invisibles como Salvador para la salvación de los hombres. Y dice que el mundo fue hecho por Ángeles, los cuales también él, como Simón, dice que fueron emitidos por Ennoia. Y que, por la magia que él enseña, da una ciencia para esto: para vencer incluso a los Ángeles que hicieron el mundo. Pues sus discípulos, dice, reciben la resurrección por el bautismo en él, y ya no pueden morir, sino que perduran sin envejecer e inmortales.

Capítulo 24

Sobre Saturnino y Basílides.

1. Tomando de estos sus ocasiones, Saturnino, que era de Antioquía, la que está junto a Dafne, y Basílides mostraron doctrinas muy distintas: el uno en Siria, el otro en Alejandría. Saturnino, como Menandro, presentó un único Padre, desconocido para todos, que hizo Ángeles, Arcángeles, Poderes, Potestades. Y que el mundo y todo lo que hay en él fue hecho por ciertos siete Ángeles. Y que el hombre es cosa hecha por los Ángeles: habiendo aparecido desde arriba, desde la Potestad suprema, una imagen luminosa, y no habiendo podido retenerla, dice, porque al punto volvió a subir, se exhortaron unos a otros diciendo: Hagamos al hombre a imagen y semejanza (Gn 1,26); y una vez hecho, como la hechura no podía erguirse por la flaqueza de los Ángeles, sino que se retorcía como un gusano, el Poder de arriba, compadeciéndose de él porque había sido hecho a su semejanza, emitió una chispa de vida, que irguió al hombre, lo articuló y lo hizo vivir.

Esta chispa de vida, pues, dice, vuelve corriendo después de la muerte a lo que es de su mismo género, y lo demás de lo que fueron hechos se disuelve.

2. Al Salvador lo presentó como no nacido, incorpóreo y sin figura, y visto como hombre en apariencia; y dijo que el Dios de los judíos es uno de los ángeles. Y porque todos los príncipes quisieron destruir a su Padre, vino Cristo, dice, para la destrucción del Dios de los judíos y para la salvación de los que creen en él; y estos son los que tienen la chispa de su vida. Pues fue él el primero en decir que dos géneros de hombres fueron plasmados por los Ángeles, el uno malvado y el otro bueno. Y como los demonios ayudan a los peores, vino el Salvador, dice, para la disolución de los hombres malos y de los demonios, y para la salvación de los buenos. Casarse y engendrar, dicen, viene de Satanás. Y muchos de los que proceden de él se abstienen también de los animales, seduciendo a muchos con una continencia fingida de esta clase. Algunas profecías, dice, fueron pronunciadas por los Ángeles que fabricaron el mundo, y otras por Satanás, al que presenta también a él como un ángel, adversario de los fabricadores del mundo, y sobre todo del Dios de los judíos.

3. Basilides autem, ut altius aliquid et verisimilius invenisse videatur, in immensum extendit sententiam doctrinae suae, ostendens Nun primo ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon, deinde a Logo Phronesin, a Phronesi autem Sophiam et Dynamin, a Dynami autem et Sophia Virtutes, et Principes, et Angelos, quos et primos vocat, et ab iis primum coelum factum. Dehinc ab horum derivatione alios autem factos, aliud coelum simile priori fecisse, et simili modo ex eorum derivatione cum alii facti essent, antitypi eis qui super eos essent, aliud tertium deformasse coelum: et a tertio deorsum descendentium quartum, et deinceps secundum eum modum alteros et alteros Principes et Angelos factos esse dicunt, et coelos trecentos sexaginta quinque. Quapropter et tot dies habere annum, secundum numerum coelorum.

4. Eos autem, qui posterius continent coelum, Angelos, quod etiam a nobis videtur, constituisse ea quae sunt in mundo omnia, et partes sibi fecisse terrae, et earum, quae super eam sunt, gentium. Esse autem principem ipsorum eum, qui Judaeorum putatur esse Deus. Et quoniam hic suis hominibus, id est Judaeis, voluit subjicere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra stetisse ei et contra egisse. Quapropter et reliquae resiluerunt gentes ejus genti. Innatum autem et innominatum Patrem, videntem perditionem ipsorum, misisse primogenitum Nun suum (et hunc esse qui dicitur Christus), in libertatem credentium ei, a potestate eorum qui mundum fabricaverunt. Et gentibus ipsorum autem apparuisse eum in terra hominem, et virtutes perfecisse. Quapropter neque passum eum, sed Simonem quemdam Cyrenaeum angariatum portasse crucem ejus pro eo: et hunc secundum ignorantiam et errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Jesus: et ipsum autem Jesum Simonis accepisse formam, et stantem irrisisse eos. Quoniam enim virtus incorporalis erat, et Nus innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, et sic ascendisse ad eum qui miserat eum, deridentem eos, cum teneri non posset, et invisibilis esset omnibus. Et liberatos igitur eos, qui haec sciant, a mundi fabricatoribus principibus: et non oportere confiteri eum qui sit crucifixus, sed eum qui in hominis forma venerit, et putatus sit crucifixus, et vocatus sit Jesus, et missus a Patre, uti per dispositionem hanc opera mundi fabricatorum dissolveret. Si quis igitur, ait, confitetur crucifixum, adhuc hic servus est, et sub potestate eorum qui corpora fecerunt: qui autem negaverit, liberatus est quidem ab iis, cognoscit autem dispositionem innati Patris.

5. Animae autem solae esse salutem: corpus enim natura corruptibile exsistit. Prophetias autem et ipsas a mundi fabricatoribus fuisse ait Principibus, proprie autem legem a Principe ipsorum, qui eduxerit populum de terra Aegypti. Contemnere autem et idolothyta, et nihil arbitrari, sed sine aliqua trepidatione uti eis: habere autem et reliquarum operationum usum indifferentem, et universae libidinis.

3. Basílides, para parecer haber hallado algo más elevado y más verosímil, extendió sin medida la opinión de su doctrina, mostrando que primero nació del Padre no nacido Nus, y de este nació Logos, luego de Logos Phronesis, y de Phronesis Sophia y Dynamis, y de Dynamis y Sophia los Poderes, los Príncipes y los Ángeles, a los que llama también los primeros, y que por ellos fue hecho el primer cielo. Después, otros, hechos por derivación de estos, hicieron otro cielo semejante al primero; y habiendo sido hechos del mismo modo otros por derivación de ellos, antitipos de los que estaban sobre ellos, configuraron un tercer cielo; y del tercero, de los que descendían hacia abajo, un cuarto; y así sucesivamente, dicen, fueron hechos de esa manera unos y otros Príncipes y Ángeles, y trescientos sesenta y cinco cielos. Por lo cual, dicen, el año tiene otros tantos días, según el número de los cielos.

4. Y los Ángeles, dicen, que ocupan el último cielo, el que también nosotros vemos, establecieron todo lo que hay en el mundo, y se hicieron partes de la tierra y de las naciones que hay sobre ella. Y su príncipe, dicen, es el que se tiene por Dios de los judíos. Y como este quiso someter las demás naciones a sus hombres, es decir, a los judíos, todos los demás príncipes se le opusieron y obraron contra él. Por lo cual también las demás naciones se apartaron de su nación. Y el Padre no nacido e innominado, viendo su perdición, envió a su primogénito Nus (y este, dicen, es el que se llama Cristo) para la libertad de los que creen en él, lejos de la potestad de los que fabricaron el mundo. Y a las naciones de ellos se apareció en la tierra como hombre, y obró prodigios. Por lo cual, dicen, no padeció él, sino que un tal Simón de Cirene, forzado, llevó su cruz por él; y este fue crucificado por ignorancia y error, transfigurado por él para que se creyera que era el mismo Jesús; y el propio Jesús tomó la forma de Simón y, estando presente, se rió de ellos. Pues como era un poder incorpóreo, y el Nus del Padre no nacido, se transfiguró como quiso, y así subió al que lo había enviado, burlándose de ellos, ya que no podía ser retenido y era invisible para todos. Así pues, los que saben esto, dicen, han sido liberados de los príncipes fabricadores del mundo; y no se debe confesar al que fue crucificado, sino al que vino en forma de hombre, y se creyó que fue crucificado, y fue llamado Jesús, y fue enviado por el Padre, para disolver por esta disposición las obras de los fabricadores del mundo. «Si alguno, pues», dice, «confiesa al crucificado, ese es todavía esclavo y está bajo la potestad de los que hicieron los cuerpos; pero el que lo haya negado queda liberado de ellos y conoce la disposición del Padre no nacido».

5. La salvación, dicen, es solo del alma, pues el cuerpo es corruptible por naturaleza. Y las profecías mismas, dice, procedieron de los Príncipes fabricadores del mundo, y la Ley en particular de su Príncipe, que sacó al pueblo de la tierra de Egipto. Sostienen que se ha de despreciar también lo sacrificado a los ídolos, y tenerlo por nada, sino usarlo sin temor alguno; y que la práctica de todas las demás acciones, y de toda lujuria, es indiferente.

Utuntur autem et hi magia, et imaginibus, et incantationibus, et invocationibus, et reliqua universa periergia: nomina quoque quaedam affingentes quasi Angelorum, annuntiant hos quidem esse in primo coelo, hos autem in secundo: et deinceps nituntur trecentorum sexaginta quinque ementitorum coelorum et nomina, et principia, et Angelos, et Virtutes exponere. Quemadmodum et mundus nomen esse, in quo dicunt descendisse et ascendisse Salvatorem, esse Caulacau.

6. Igitur qui haec didicerit, et Angelos omnes cognoverit, et causas eorum, invisibilem et incomprehensibilem eum Angelis et Potestatibus universis fieri, quemadmodum et Caulacau fuisse. Et sicut Filium incognitum omnibus esse, sic et ipsos a nemine oportere cognosci; sed cum sciant ipsi omnes, et per omnes transeant, ipsos omnibus invisibiles et incognitos esse. Tu enim, aiunt, omnes cognosce, te autem nemo cognoscat. Quapropter et parati sunt ad negationem, qui sunt tales, imo magis ne pati quidem propter nomen possunt, cum sint omnibus similes. Non autem multos scire posse haec, sed unum a mille, et duo a myriadibus. Et Judaeos quidem jam non esse dicunt, Christianos autem nondum: et non oportere omnino ipsorum mysteria effari, sed in abscondito continere per silentium.

7. Trecentorum autem sexaginta quinque coelorum locales positiones distribuunt similiter ut mathematici. Illorum enim theoremata accipientes, in suum characterem doctrinae transtulerunt: esse autem principem illorum Ἀβράξας, et propter hoc trecentos sexaginta quinque numeros habere in se.

Caput XXV

De Carpocrate.

1. Carpocrates autem, et qui ab eo, mundum quidem et ea quae in eo sunt, ab Angelis multo inferioribus ingenito Patre factum esse dicunt. Jesum autem e Joseph natum, et cum similis reliquis hominibus fuerit, distasse a reliquis secundum id, quod anima ejus firma et munda cum esset, commemorata fuerit, quae visa essent sibi in ea circumlatione, quae fuisset ingenito Deo: et propter hoc ab eo missam esse ei virtutem, uti mundi fabricatores effugere posset, et per omnes transgressa, et in omnibus liberata, ascenderet ad eum: et eas, quae similia ei amplecterentur, similiter. Jesu autem dicunt animam in Judaeorum consuetudine nutritam contempsisse eos, et propter hoc virtutes accepisse, per quas evacuavit quae fuerunt in poenis passiones, quae inerant hominibus.

Usan también estos la magia, las imágenes, los encantamientos, las invocaciones y todas las demás artes mágicas; e inventando ciertos nombres como de Ángeles, anuncian que estos están en el primer cielo y aquellos en el segundo; y así sucesivamente se esfuerzan en exponer los nombres, los principios, los Ángeles y los Poderes de trescientos sesenta y cinco cielos fingidos. Como también el mundo es un nombre, así el nombre en que, dicen, descendió y ascendió el Salvador es Caulacau.

6. Así pues, el que haya aprendido estas cosas y haya conocido a todos los Ángeles y sus causas se hace, dicen, invisible e incomprensible para todos los Ángeles y Potestades, como lo fue también Caulacau. Y así como el Hijo es desconocido para todos, así también ellos, sostienen, no deben ser conocidos por nadie; sino que, mientras ellos conocen a todos y pasan a través de todos, son invisibles y desconocidos para todos. Pues «tú», dicen, «conoce a todos, pero que nadie te conozca». Por lo cual los que son tales están dispuestos a negar; más aún, ni siquiera pueden padecer por el nombre, puesto que son semejantes a todos. Y no muchos, dicen, pueden saber estas cosas, sino uno entre mil, y dos entre miríadas. Y dicen que ya no son judíos, pero todavía no cristianos; y que en modo alguno se deben divulgar sus misterios, sino guardarlos ocultos en silencio.

7. Distribuyen las posiciones locales de los trescientos sesenta y cinco cielos como los astrólogos. Pues, tomando los teoremas de aquellos, los trasladaron al sello de su propia doctrina; y dicen que el príncipe de aquellos es Abraxas, y que por eso tiene en sí trescientos sesenta y cinco números.

Capítulo 25

Sobre Carpócrates.

1. Carpócrates y los que proceden de él dicen que el mundo y lo que hay en él fue hecho por Ángeles muy inferiores al Padre ingénito. Y que Jesús nació de José, y siendo semejante a los demás hombres, se distinguió de los demás en que su alma, siendo firme y pura, recordó lo que había visto en aquel circuito que había tenido lugar junto al Dios ingénito; y que por eso le fue enviado por él un poder, para que pudiera escapar de los fabricadores del mundo y, habiendo pasado a través de todos y habiendo sido liberada en todos, subiera a él; y del mismo modo las que abrazan cosas semejantes a ella. Y dicen que el alma de Jesús, criada en las costumbres de los judíos, los despreció, y por eso recibió poderes, por los cuales anuló las pasiones que, como castigos, había en los hombres.

2. Eam igitur, quae similiter atque illa Jesu anima, potest contemnere mundi fabricatores archontas, similiter accipere virtutes ad operandum similia. Quapropter et ad tantum elationis provecti sunt, ut quidam quidem similes sese dicant Jesu: quidam autem adhuc et secundum aliquid illo fortiores, qui sunt distantes amplius quam illius discipuli, ut puta quam Petrus et Paulus, et reliqui apostoli: hos autem in nullo deminorari a Jesu. Animas enim ipsorum ex eadem circumlatione devenientes, et ideo similiter contemnentes mundi fabricatores, eadem dignas habitas esse virtute, et rursus in idem abire. Si quis autem plus quam ille contempserit ea quae sunt hic, posse meliorem quam illum esse.

3. Artes enim magicas operantur et ipsi, et incantationes, philtra quoque et charitesia, et paredros, et oniropompos, et reliquas malignationes, dicentes se potestatem habere ad dominandum jam principibus et fabricatoribus hujus mundi: non solum autem, sed et his omnibus, quae in eo sunt facta. Qui et ipsi ad detractionem divini Ecclesiae nominis, quemadmodum et gentes, a Satana praemissi sunt, uti secundum alium et alium modum, quae sunt illorum audientes homines, et putantes omnes nos tales esse, avertant aures suas a praeconio veritatis: aut et videntes quae sunt illorum, omnes nos blasphement, in nullo eis communicantes, neque in doctrina, neque in moribus, neque in quotidiana conversatione. Sed vitam quidem luxuriosam, sententiam autem impiam ad velamen malitiae ipsorum nomine abutuntur, quorum judicium justum est, recipientium dignam suis operibus a Deo retributionem.

4. Et in tantam insaniam effrenati sunt, uti et omnia quaecunque sunt irreligiosa et impia, in potestate habere, et operari se dicant. Sola enim humana opinione negotia mala et bona dicunt. Et utique secundum transmigrationes in corpora oportere in omni vita, et in omni actu fieri animas (si non praeoccupans quis in uno adventu omnia agat semel ac pariter, quae non tantum dicere et audire non est fas nobis, sed ne quidem in mentis conceptionem venire, nec credere si apud homines conversantes in his, quae sunt secundum nos civitates, tale aliquid agitatur) uti, secundum quod scripta eorum dicunt, in omni usu vitae factae animae ipsorum, exeuntes in nihilo adhuc minus habeant ad operandum (autem) in eo: ne forte, propterea quod deest libertati aliqua res, cogantur iterum mitti in corpus. Propter hoc dicunt Jesum hanc dixisse parabolam: Cum es cum adversario tuo in via, da operam, ut libereris ab eo, ne forte te det judici, et judex ministro, et mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.

2. Así pues, el alma que, como aquella alma de Jesús, puede despreciar a los arcontes fabricadores del mundo recibe, dicen, del mismo modo poderes para obrar cosas semejantes. Por lo cual han llegado a tanta altivez que algunos dicen que son semejantes a Jesús, y otros que son incluso más fuertes que él en algún aspecto, aventajando todavía más que sus discípulos, por ejemplo que Pedro y Pablo y los demás apóstoles; y que estos en nada son inferiores a Jesús. Pues sus almas, dicen, procediendo del mismo circuito, y despreciando por eso del mismo modo a los fabricadores del mundo, han sido tenidas por dignas del mismo poder, y vuelven de nuevo al mismo lugar. Y si alguno, dicen, ha despreciado las cosas de aquí más que él, puede ser mejor que él.

3. Pues también ellos practican artes mágicas y encantamientos, bebedizos también y charitesia, y espíritus familiares y enviadores de sueños, y las demás malas artes, diciendo que tienen potestad para dominar ya a los príncipes y fabricadores de este mundo; y no solo a ellos, sino también a todo lo que ha sido hecho en él. También estos, como las naciones, han sido enviados por delante por Satanás para difamar el nombre divino de la Iglesia, a fin de que los hombres, oyendo de uno y otro modo lo que es de ellos y pensando que todos nosotros somos así, aparten sus oídos del pregón de la verdad; o bien, viendo lo que es de ellos, nos blasfemen a todos, aunque en nada comunicamos con ellos, ni en la doctrina, ni en las costumbres, ni en el modo de vida cotidiano. Pero, llevando una vida desenfrenada y sosteniendo una opinión impía, abusan del nombre como velo de su malicia: su juicio es justo (Rom 3,8), pues reciben de Dios una retribución digna de sus obras.

4. Y se han desenfrenado hasta tal locura que dicen que tienen en su poder todo cuanto es irreligioso e impío, y que lo hacen. Pues dicen que las acciones son malas y buenas solo por la opinión humana. Y que, en efecto, dicen, por las transmigraciones a los cuerpos las almas deben llegar a estar en toda vida y en toda acción (a no ser que alguno, adelantándose, lo haga todo de una vez y a la par en una sola venida: cosas que no solo no nos es lícito decir ni oír, sino que ni siquiera deben venir a la concepción de la mente, ni creerse, si entre los hombres que viven en las ciudades que son las nuestras se practica algo semejante), para que, como dicen sus escritos, sus almas, habiendo estado en todo uso de la vida, al salir no tengan ya nada en absoluto que les falte por obrar en él; no sea que, porque falta algo a su libertad, se vean obligadas a ser enviadas otra vez a un cuerpo. Por esto dicen que Jesús dijo esta parábola: Cuando estás con tu adversario en el camino, pon empeño en librarte de él, no sea que te entregue al juez, y el juez al alguacil, y te meta en la cárcel (Lc 12,58; Mt 5,25). En verdad te digo: no saldrás de allí hasta que pagues el último cuadrante (Mt 5,26; Lc 12,59).

Et adversarium dicunt unum ex angelis, qui sunt in mundo, quem diabolum vocant, dicentes factum eum ad id, ut ducat eas, quae perierunt, animas a mundo ad principem (et hunc dicunt esse primum ex mundi fabricatoribus); et illum alterum angelo, qui ministrat ei, tradere tales animas, uti in alia corpora includat: corpus enim dicunt esse carcerem. Et id quod ait: Non exies inde, quoadusque novissimum quadrantem reddas, interpretantur, quasi non exeat quis a potestate angelorum eorum, qui mundum fabricaverunt; sic transcorporatum semper, quoadusque in omni omnino operatione, quae in mundo est, fiat: et cum nihil defuerit ei, tum liberatam ejus animam elevari ad illum Deum, qui est supra angelos mundi fabricatores. Sic quoque salvari et omnes animas, sive ipsae praeoccupantes in uno adventu in omnibus misceantur operationibus, sive de corpore in corpus transmigrantes, vel immissae in unaquaque specie vitae, adimplentes et reddentes debita liberari, uti jam non faciant in corpore.

5. Et si quidem fiant haec apud eos, quae sunt irreligiosa, et injusta, et vetita, ego nequaquam credam. In conscriptionibus autem illorum sic conscriptum est, et ipsi ita exponunt; Jesum dicentes in mysterio discipulis suis et apostolis seorsum locutum, et illos expostulasse, ut dignis et assentientibus seorsum haec traderent. Per fidem enim et charitatem salvari: reliqua vero, indifferentia cum sint, secundum opinionem hominum quaedam quidem bona, quaedam autem mala vocari, cum nihil natura malum sit.

6. Alii vero ex ipsis signant, cauteriantes suos discipulos in posterioribus partibus exstantiae dextrae auris. Unde et Marcellina, quae Romam sub Aniceto venit, cum esset hujus doctrinae, multos exterminavit. Gnosticos se autem vocant: et imagines quasdam quidem depictas, quasdam autem et de reliqua materia fabricatas habent, dicentes formam Christi factam a Pilato, illo in tempore quo fuit Jesus cum hominibus. Et has coronant, et proponunt eas cum imaginibus mundi philosophorum, videlicet cum imagine Pythagorae, et Platonis, et Aristotelis et reliquorum; et reliquam observationem circa eas, similiter ut gentes, faciunt.

Caput XXVI

De Cerintho, Ebionitis et Nicolaitis.

1. Et Cerinthus autem quidam in Asia, non a primo Deo factum esse mundum docuit, sed a Virtute quadam valde separata, et distante ab ea principalitate, quae est super universa, et ignorante eum, qui est super omnia, Deum. Jesum autem subjecit, non ex Virgine natum (impossibile enim hoc ei visum est); fuisse autem eum Joseph et Mariae filium similiter ut reliqui omnes homines, et plus potuisse justitia et prudentia, et sapientia ab hominibus.

Y dicen que el adversario es uno de los ángeles que están en el mundo, al que llaman diablo, diciendo que fue hecho para esto: para llevar las almas que perecieron desde el mundo al príncipe (y dicen que este es el primero de los fabricadores del mundo); y que aquel entrega tales almas al otro ángel, que le sirve, para que las encierre en otros cuerpos: pues dicen que el cuerpo es la cárcel. Y lo que dice: No saldrás de allí hasta que pagues el último cuadrante (Mt 5,26), lo interpretan como si nadie saliera de la potestad de los ángeles que fabricaron el mundo, sino que pasara así siempre de cuerpo en cuerpo, hasta que haya estado en absolutamente toda acción que hay en el mundo; y cuando nada le falte, entonces su alma, liberada, es elevada a aquel Dios que está por encima de los ángeles fabricadores del mundo. Así también, dicen, se salvan todas las almas, ya sea que ellas mismas, adelantándose, se mezclen en todas las acciones en una sola venida, ya sea que, pasando de cuerpo en cuerpo, o enviadas a cada especie de vida, sean liberadas cumpliendo y pagando sus deudas, de modo que ya no obren en un cuerpo.

5. Y que de verdad se hagan entre ellos estas cosas, que son irreligiosas, injustas y prohibidas, yo de ningún modo lo creeré. Pero en sus escritos así está escrito, y ellos mismos así lo exponen, diciendo que Jesús habló en misterio a sus discípulos y apóstoles aparte, y que ellos exigieron que estas cosas se transmitieran aparte a los dignos y a los que asienten. Pues se salvan, dicen, por la fe y la caridad; y lo demás, siendo indiferente, se llama según la opinión de los hombres bueno en unos casos y malo en otros, ya que nada es malo por naturaleza.

6. Otros de ellos marcan a sus discípulos, cauterizándolos en la parte posterior del lóbulo de la oreja derecha. De ahí también Marcelina, que vino a Roma bajo Aniceto, siendo de esta doctrina, sacó de sí a muchos. Se llaman a sí mismos gnósticos; y tienen imágenes, unas pintadas y otras fabricadas también de otra materia, diciendo que la figura de Cristo fue hecha por Pilato en aquel tiempo en que Jesús estuvo con los hombres. Y las coronan, y las exponen junto con las imágenes de los filósofos del mundo, a saber, con la imagen de Pitágoras, y de Platón, y de Aristóteles y de los demás; y les rinden el resto de su observancia como las naciones.

Capítulo 26

Sobre Cerinto, los ebionitas y los nicolaítas.

1. Y un tal Cerinto, en Asia, enseñó que el mundo no fue hecho por el primer Dios, sino por cierto Poder muy separado y distante de aquella Preeminencia que está sobre el universo, y que ignora al Dios que está sobre todas las cosas. A Jesús lo supuso no nacido de la Virgen (pues esto le pareció imposible), sino hijo de José y de María como todos los demás hombres, y que pudo más que los hombres en justicia, en prudencia y en sabiduría.

Et post baptismum descendisse in eum, ab ea principalitate quae est super omnia, Christum figura columbae; et tunc annuntiasse incognitum Patrem, et virtutes perfecisse: in fine autem revolasse iterum Christum de Jesu, et Jesum passum esse, et resurrexisse; Christum autem impassibilem perseverasse, exsistentem spiritalem.

2. Qui autem dicuntur Ebionaei, consentiunt quidem mundum a Deo factum: ea autem, quae sunt erga Dominum, non similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur. Solo autem eo quod est secundum Matthaeum, Evangelio utuntur, et apostolum Paulum recusant, apostatam eum legis dicentes. Quae autem sunt prophetica, curiosius exponere nituntur; et circumciduntur, ac perseverant in his consuetudinibus, quae sunt secundum legem, et Judaico charactere vitae, uti et Hierosolymam adorent, quasi domus sit Dei.

3. Nicolaitae autem magistrum quidem habent Nicolaum, unum ex vii qui primi ad diaconium ab apostolis ordinati sunt: qui indiscrete vivunt. Plenissime autem per Joannis Apocalypsin manifestantur qui sint, nullam differentiam esse docentes in moechando, et idolothyton edere. Quapropter dixit et de iis sermo: Sed hoc habes quod odisti opera Nicolaitarum, quae et ego odi.

Caput XXVII

De Cerdone et Marcione.

1. Et Cerdon autem quidam ab iis qui sunt erga Simonem occasionem accipiens, cum venisset Romam sub Hygino, qui octavum locum episcopatus per successionem ab apostolis habuit, docuit eum qui a lege et prophetis annuntiatus sit Deus, non esse Patrem Domini nostri Jesu Christi. Hunc enim cognosci, illum autem ignorari: et alterum quidem justum, alterum autem bonum esse.

2. Succedens autem ei Marcion Ponticus adampliavit doctrinam, impudorate blasphemans eum, qui a lege et prophetis annuntiatus est Deus; malorum factorem, et bellorum concupiscentem, et inconstantem quoque sententia, et contrarium sibi ipsum dicens. Jesum autem ab eo Patre, qui est super mundi fabricatorem Deum, venientem in Judaeam temporibus Pontii Pilati praesidis, qui fuit procurator Tiberii Caesaris, in hominis forma manifestatum his qui in Judaea erant, dissolventem prophetas et legem, et omnia opera ejus Dei, qui mundum fecit, quem et Cosmocratorem dicit. Et super haec, id quod est secundum Lucam Evangelium circumcidens, et omnia quae sunt de generatione Domini conscripta auferens, et de doctrina sermonum Domini multa auferens, in quibus manifestissime conditorem hujus universitatis suum Patrem confitens Dominus conscriptus est; semetipsum esse veraciorem, quam sunt hi, qui Evangelium tradiderunt, apostoli, suasit discipulis suis; non Evangelium, sed particulam Evangelii tradens eis.

Y que después del bautismo descendió en él, desde aquella Preeminencia que está sobre todas las cosas, Cristo en figura de paloma; y que entonces anunció al Padre desconocido y obró prodigios; pero que al final Cristo volvió a alejarse volando de Jesús, y Jesús padeció y resucitó, mientras que Cristo permaneció impasible, siendo espiritual.

2. Los que se llaman ebionitas convienen en que el mundo fue hecho por Dios; pero lo que toca al Señor no lo opinan del mismo modo que Cerinto y Carpócrates. Usan solo el Evangelio según Mateo, y rechazan al apóstol Pablo, llamándolo apóstata de la Ley. Lo profético se esfuerzan en exponerlo con excesiva curiosidad; y se circuncidan, y perseveran en las costumbres que son según la Ley y en el sello judío de vida, hasta el punto de adorar incluso a Jerusalén como si fuera la casa de Dios.

3. Los nicolaítas tienen por maestro a Nicolás, uno de los siete que fueron los primeros ordenados para el diaconado por los apóstoles; viven sin discernimiento. Quiénes son se manifiesta con toda plenitud por el Apocalipsis de Juan: enseñan que no hay diferencia alguna en adulterar y en comer lo sacrificado a los ídolos. Por lo cual dijo de ellos también la palabra: Pero esto tienes: que odias las obras de los nicolaítas, que también yo odio (Ap 2,6).

Capítulo 27

Sobre Cerdón y Marción.

1. Y un tal Cerdón, tomando ocasión de los que rodean a Simón, habiendo venido a Roma bajo Higinio, que tuvo el octavo lugar del episcopado por sucesión desde los apóstoles, enseñó que el Dios anunciado por la Ley y los Profetas no es el Padre de nuestro Señor Jesucristo. Pues este, enseñaba, es conocido, y aquel desconocido; y el uno es justo, y el otro bueno.

2. Sucediéndole, Marción del Ponto amplió la doctrina, blasfemando desvergonzadamente del Dios que fue anunciado por la Ley y los Profetas, diciendo que es hacedor de males y amante de guerras, inconstante además en su parecer y contrario a sí mismo. Y que Jesús, viniendo de aquel Padre que está sobre el Dios fabricador del mundo, a Judea, en tiempos de Poncio Pilato, gobernador, que fue procurador de Tiberio César, se manifestó en forma de hombre a los que estaban en Judea, disolviendo los Profetas y la Ley y todas las obras de aquel Dios que hizo el mundo, al que también llama Cosmocrator. Y además de esto, recortando el Evangelio según Lucas, y quitando todo lo escrito sobre la generación del Señor, y quitando mucho de la enseñanza de los discursos del Señor, en los que está escrito que el Señor confiesa clarísimamente que el Creador de este universo es su Padre, persuadió a sus discípulos de que él mismo era más veraz que los apóstoles que transmitieron el Evangelio, transmitiéndoles no el Evangelio, sino una partícula del Evangelio.

Similiter autem et apostoli Pauli Epistolas abscidit, auferens quaecunque manifeste dicta sunt ab Apostolo de eo Deo, qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini nostri Jesu Christi, et quaecunque ex propheticis memorans Apostolus docuit, praenuntiantibus adventum Domini.

3. Salutem autem solum animarum esse futuram, earum quae ejus doctrinam didicissent, corpus autem, videlicet quoniam a terra sit sumptum, impossibile esse participare salutem. Super blasphemiam autem quae est in Deum, adjecit et hoc, vere diaboli os accipiens, et omnia contraria dicens veritati: Cain, et eos qui similes sunt ei, et Sodomitas, et Aegyptios, et similes eis, et omnes omnino gentes, quae in omni permistione malignitatis ambulaverunt, salvatas esse a Domino, cum descendisset ad inferos, et accucurrissent ei, et in suum assumpsisse regnum: Abel autem, et Enoch, et Noe, et reliquos justos, et eos qui sunt erga Abraham patriarcham, cum omnibus prophetis, et his qui placuerunt Deo, non participasse salutem, qui in Marcione fuit serpens praeconavit. Quoniam enim sciebant, inquit, Deum suum semper tentantem eos; et tunc tentare eum suspicati, non accucurrerunt Jesu, neque crediderunt annuntiationi ejus: et propterea remansisse animas eorum apud inferos dixit.

4. Sed huic quidem, quoniam et solus manifeste ausus est circumcidere Scripturas, et impudorate super omnes obtrectare Deum, seorsum contradicemus, ex ejus scriptis arguentes eum; et ex iis sermonibus, qui apud eum observati sunt, Domini et Apostoli, quibus ipse utitur, eversionem ejus faciemus, praestante Deo. Nunc autem necessario meminimus ejus, ut scires quoniam omnes qui quoquo modo adulterant veritatem, et praeconium Ecclesiae laedunt, Simonis Samaritani Magi discipuli et successores sunt. Quamvis non confiteantur nomen magistri sui, ad seductionem reliquorum; attamen illius sententiam docent: Christi quidem Jesu nomen tanquam irritamentum proferentes, Simonis autem impietatem varie introducentes, mortificant multos, per nomen bonum sententiam suam male disperdentes, et per dulcedinem et decorem nominis, amarum et malignum principis apostasiae serpentis venenum porrigentes eis.

Caput XXVIII

De Tatiano, et Continentibus, ac aliis quibusdam.

1. Ab his autem, qui praedicti sunt, jam multae propagines multarum haeresum factae sunt, eo quod multi ex ipsis, imo omnes velint doctores esse, et abscedere quidem ab haeresi in qua fuerunt, aliud autem dogma ab alia sententia, et deinceps alteram ab altera componentes, nove docere insistunt, semetipsos adinventores sententiae, quamcunque compegerint, enarrantes.

Del mismo modo mutiló también las Epístolas del apóstol Pablo, quitando todo lo que el Apóstol dice claramente del Dios que hizo el mundo, que este es el Padre de nuestro Señor Jesucristo, y todo lo que el Apóstol enseñó recordando los escritos proféticos que preanunciaban la venida del Señor.

3. La salvación, dice, será solo de las almas, de las que hayan aprendido su doctrina; pero el cuerpo, evidentemente porque fue tomado de la tierra, no puede participar de la salvación. Además de la blasfemia contra Dios, añadió también esto, tomando verdaderamente la boca del diablo y diciendo todo lo contrario a la verdad: que Caín, y los que son semejantes a él, y los sodomitas, y los egipcios, y los semejantes a ellos, y absolutamente todas las naciones que anduvieron en toda mezcla de maldad, fueron salvados por el Señor cuando descendió a los infiernos y ellos acudieron corriendo a él, y que los tomó consigo en su reino; pero que Abel, y Henoc, y Noé, y los demás justos, y los que rodean al patriarca Abraham, con todos los profetas y los que agradaron a Dios, no participaron de la salvación: así lo pregonó la serpiente que estuvo en Marción. «Pues como sabían», dice, «que su Dios siempre los ponía a prueba, sospecharon que también entonces los probaba, y no acudieron corriendo a Jesús ni creyeron a su anuncio»; y por eso dijo que sus almas se quedaron en los infiernos.

4. Pero a este, puesto que es el único que se ha atrevido abiertamente a recortar las Escrituras y a denigrar desvergonzadamente a Dios por encima de todos, le contradiremos aparte, refutándolo a partir de sus escritos; y a partir de aquellos discursos del Señor y del Apóstol que él ha conservado y de los que él mismo se sirve, haremos su derrocamiento, si Dios lo concede. Pero ahora hemos tenido que mencionarlo, para que supieras que todos los que de cualquier modo adulteran la verdad y dañan el pregón de la Iglesia son discípulos y sucesores de Simón el Mago, el samaritano. Aunque, para seducir a los demás, no confiesan el nombre de su maestro, enseñan sin embargo la doctrina de aquel: presentando el nombre de Cristo Jesús como cebo, e introduciendo de diversos modos la impiedad de Simón, dan muerte a muchos, difundiendo malamente su doctrina por medio del buen nombre, y ofreciéndoles, por la dulzura y la belleza del nombre, el veneno amargo y maligno de la serpiente, príncipe de la apostasía.

Capítulo 28

Sobre Taciano y los Continentes, y sobre algunos otros.

1. De estos que han sido mencionados han surgido ya muchos retoños de muchas herejías, porque muchos de ellos, o más bien todos, quieren ser maestros y apartarse de la herejía en que estuvieron; y componiendo un dogma a partir de una opinión, y luego otro a partir de otra, se empeñan en enseñar de modo nuevo, presentándose a sí mismos como inventores de la opinión que hayan compuesto.

Ut exempli gratia dicamus: a Saturnino et Marcione, qui vocantur Continentes, abstinentiam a nuptiis annuntiaverunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei, et oblique accusantes eum, qui et masculum et feminam ad generationem hominum fecit: et eorum quae dicuntur apud eos animalia abstinentiam induxerunt, ingrati existentes ei, qui omnia fecit, Deo. Contradicunt quoque ejus saluti, qui primus plasmatus est: et hoc nunc adinventum est apud eos, Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam. Qui cum esset Justini auditor, in quantum quidem apud eum erat nihil enarravit tale: post vero illius martyrium absistens ab Ecclesia et praesumptione magistri elatus et inflatus, quasi prae caeteris esset, proprium characterem doctrinae constituit: Aeonas quosdam invisibiles, similiter atque hi qui a Valentino sunt, velut fabulam enarrans: nuptiarum autem corruptelas et fornicationes, similiter ut Marcion et Saturninus, dicens; Adae autem saluti ex se contradictionem faciens.

2. Alii autem rursus a Basilide et Carpocrate occasiones accipientes, indifferentes coitus, et multas nuptias induxerunt, et negligentiam ipsorum, quae sunt idolothyta, ad manducandum; non valde haec curare dicentes Deum. Et quid enim? non est numerum dicere eorum, qui secundum alterum et alterum modum exciderunt a veritate.

Caput XXIX

De variis Gnosticorum sectis, ac primo de Barbeliotis, seu Borborianis.

1. Super hos autem ex his, qui praedicti sunt Simoniani, multitudo Gnosticorum, Barbelo exsurrexit, et velut a terra fungi manifestati sunt, quorum principales apud eos sententias enarramus. Quidam enim eorum Aeonem quemdam nunquam senescentem in virginali spiritu subjiciunt, quem Barbelon nominant. Ubi esse patrem quemdam innominabilem dicunt; voluisse autem hunc manifestare se ipsi Barbeloni. Ennoeam autem hanc progressam stetisse in conspectu ejus, et postulasse Prognosin. Cum prodiisset autem et Prognosis, his rursum petentibus prodiit Incorruptela, post deinde Vita aeterna; in quibus gloriantem Barbelon, et prospicientem in magnitudine et conceptu, delectatam in hanc generasse simile ei lumen. Hanc initium et luminationis, et generationis omnium dicunt; et videntem Patrem lumen hoc, unxisse illud sua benignitate, ut perfectum fieret. Hunc autem dicunt esse Christum: qui rursus postulat, quemadmodum dicunt, adjutorium sibi dari Nun; et progressus est Nus. Super haec autem emittit Pater Logon. Conjugationes autem fient Ennoiae et Logi, et Aphtharsias et Christi: et aeonia autem Zoe Thelemati conjuncta est, et Nus Prognosi. Et magnificabant hi magnum lumen et Barbelon.

Por decirlo a modo de ejemplo: a partir de Saturnino y de Marción, los que se llaman Continentes anunciaron la abstinencia del matrimonio, anulando la antigua plasmación de Dios y acusando indirectamente al que hizo varón y mujer para la generación de los hombres; e introdujeron la abstinencia de lo que entre ellos se llaman animales, mostrándose ingratos para con Dios, que hizo todas las cosas. Contradicen también la salvación del que fue plasmado primero; y esto se ha inventado ahora entre ellos, siendo un tal Taciano el primero en introducir esta blasfemia. Este, siendo oyente de Justino, mientras estuvo con él no expuso nada semejante; pero después del martirio de aquel, apartándose de la Iglesia, y engreído e hinchado por la presunción de ser maestro, como si estuviera por encima de los demás, constituyó un sello de doctrina propio: contando, como una fábula, ciertos Eones invisibles, del mismo modo que los que proceden de Valentín; llamando al matrimonio, como Marción y Saturnino, corrupción y fornicación; y oponiéndose por su cuenta a la salvación de Adán.

2. Otros, a su vez, tomando sus ocasiones de Basílides y de Carpócrates, introdujeron los coitos indiferentes y los muchos matrimonios, y la despreocupación en comer lo sacrificado a los ídolos, diciendo que Dios no se cuida mucho de estas cosas. ¿Y qué, pues? No es posible decir el número de los que de uno y otro modo han caído de la verdad.

Capítulo 29

Sobre las diversas sectas de los gnósticos, y en primer lugar sobre los barbeliotas, o borborianos.

1. Además de estos, de los simonianos que hemos mencionado ha surgido una multitud de gnósticos de Barbelo, y han aparecido como hongos de la tierra; de ellos referimos las opiniones principales que hay entre ellos. Pues algunos de ellos suponen un Eón que nunca envejece, en un espíritu virginal, al que llaman Barbelo. Allí, dicen, hay un padre innombrable; y que este quiso manifestarse a la misma Barbelo. Y que esta Ennoia, habiendo salido, se puso en su presencia y pidió a Prognosis. Y habiendo salido también Prognosis, pidiéndolo ellos de nuevo salió Incorrupción, y después Vida eterna; y que Barbelo, gloriándose en ellos y mirando en la grandeza y en la concepción, deleitada en ella, engendró una luz semejante a ella. Dicen que esta es el principio de la iluminación y de la generación de todas las cosas; y que el Padre, viendo esta luz, la ungió con su benignidad, para que se hiciera perfecta. Y dicen que este es Cristo; el cual a su vez pide, según dicen, que se le dé Nus como ayuda; y salió Nus. Además de estos, el Padre emite a Logos. Y se forman los emparejamientos de Ennoia y Logos, y de Aphtharsia y Cristo; y la Zoe eterna se unió a Thelema, y Nus a Prognosis. Y estos magnificaban la gran luz y a Barbelo.

2. Post deinde de Ennoia et de Logo Autogenem emissum dicunt, ad repraesentationem magni luminis; et valde honorificatum dicunt, et omnia huic subjecta. Coemissam autem ei Alethiam, et esse conjugationem Autogenus et Alethiae. De lumine autem, quod est Christus, et de incorruptela, quatuor emissa luminaria ad circumstantiam Autogeni dicunt; et de Thelemate rursus et aeonia Zoe quatuor emissiones factas, ad subministrationem quatuor luminaribus, quas nominant, Charin, Thelesin, Synesin, Phronesin. Et Charin quidem magno et primo luminario adjunctam; hunc autem esse Sotera volunt, et vocant eum Harmogenes: Thelesin autem secundo, quem et nominant Raguel: Synesin autem tertio luminario, quem vocant David: Phronesin autem quarto, quem nominant Eleleth.

3. Confirmatis igitur sic omnibus, super haec emittit Autogenes hominem perfectum et verum, quem et Adamantem vocant: quoniam neque ipse domatus est, neque ii ex quibus erat, qui et remotus est cum primo lumine ab Harmoge. Emissam autem cum homine ab Autogene agnitionem perfectam, et conjunctam ei (unde et hunc agnovisse eum qui est super omnia): virtutem quoque ei invictam datam a virginali spiritu: et refrigerant in hoc omnia hymnizare magnum Aeona. Hinc autem dicunt manifestatam Matrem, Patrem, Filium: ex Anthropo autem et Gnosi natum lignum, quod et ipsum Gnosim vocant.

4. Deinde ex primo angelo, qui adstat Monogeni, emissum dicunt Spiritum sanctum, quem et Sophiam et Prunicum vocant. Hunc igitur videntem reliqua omnia conjugationem habentia, se autem sine conjugatione, quaesisse cui adunaretur: et cum non inveniret, asseverabat, et extendebatur, et prospiciebat ad inferiores partes, putans hic invenire conjugem: et non inveniens exsiliit, taediata quoque, quoniam sine bona voluntate Patris impetum fecerat. Post deinde simplicitate et benignitate acta generavit opus, in quo erat ignorantia et audacia. Hoc autem opus ejus esse Proarchontem dicunt, fabricatorem conditionis hujus: virtutem autem magnam abstulisse eum a matre narrant, et abstitisse ab ea in inferiora, et fecisse firmamentum coeli, in quo et habitare dicunt eum. Et cum sit ignorantia, fecisse eas, quae sunt sub eo, potestates, et angelos, et firmamenta, et terrena omnia. Deinde dicunt adunitum eum authadiae, generasse kakian, zelon, et phthonum, et erinnyn, et epithymiam. Generatis autem his, mater Sophia contristata refugit, et in altiora secessit, et fit deorsum numerantibus octonatio. Illa igitur secedente, se solum opinatum esse, et propter hoc dixisse: Ego sum Deus zelator, et praeter me nemo est. Et hi quidem talia mentiuntur.

Caput XXX

2. Después, dicen, de Ennoia y de Logos fue emitido Autogenes, para representar la gran luz; y dicen que fue sumamente honrado, y que todas las cosas le fueron sometidas. Y que junto con él fue emitida Alethia, y que hay un emparejamiento de Autogenes y Alethia. Y de la luz, que es Cristo, y de Incorrupción, dicen que fueron emitidas cuatro lumbreras para estar en torno a Autogenes; y de Thelema a su vez y de la Zoe eterna se hicieron cuatro emisiones, para servir a las cuatro lumbreras, a las que llaman Charis, Thelesis, Synesis, Phronesis. Y que Charis está unida a la grande y primera lumbrera; y pretenden que esta sea Soter, y la llaman Harmogenes; Thelesis a la segunda, a la que nombran también Raguel; Synesis a la tercera lumbrera, a la que llaman David; Phronesis a la cuarta, a la que nombran Eleleth.

3. Habiendo quedado así establecidas todas las cosas, además de estas Autogenes emite un hombre perfecto y verdadero, al que llaman también Adamas, porque ni él mismo fue domado, ni lo fueron aquellos de quienes procedía; y fue apartado, con la primera luz, por Harmogenes. Y que con el hombre fue emitido por Autogenes el conocimiento perfecto, y unido a él (de donde también este conoció al que está sobre todas las cosas); y que le fue dado también un poder invencible por el espíritu virginal; y que todas las cosas hallan refrigerio en él para cantar himnos al gran Eón. De aquí, dicen, se manifestaron Madre, Padre, Hijo; y de Anthropos y de Gnosis nació el árbol, al que también llaman Gnosis.

4. Después, dicen que del primer ángel, que asiste a Monogenes, fue emitido el Espíritu Santo, al que llaman también Sophia y Prunicus. Este, pues, viendo que todos los demás tenían emparejamiento, y él en cambio estaba sin emparejamiento, buscó a quién aunarse; y como no lo encontraba, se esforzaba, y se extendía, y miraba hacia las partes inferiores, pensando hallar aquí un consorte; y no hallándolo, saltó fuera, hastiada además, porque había hecho su ímpetu sin la buena voluntad del Padre. Después, movida por su sencillez y benignidad, engendró una obra en la que había ignorancia y audacia. Dicen que esta obra suya es Proarchon, el fabricador de esta creación; y cuentan que arrebató a su madre un gran poder, y se apartó de ella hacia las regiones inferiores, e hizo el firmamento del cielo, en el cual dicen también que habita. Y que, siendo ignorancia, hizo las potestades que están debajo de él, y los ángeles, y los firmamentos, y todas las cosas terrenas. Después dicen que, aunado a Authadia, engendró a Kakia, Zelos, y Phthonos, y Erinnys, y Epithymia. Y engendrados estos, la madre Sophia, entristecida, huyó y se retiró a lo más alto, y para los que cuentan desde abajo resulta un octonario. Así, retirándose ella, él se creyó solo, dicen, y por eso dijo: Yo soy un Dios celoso, y fuera de mí no hay nadie (Ex 20,5; Is 45,5-6; 46,9). Tales son, en verdad, las mentiras de estos.

Capítulo 30

De Ophitis et Sethianis.

1. Alii autem rursus portentuosa loquuntur, esse quoddam primum lumen in virtute Bythi, beatum, et incorruptibile, et interminatum: esse autem hoc Patrem omnium, et invocari primum hominem. Ennoeam autem ejus progredientem, filium dicunt emittentis, et esse hanc filium hominis, secundum hominem. Sub his autem Spiritum sanctum esse, et sub superiori spiritu segregata elementa, aquam, tenebras, abyssum, chaos, super quae ferri Spiritum dicunt, primam feminam eum vocantes. Postea, dicunt, exsultante primo homine cum filio suo super formositatem Spiritus, hoc est, feminae, et illuminante eam, generavit ex ea lumen incorruptibile, tertium masculum, quem Christum vocant, filium primi et secundi hominis, et Spiritus sancti, primae feminae.

2. Concumbentibus autem patre et filio feminae, quam et matrem viventium dicunt, cum [autem] non potuisset portare, nec capere magnitudinem luminum, superrepletam et superebullientem secundum sinisteriores partes dicunt: et sic quidem filium eorum solum Christum, quasi dextrum, et in superiora allevatitium, arreptum statim cum matre in incorruptibilem Aeonem. Esse autem hanc et veram, et sanctam Ecclesiam, quae fuerit appellatio, et conventio, et adunatio Patris omnium primi hominis, et Filii secundi hominis, et Christi filii eorum, et praedictae feminae.

3. Virtutem autem, quae superebulliit ex femina, habentem humectationem luminis, a patribus decidisse deorsum docent, sua autem voluntate habentem humectationem luminis: quam et sinistram, et Prunicon, et Sophiam, et masculo-feminam vocant. Et descendentem simpliciter in aquas, cum essent immobiles, et movisse quoque eas, petulanter agentem usque ad abyssos: et assumpsisse ex eis corpus. Humectationi enim luminis ejus omnia accurrisse, et adhaesisse dicunt, et circumtenuisse eam: quam nisi habuisset, tota absorpta fortasse fuisset et demersa a materia. Deligatam igitur hanc a corpore, quod erat a materia, et valde gravatam resipisse aliquando, et conatam esse fugere aquas, et ascendere ad matrem: non potuisse eam autem propter gravedinem circumpositi corporis. Valde autem male se habentem, machinatam esse abscondere illud, quod erat desuper, lumen; timentem ne et ipsum laederetur ab inferioribus elementis, quemadmodum et ipsa. Et cum virtutem accepisset ab humectatione ejus, quod erat secundum eam lumen, resiliit, et in sublimitatem elata est: et facta in alto dilatavit, et cooperuit, et fecit coelum hoc, quod apparet, a corpore ejus; et remansit sub coelo quod fecit, adhuc habens aquatilis corporis typum. Cum accepisset concupiscentiam superioris luminis, et virtutem sumpsisset per omnia, deposuisse corpus et liberatam ab eo. Corpus autem hoc exuisse dicunt eam, feminam a femina nominant.

Sobre los ofitas y los setianos.

1. Otros, a su vez, dicen cosas monstruosas: que hay una primera luz en el poder de Bythus, bienaventurada, incorruptible e ilimitada; y que esta es el Padre de todos, y se llama el Primer Hombre. Y dicen que su Ennoia, al salir, es hijo del que la emite, y que ella es el Hijo del Hombre, el Segundo Hombre. Y que bajo estos está el Espíritu Santo, y bajo el espíritu superior los elementos separados: el agua, las tinieblas, el abismo, el caos, sobre los cuales dicen que es llevado el Espíritu, llamándolo la Primera Mujer. Después, dicen, regocijándose el Primer Hombre con su hijo por la hermosura del Espíritu, es decir, de la mujer, e iluminándola, engendró de ella una luz incorruptible, un tercer varón, al que llaman Cristo, hijo del Primero y del Segundo Hombre, y del Espíritu Santo, la Primera Mujer.

2. Y habiéndose unido el padre y el hijo a la mujer, a la que llaman también Madre de los vivientes, como ella no pudo llevar ni contener la grandeza de las luces, dicen que quedó colmada en exceso y rebosó por las partes de la izquierda; y que así su hijo, solo Cristo, como de la derecha y levantado hacia lo superior, fue arrebatado al punto con su madre al Eón incorruptible. Y que esta es la verdadera y santa Iglesia, que fue la denominación, y la reunión, y la unión del Padre de todos, el Primer Hombre, y del Hijo, el Segundo Hombre, y de Cristo su hijo, y de la mujer antes mencionada.

3. Y enseñan que el Poder que rebosó de la mujer, teniendo la humedad de la luz, cayó hacia abajo desde los padres, pero teniendo por su propia voluntad la humedad de la luz; y a este lo llaman también la Izquierda, y Prunicus, y Sophia, y masculino--femenino. Y que, descendiendo con sencillez a las aguas cuando estaban inmóviles, las movió también, obrando con petulancia hasta los abismos, y tomó de ellas un cuerpo. Pues dicen que a su humedad de luz acudieron todas las cosas, y se adhirieron a ella, y la rodearon; y si no la hubiera tenido, tal vez habría sido tragada del todo y sumergida por la materia. Así pues, atada por el cuerpo, que era de la materia, y muy agobiada, volvió en sí en algún momento, dicen, e intentó huir de las aguas y subir a la madre; pero no pudo a causa del peso del cuerpo que la rodeaba. Y hallándose muy mal, maquinó esconder aquella luz que era de arriba, temiendo que también ella fuera dañada por los elementos inferiores, como ella misma. Y habiendo recibido poder de la humedad de la luz que estaba en ella, saltó hacia atrás y fue llevada a lo alto; y estando en lo alto, se extendió, y cubrió, e hizo este cielo que se ve, de su cuerpo; y quedó bajo el cielo que hizo, teniendo todavía el tipo de un cuerpo acuático. Y habiendo recibido el deseo de la luz superior y tomado poder por medio de todas las cosas, depuso, dicen, el cuerpo y quedó libre de él. Dicen que se despojó de este cuerpo, y lo llaman mujer de la mujer.

4. Et filium autem ejus dicunt habuisse et ipsum adspirationem quamdam in se incorruptelae a matre relictam ei, per quam operatur, et potens factus emisit et ipse, sicut dicunt, ab aquis filium sine matre: neque enim cognovisse matrem eum volunt. Et filium ejus, secundum patris imitationem, alterum emisisse filium. Hic quoque tertius quartum generavit, et quartus et ipse generavit filium; de quinto sextum filium generatum dicunt; et sextus septimum generavit. Sic quoque hebdomada perfecta est apud eos, octavum matre habente locum: et quemadmodum generationibus, sic et dignitatibus, et virtutibus praecedere eos ab invicem.

5. Et nomina autem mendacio suo talia posuerunt: eum enim qui a matre primus sit, Ialdabaoth vocari: eum autem qui sit ab eo, Iao; et qui ab eo, Sabaoth magnum; quartum autem Adoneum, et quintum Eloeum, et sextum Horeum, septimum autem et novissimum omnium Astaphaeum. Hos autem coelos, et areothas, et Virtutes, et Angelos, et conditores subjiciunt per ordinem sedentes in coelo, secundum generationem ipsorum, non apparentes, regere quoque coelestia et terrestria: primo ipsorum Ialdabaoth contemnente matrem, in eo quod filios et nepotes sine ullius permissu fecerit, adhuc etiam Angelos, et Archangelos, et Virtutes, et Potestates, et Dominationes. Quibus factis ad litem et jurgium adversus eum conversos esse filios ejus de principatu; propter quae contristatum Ialdabaoth, et desperantem, conspexisse in subjacentem faecem materiae, et consolidasse concupiscentiam suam in eam, unde natum filium dicunt (hunc autem ipsum esse Nun in figura serpentis contortum): dehinc et Spiritum, et animam, et omnia mundialia: inde generatam omnem oblivionem, et malitiam, et zelum, et invidiam, et mortem. Hunc autem serpentiformem et contortum Nun eorum adhuc magis evertisse Patrem dicunt tortuositate, cum esset cum Patre ipsorum in coelo et in paradiso.

6. Unde exsultantem Ialdabaoth, in omnibus his quae sub eo essent gloriatum, et dixisse: Ego Pater, et Deus, et super me nemo. Audientem autem matrem clamasse adversus eum: Noli mentiri, Ialdabaoth: est enim super te Pater omnium primus Anthropus, et Anthropus filius Anthropi. Conturbatis autem omnibus ad novam vocem, et inopinabili nuncupatione, et quaerentibus unde clamor; ad advocandos eos, et ad se seducendum, dixisse Ialdabaoth dicunt: Venite, faciamus hominem ad imaginem nostram. Sex autem Virtutes audientes haec, matre dante illis excogitationem hominis, uti per eum evacuet eos a principali Virtute, convenientes formaverunt hominem immensum latitudine et longitudine: scarizante autem eo tantum, advexerunt eum patri suo, et hoc Sophia operante, uti et illum evacuet ab humectatione luminis, uti non posset erigi adversus eos, qui sursum sunt, habens virtutem. Illo autem insufflante in hominem spiritum vitae, latenter evacuatum eum a virtute dicunt: hominem autem inde habuisse Nun, et Enthymesin [et haec esse quae salvantur, dicunt], et statim gratias agere eum primo homini, relictis fabricatoribus.

4. Y dicen que también su hijo tuvo en sí cierta aspiración de incorrupción que le dejó su madre, por la cual obra; y hecho poderoso, emitió también él, según dicen, de las aguas un hijo sin madre: pues pretenden que no conociera a su madre. Y que el hijo de este, imitando a su padre, emitió otro hijo. Este tercero, a su vez, engendró un cuarto, y el cuarto también engendró un hijo; del quinto dicen que fue engendrado un sexto hijo; y el sexto engendró un séptimo. Así se completó entre ellos la Hebdómada, ocupando la madre el octavo lugar; y como en las generaciones, así también, dicen, en dignidades y en poderes se preceden unos a otros.

5. Y en su mentira les pusieron nombres como estos: el que es primero desde la madre, dicen, se llama Ialdabaoth; el que procede de él, Iao; y el que procede de este, el gran Sabaot; el cuarto, Adoneus; y el quinto, Eloeus; y el sexto, Horeus; y el séptimo y último de todos, Astaphaeus. Y suponen que estos son cielos, y areothas, y Poderes, y Ángeles, y creadores, que se sientan por orden en el cielo según su generación, sin aparecer, y que rigen también las cosas celestes y las terrestres; despreciando el primero de ellos, Ialdabaoth, a su madre, en cuanto hizo hijos y nietos sin permiso de nadie, y además Ángeles, y Arcángeles, y Poderes, y Potestades, y Dominaciones. Hechos estos, dicen, sus hijos se volvieron contra él en pleito y disputa por el primer lugar; por lo cual Ialdabaoth, entristecido y desesperado, miró hacia la hez de la materia que yacía debajo, y fijó en ella su deseo, de donde dicen que nació un hijo (y que este es el mismo Nus retorcido en figura de serpiente); después, el espíritu, y el alma, y todas las cosas del mundo; de allí fue engendrado todo olvido, y la malicia, y los celos, y la envidia, y la muerte. Y dicen que este Nus suyo, en forma de serpiente y retorcido, pervirtió todavía más al Padre con su tortuosidad, cuando estaba con el Padre de ellos en el cielo y en el paraíso.

6. Por eso, dicen, Ialdabaoth, regocijándose, se gloriaba en todas estas cosas que estaban bajo él, y dijo: Yo soy Padre y Dios, y sobre mí no hay nadie. Y la madre, al oírlo, clamó contra él: «No mientas, Ialdabaoth: pues sobre ti está el Padre de todos, el Primer Anthropos, y Anthropos hijo de Anthropos». Y turbados todos ante la voz nueva y el nombre inesperado, y preguntando de dónde venía el clamor, dicen que Ialdabaoth, para llamarlos a sí y atraerlos a su lado, dijo: Venid, hagamos al hombre a nuestra imagen (Gn 1,26). Y los seis Poderes, oyendo esto, dándoles la madre el pensamiento del hombre, para vaciarlos por medio de él del Poder principal, reuniéndose formaron un hombre inmenso en anchura y en longitud; y como él solo se retorcía, lo llevaron a su padre, obrando también esto Sophia, para vaciar también a aquel de la humedad de la luz, de modo que no pudiera erguirse contra los que están arriba, teniendo poder. Y dicen que, al soplar aquel en el hombre el espíritu de vida, quedó vaciado ocultamente de su poder; y que el hombre tuvo de ahí Nus y Enthymesis (y esto, dicen, es lo que se salva), y al punto dio gracias al Primer Hombre, dejando a los fabricadores.

7. Zelantem autem Ialdabaoth voluisse excogitare evacuare hominem per feminam, et de sua Enthymesi eduxisse feminam, quam illa Prunicos suscipiens invisibiliter evacuavit a virtute. Reliquos autem venientes et mirantes formositatem ejus, vocasse eam Evam, et concupiscentes hanc, generasse ex ea filios, quos et angelos esse dicunt. Mater autem ipsorum argumentata est per serpentem seducere Evam et Adam, supergredi praeceptum Ialdabaoth: Eva autem quasi a filio Dei hoc audiens, facile credidit, et Adam suasit manducare de arbore, de qua dixerat Deus, non manducare. Manducantes autem eos cognovisse eam, quae est super omnia, virtutem dicunt, et abscessisse ab his, qui fecerant eos. Prunicum autem videntem, quoniam et per suum plasma victi sunt, valde gratulatum, et rursum exclamasse, quoniam, cum esset Pater incorruptibilis, olim hic semetipsum vocans Patrem, mentitus est: et cum homo olim esset et prima femina, et haec adulterans peccavit.

8. Ialdabaoth autem propter eam, quae circa eum erat oblivionem, ne quidem intendentem ad haec, projecisse Adam et Evam de paradiso, quoniam transgressi erant praeceptum ejus. Voluisse enim filios ei ex Eva generari, et non adeptum esse, quoniam mater sua in omnibus contrairet ei, et latenter evacuans Adam et Evam ab humectatione luminis, uti neque maledictionem participaret, neque opprobrium, is qui esset a principalitate Spiritus. Sic quoque vacuos a divina substantia factos, maledictos esse ab eo, et dejectos a coelo in hunc mundum docent. Sed et serpentem adversus patrem operantem dejectum ab eo in deorsum mundum; in potestatem autem suam redigentem angelos, qui hic sunt, et ipsum sex filios generasse, septimo ipso exsistente ad imitationem ejus, quae circa Patrem est, hebdomadis. Et hos septem daemonas mundiales esse dicunt, adversantes et resistentes semper generi humano, quoniam propter eos pater illorum projectus est deorsum.

9. Adam autem et Evam prius quidem habuisse levia et clara, et velut spiritalia corpora, quemadmodum et plasmati sunt; venientes autem huc, demutasse in obscurius, et pinguius, et pigrius; sed et animam dissolutam et languidam, quippe a factore tantummodo insufflationem mundialem habentes: quoadusque Prunicos miserata eorum, reddidit eis odorem suavitatis humectationis luminis, per quam in commemorationem venerunt suam ipsorum, et cognoverunt semetipsos nudos, et corporis materiam; et cognoverunt, quoniam mortem bajulant; et magnanimes exstiterunt, cognoscentes quoniam ad tempus corpus circumdatum est eis: et escas quoque invenisse eos, praeeunte eis Sophia, et satiatos coisse invicem carnaliter, et generasse Caïn, quem dejectibilis serpens cum filiis suis statim suscipiens evertit, et adimplevit mundialia oblivione, in stultitiam et audaciam immittens, ita ut et dum fratrem suum Abel occideret, primus zelum et mortem ostenderit.

7. Y que Ialdabaoth, celoso, quiso idear cómo vaciar al hombre por medio de una mujer, y de su propia Enthymesis sacó una mujer; y aquella Prunicus, tomándola, la vació invisiblemente de poder. Y que los demás, viniendo y admirando su hermosura, la llamaron Eva, y deseándola, engendraron de ella hijos, que dicen que son también los ángeles. Y la madre de ellos maquinó, por medio de la serpiente, seducir a Eva y a Adán para que traspasaran el precepto de Ialdabaoth; y Eva, oyéndolo como de un hijo de Dios, creyó fácilmente, y persuadió a Adán a comer del árbol del que Dios había dicho que no comieran. Y dicen que, al comer, conocieron el Poder que está sobre todas las cosas, y se apartaron de los que los habían hecho. Y que Prunicus, viendo que también por su propia hechura fueron vencidos, se gozó mucho, y clamó de nuevo que, existiendo un Padre incorruptible, el que antes se llamaba a sí mismo Padre había mentido; y que, existiendo desde antiguo el Hombre y la Primera Mujer, también esta había pecado adulterando.

8. Y que Ialdabaoth, por el olvido que lo rodeaba, sin atender siquiera a estas cosas, arrojó a Adán y a Eva del paraíso, porque habían transgredido su precepto. Pues quiso que le fueran engendrados hijos de Eva, y no lo consiguió, porque su madre se le oponía en todo, y vaciaba ocultamente a Adán y a Eva de la humedad de la luz, para que no participara ni de la maldición ni del oprobio el que procedía de la preeminencia del Espíritu. Así también, enseñan, vaciados de la sustancia divina, fueron maldecidos por él, y arrojados del cielo a este mundo. Y también la serpiente, obrando contra su padre, fue arrojada por él al mundo de abajo; y reduciendo a su potestad a los ángeles que están aquí, engendró también ella seis hijos, siendo ella misma el séptimo, a imitación de la Hebdómada que está en torno al Padre. Y dicen que estos son los siete demonios mundanos, que siempre se oponen y resisten al género humano, porque por causa de ellos su padre fue arrojado abajo.

9. Y que Adán y Eva tuvieron al principio cuerpos ligeros y luminosos, y como espirituales, tal como fueron plasmados; pero viniendo aquí, se cambiaron en algo más oscuro, y más grueso, y más torpe; y también el alma, floja y lánguida, puesto que tenían del hacedor solo una insuflación mundana; hasta que Prunicus, compadecida de ellos, les devolvió el olor de suavidad de la humedad de la luz, por la cual llegaron al recuerdo de sí mismos, y se conocieron desnudos, y conocieron la materia del cuerpo; y conocieron que llevan a cuestas la muerte; y se hicieron longánimes, conociendo que el cuerpo los rodeaba por un tiempo; y que hallaron también alimentos, yendo delante de ellos Sophia, y saciados se unieron carnalmente, y engendraron a Caín, al que la serpiente arrojada, con sus hijos, tomó al punto y derrocó, y llenó de olvido las cosas del mundo, lanzándolo a la necedad y a la audacia, de modo que, al matar a su hermano Abel, fue el primero en mostrar los celos y la muerte.

Post quos secundum providentiam Prunici dicunt generatum Seth; post Noream: ex quibus reliquam multitudinem hominum generatam dicunt, et ab inferiori hebdomade in omnem malitiam immissam, et apostasiam superiorem sanctae hebdomadae, et idololatriam, et reliquam universam contemptionem, cum contraria eis esset semper mater invisibiliter, et proprium salvaret, hoc est humectationem luminis. Sanctam autem hebdomadam septem stellas, quas dicunt planetas, esse volunt; et projectibilem serpentem duo habere nomina, Michael, et Samael, dicunt.

10. Iratum autem Ialdabaoth hominibus, quoniam eum non colebant, neque honorificabant quasi Patrem et Deum, diluvium eis induxisse, ut omnes simul perderet. Contra stante autem et hic Sophia, salvatos eos esse qui circa Noe erant in arca, propter humectationem illius luminis quod ab ea erat, per quam iterum adimpletum esse mundum hominibus: ex quibus quemdam Abraham elegisse ipsum Ialdabaoth, et testamentum posuisse ad eum, si perseveraverit semen ejus serviens ei, dare ei haereditatem terrae. Post per Moysen eduxisse eos ex Aegypto, qui ab Abraham essent, et dedisse eis Legem, et fecisse eos Judaeos: ex quibus elegisse septem dies, quos et sanctam hebdomadam vocant, et unusquisque eorum suum praeconem ad semet gloriandum, et Deum annuntiandum: uti et reliqui audientes glorias, servirent et ipsi his, qui a prophetis annuntiarentur dii.

11. Sic autem prophetas distribuunt: hujus quidem Ialdabaoth Moysen fuisse, et Jesum Nave, et Amos, et Abacuc; illius autem Iao, Samuel, et Nathan, et Jonam, et Michaeam; illius autem Sabaoth, Heliam, et Joel, et Zachariam; illius autem Adonei, Esaiam, et Ezechiel, et Jeremiam, et Daniel; illius autem Eloei, Tobiam, et Aggaeum; illius autem Horei, Michaeam, et Nahum; illius autem Astaphaei, Hesdram et Sophoniam. Horum igitur unusquisque glorificans suum patrem et Deum. Sophiam et ipsam per eos multa locutam esse de primo homine, et incorruptibili Aeone, et de illo Christo, qui sit sursum, dicunt, praemonentem et rememorantem homines in incorruptibile lumen, et in primum hominem, et de descensione Christi: in quibus conterritis principibus, et admirantibus novitatem in his, quae a prophetis annuntiabantur, operatam esse Prunicum per Ialdabaoth nescientem quid faciat, duorum hominum factas esse emissiones; alterum quidem de sterili Elizabeth, alterum autem ex Maria virgine.

12. Et quoniam non haberet eadem ipsa requiem, neque in coelo, neque in terra, contristatam invocasse in adjutorium matrem. Mater autem ejus, prior femina, miserata est super poenitentia filiae, et postulavit a primo homine adjutorium ei mitti Christum; qui et descendit emissus ad sororem suam, et ad humectationem luminis.

Después de estos, dicen, por la providencia de Prunicus fue engendrado Set; después, Norea; de los cuales dicen que fue engendrada la restante multitud de los hombres, y que fue lanzada por la Hebdómada inferior a toda malicia, y a una apostasía más fuerte que la Hebdómada santa, y a la idolatría, y a todo otro desprecio, mientras la madre les era siempre contraria invisiblemente y salvaba lo que era suyo, es decir, la humedad de la luz. Y pretenden que la Hebdómada santa sean las siete estrellas que llaman planetas; y dicen que la serpiente arrojada tiene dos nombres, Miguel y Samael.

10. Y que Ialdabaoth, irritado contra los hombres porque no lo adoraban ni lo honraban como Padre y Dios, les envió el diluvio, para perderlos a todos juntos. Pero oponiéndose también aquí Sophia, fueron salvados los que rodeaban a Noé en el arca, por la humedad de aquella luz que procedía de ella, por la cual el mundo volvió a llenarse de hombres; y de ellos el mismo Ialdabaoth eligió a un tal Abraham, y estableció con él un testamento: que, si su simiente perseveraba sirviéndole, le daría la herencia de la tierra. Después, por medio de Moisés, sacó de Egipto a los que procedían de Abraham, y les dio la Ley, y los hizo judíos; y de entre estos los siete días, a los que llaman también la Hebdómada santa, eligieron cada uno su propio heraldo, para glorificarse a sí mismo y anunciar a Dios, a fin de que también los demás, oyendo sus glorias, sirvieran también ellos a los que eran anunciados como dioses por los profetas.

11. Y distribuyen así a los profetas: de Ialdabaoth fueron, dicen, Moisés, y Josué, hijo de Nun, y Amós, y Habacuc; de Iao, Samuel, y Natán, y Jonás, y Miqueas; de Sabaot, Elías, y Joel, y Zacarías; de Adoneus, Isaías, y Ezequiel, y Jeremías, y Daniel; de Eloeus, Tobías y Ageo; de Horeus, Miqueas y Nahún; de Astaphaeus, Esdras y Sofonías. Cada uno de estos, pues, dicen, glorifica a su propio padre y Dios. Y dicen que la misma Sophia habló por medio de ellos muchas cosas del Primer Hombre, y del Eón incorruptible, y de aquel Cristo que está arriba, advirtiendo de antemano a los hombres y haciéndoles recordar la luz incorruptible, y el Primer Hombre, y el descenso de Cristo; y que, aterrados por ello los príncipes y admirados de la novedad de lo que anunciaban los profetas, Prunicus obró por medio de Ialdabaoth, que no sabía lo que hacía, de modo que se hicieron las emisiones de dos hombres: el uno de la estéril Isabel, el otro de María la virgen.

12. Y que, como ella misma no tenía descanso ni en el cielo ni en la tierra, entristecida, invocó en su ayuda a su madre. Y su madre, la Primera Mujer, se compadeció de la penitencia de su hija, y pidió al Primer Hombre que le fuera enviado Cristo en su ayuda; el cual, emitido, descendió a su hermana y a la humedad de la luz.

Cognoscentem autem eam, quae deorsum est, Sophiam, descendere ad fratrem ejus, et annuntiasse ejus adventum per Joannem, et praeparasse baptismum poenitentiae, et ante adaptasse Jesum: uti descendens Christus inveniat vas mundum, et uti per filium ejus Ialdabaoth femina a Christo annuntiaretur. Descendisse autem eum per septem coelos, assimilatum filiis eorum dicunt, et sensim eorum evacuasse virtutem. Ad ipsum enim universam humectationem luminis concurrisse dicunt, et descendentem Christum in hunc mundum, induisse primum sororem suam Sophiam, et exsultasse utrosque refrigerantes super invicem: et hoc esse sponsum et sponsam definiunt. Jesum autem, quippe ex Virgine per operationem Dei generatum, sapientiorem, et mundiorem, et justiorem hominibus omnibus fuisse: Christum perplexum Sophiae descendisse, et sic factum esse Jesum Christum.

13. Multos igitur ex discipulis ejus non cognovisse Christi descensionem in eum dicunt: descendente autem Christo in Jesum, tunc coincepisse virtutes perficere, et curare, et annuntiare incognitum Patrem, et se manifeste filium primi hominis confiteri. In quibus irascentes principes, et patrem Jesu, operatos ad occidendum eum: et in eo cum adduceretur, ipsum quidem Christum cum Sophia abstitisse in incorruptibilem Aeonem dicunt; Jesum autem crucifixum: non autem oblitum suum Christum, sed misisse desuper virtutem quamdam in eum, quae excitavit eum in corpore: quod et corpus animale et spirituale vocant; mundialia enim remisisse eum in mundo. Videntes autem discipuli resurrexisse eum, non eum cognoverunt, sed ne ipsum quidem Jesum, cujus gratia a mortuis resurrexit. Et hunc maximum errorem inter discipulos ejus fuisse dicunt, quoniam putarent eum in corpore mundiali resurrexisse, ignorantes quoniam caro et sanguis regnum Dei non apprehendunt.

14. Confirmare autem volunt descensionem Christi et ascensionem ex eo, quod neque ante baptismum, neque post resurrectionem a mortuis, aliquid magni fecisse Jesum dicunt discipuli, ignorantes adunitum esse Jesum Christo, et incorruptibilem Aeonem hebdomadali, et mundiale corpus animale dicunt. Remoratum autem eum post resurrectionem xviii mensibus, et sensibilitate in eum descendente didicisse quod liquidum est: et paucos ex discipulis suis, quos sciebat capaces tantorum mysteriorum, docuit haec; et sic receptus est in coelum, Christo sedente ad dexteram patris Ialdabaoth: uti animas eorum qui cognoverunt eos, post depositionem mundialis carnis recipiat in se, ditans semetipsum, Patre ejus ignorante, sed ne vidente quidem eum: uti in quantum Jesus semetipsum ditat in sanctis animabus, in tantum Pater ejus in detrimentis factus deminoretur, evacuatus a virtute sua per animas. Jam enim non habiturum eum animas sanctas, ut rursus demittat eas in saeculum, sed tantum eas quae sunt ex substantia ejus, id est quae sunt ex insufflatione. Consummationem autem futuram, quando tota humectatio spiritus luminis colligatur, et abripiatur in Aeonem incorruptibilitatis.

Y que la Sophia que está abajo, sabiendo que su hermano descendía, anunció su venida por medio de Juan, y preparó el bautismo de penitencia, y ajustó de antemano a Jesús, para que Cristo, al descender, encontrara un vaso limpio, y para que por medio de su hijo Ialdabaoth la mujer fuera anunciada por Cristo. Y dicen que él descendió a través de los siete cielos, asemejado a sus hijos, y poco a poco los vació de su poder. Pues dicen que toda la humedad de la luz acudió a él; y que Cristo, al descender a este mundo, se revistió primero de su hermana Sophia, y ambos se regocijaron hallando refrigerio el uno en el otro; y definen que esto es el esposo y la esposa. Y que Jesús, como engendrado de la Virgen por la operación de Dios, fue más sabio, y más puro, y más justo que todos los hombres; que Cristo, entrelazado con Sophia, descendió en él, y así se hizo Jesucristo.

13. Dicen, pues, que muchos de sus discípulos no conocieron el descenso de Cristo en él; pero que, al descender Cristo en Jesús, entonces comenzó a obrar prodigios, y a curar, y a anunciar al Padre desconocido, y a confesarse abiertamente hijo del Primer Hombre. Irritados por esto los príncipes y el padre de Jesús, obraron para matarlo; y dicen que, mientras era conducido a ello, el mismo Cristo con Sophia se retiró al Eón incorruptible, y que Jesús fue crucificado; pero que Cristo no se olvidó del suyo, sino que envió desde arriba cierto poder a él, que lo resucitó en un cuerpo, al que llaman cuerpo animal y espiritual: pues las partes mundanas las dejó en el mundo. Y los discípulos, viendo que había resucitado, no lo conocieron a él, ni siquiera al mismo Jesús, por causa del cual resucitó de entre los muertos. Y dicen que este fue el error más grande entre sus discípulos, que pensaban que había resucitado en un cuerpo mundano, ignorando que la carne y la sangre no alcanzan el reino de Dios (1 Cor 15,50).

14. Quieren confirmar el descenso y la ascensión de Cristo a partir de esto: que los discípulos dicen que Jesús no hizo nada grande ni antes del bautismo ni después de la resurrección de entre los muertos, ignorando que Jesús había sido aunado a Cristo, y el Eón incorruptible al hebdomadario; y al cuerpo mundano lo llaman animal. Y que, después de la resurrección, se detuvo dieciocho meses, y, descendiendo en él la percepción, aprendió lo que es claro; y enseñó estas cosas a unos pocos de sus discípulos, a quienes sabía capaces de tan grandes misterios; y así fue recibido en el cielo, sentándose Cristo a la derecha del padre Ialdabaoth, para recibir en sí, después de que hayan depuesto la carne mundana, las almas de los que los conocieron, enriqueciéndose a sí mismo, ignorándolo su Padre y sin siquiera verlo; de modo que, en la medida en que Jesús se enriquece con las almas santas, en esa medida su Padre, sufriendo pérdidas, sea disminuido, vaciado de su poder por las almas. Pues ya no tendrá, dicen, almas santas para enviarlas de nuevo al siglo, sino solo las que son de su sustancia, es decir, las que proceden de la insuflación. Y que la consumación vendrá cuando toda la humedad del espíritu de la luz sea recogida y arrebatada al Eón de la incorruptibilidad.

15. Tales quidem secundum eos sententiae sunt: a quibus, velut Lernaea hydra, multiplex capitibus fera de Valentini schola generata est.

Quidam enim ipsam Sophiam serpentem factam dicunt: quapropter et contrariam exstitisse factori Adae, et agnitionem hominibus immisisse, et propter hoc dictum serpentem omnium sapientiorem. Sed et propter positionem intestinorum nostrorum, per quae esca infertur, eo quod talem figuram habeant, ostendentem absconsam generatricem serpentis figurae substantiam in nobis.

Caput XXXI

De Caianis.

1. Alii autem rursus Cain a superiore principalitate dicunt; et Esau, et Core, et Sodomitas, et omnes tales cognatos suos confitentur; et propter hoc a factore impugnatos, neminem ex eis male acceptos. Sophia enim illud, quod proprium ex ea erat, abripiebat ex eis ad semetipsam. Et haec Judam proditorem diligenter cognovisse dicunt, et solum prae caeteris cognoscentem veritatem, perfecisse proditionis mysterium: per quem et terrena et coelestia omnia dissoluta dicunt. Et confictionem afferunt hujusmodi, Judae Evangelium illud vocantes.

2. Jam autem et collegi eorum conscriptiones, in quibus dissolvere opera Hysterae adhortantur; Hysteram autem fabricatorem coeli et terrae vocant: nec enim aliter salvari eos nisi per omnia eant, quemadmodum et Carpocrates dixit. Et in unoquoque peccatorum et turpium operationum angelum assistere, et operantem audire audaciam et immunditiam inferre, id quod inest ei operationi, Angeli nomine dicere: O tu, Angele, abutor opere tuo: O tu, illa Potestas, perficio tuam operationem. Et hoc esse scientiam perfectam, sine timore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas est.

3. A talibus matribus, et patribus, et proavis eos, qui a Valentino sint, sicut ipsae sententiae et regulae ostendunt eos, necessarium fuit manifeste arguere, et in medium afferre dogmata ipsorum, si qui forte ex iis poenitentiam agentes, et convertentes ad unum solum conditorem, et Deum factorem universitatis, salvari possint: reliqui autem non jam abstrahantur a prava, quasi verisimili, suasione eorum, putantes majus et aliquid altius ab iis scituros se mysterium: sed a nobis bene discentes quae ab illis male docentur, derideant quidem doctrinam eorum; illorum autem misereantur, qui adhuc in his tam miserrimis et instabilibus fabulis tantam elationem assumpserunt, ut meliores semetipsos reliquis propter talem agnitionem, imo ignorantiam, arbitrentur. Delectatio autem eorum haec est, sive adversus eos victoria est, sententiae eorum manifestatio.

15. Tales son, según ellos, las opiniones; y de ellas, como la hidra de Lerna, ha sido engendrada la fiera de muchas cabezas de la escuela de Valentín.

Pues algunos dicen que la misma Sophia se hizo serpiente; y que por eso se opuso al hacedor de Adán, e infundió el conocimiento en los hombres; y que por esto se dijo que la serpiente era la más sabia de todos. Y también por la posición de nuestros intestinos, por los cuales se introduce el alimento, porque tienen tal figura, que muestra en nosotros la sustancia oculta generadora de la figura de la serpiente.

Capítulo 31

Sobre los cainitas.

1. Otros, a su vez, dicen que Caín procede de la Preeminencia superior; y confiesan como parientes suyos a Esaú, y a Coré, y a los sodomitas, y a todos los tales; y que por eso, atacados por el hacedor, ninguno de ellos sufrió daño. Pues Sophia, dicen, arrebataba de ellos para sí lo que de ella era propio. Y dicen que Judas el traidor conoció bien estas cosas, y que él solo, conociendo la verdad más que los demás, consumó el misterio de la traición; por el cual dicen que todas las cosas terrenas y celestes fueron disueltas. Y presentan una invención de esta clase, llamándola el Evangelio de Judas.

2. Y he recogido además sus escritos, en los que exhortan a disolver las obras de Hystera; y a Hystera la llaman fabricador del cielo y de la tierra: pues dicen que no se salvan de otro modo sino pasando por todas las cosas, como también dijo Carpócrates. Y que en cada uno de los pecados y de las acciones torpes asiste un ángel, y que el que obra se atreve a la osadía y le atribuye la inmundicia, y dice en nombre del ángel lo que es propio de esa acción: «Oh tú, Ángel, me sirvo de tu obra; oh tú, tal Potestad, consumo tu operación». Y que esta es la ciencia perfecta: entrar sin temor en tales acciones, que ni siquiera es lícito nombrar.

3. Que los que proceden de Valentín vienen de tales madres, y padres, y abuelos, como lo muestran sus mismas opiniones y reglas, era necesario probarlo abiertamente, y sacar a la luz sus dogmas, por si algunos de ellos, haciendo penitencia y convirtiéndose al único solo Creador, y Dios Hacedor del universo, pudieran salvarse; y para que los demás no sean ya arrastrados por su depravada persuasión, que parece verosímil, pensando que aprenderán de ellos algún misterio mayor y más elevado; sino que, aprendiendo bien de nosotros lo que ellos enseñan mal, se rían de su doctrina, y se compadezcan de aquellos que todavía, en estas fábulas tan miserables e inestables, han adquirido tanta altivez que se juzgan mejores que los demás por tal conocimiento, o más bien ignorancia. Y este es su desenmascaramiento, o la victoria contra ellos: la manifestación de sus opiniones.

4. Quapropter conati sumus nos universum male compositae vulpeculae hujus corpusculum in medium producere, et per te facere manifestum. Jam enim non multis opus erit sermonibus ad evertendum doctrinam eorum, manifestam omnibus factam. Quemadmodum bestiae alicujus in silva absconditae et inde impetum facientis, et multos vastantis; qui segregat et denudat silvam, et ad visionem adduxit ipsam feram, jam non elaboravit ad capiendam, videntes quoniam ea fera fera est: ipsis enim adest videre et cavere impetus ejus, et jaculari undique, et vulnerare, et interficere vastatricem illam bestiam. Sic et nobis, cum in manifestum redegerimus eorum abscondita, et apud se tacita mysteria, jam non erit necessarium multis eorum destruere sententiam. Adest enim et tibi, et omnibus qui tecum sunt, ad haec quae praedicta sunt exerceri, et evertere nequam ipsorum doctrinas, et inconditas, et apta veritati ostendere dogmata. Cum igitur haec sic se habeant, quatenus promisi, secundum nostram virtutem inferemus eversionem ipsorum, omnibus eis contradicentes in sequenti libro (enarratio enim in longum pergit, ut vides); et viatica quoque dabimus ad eversionem ipsorum, occurrentes omnibus sententiis secundum narrationis ordinem: ut simus non tantum ostendentes, sed et vulnerantes undique bestiam.

4. Por lo cual nos hemos esforzado en sacar a la luz todo el cuerpecillo de esta zorra mal compuesta, y en hacerlo manifiesto por medio de ti. Pues ya no habrá necesidad de muchas palabras para derrocar su doctrina, hecha manifiesta para todos. Como cuando una fiera se esconde en un bosque y desde allí ataca y devasta a muchos: el que desbroza y despeja el bosque, y saca a la vista a la misma fiera, ya no tiene que esforzarse para capturarla, pues ven que esa fiera es fiera; porque ellos mismos pueden ver y guardarse de sus ataques, y lanzarle dardos por todas partes, y herir, y matar a aquella bestia devastadora. Así también para nosotros: cuando hayamos sacado a la luz sus cosas ocultas y los misterios que callan entre sí, ya no será necesario destruir con muchas palabras su opinión. Pues está a tu alcance, y al de todos los que están contigo, ejercitaros en lo que se ha dicho, y derrocar sus doctrinas malvadas y desordenadas, y mostrar los dogmas conformes a la verdad. Siendo, pues, así estas cosas, como prometí, según nuestras fuerzas llevaremos a cabo su derrocamiento, contradiciéndoles a todos en el libro siguiente (pues la narración se extiende a lo largo, como ves); y daremos también provisiones para el camino hacia su derrocamiento, saliendo al encuentro de todas sus opiniones según el orden de la narración: para que no solo mostremos la fiera, sino que también la hiramos por todas partes.

Liber secundus

Praefatio

1. In primo quidem libro, qui ante hunc est, arguentes falsi nominis agnitionem, ostendimus tibi, dilectissime, omne ab his, qui sunt a Valentino, per multos et contrarios modos adinventum esse falsiloquium; etiam sententias exposuimus eorum, qui priores exstiterunt, discrepantes eos sibimetipsis ostendentes, multo autem prius ipsi veritati. Et Marci quoque magi sententiam, cum sit ex his, cum operibus ejus omni diligentia exposuimus: et quanta ex Scripturis eligentes, adaptare conantur fictioni suae, diligenter retulimus: et quonam modo per numeros, et per viginti quatuor elementa alphabeti, veritatem affirmare, conantur et audent, minutatim perexivimus. Et quemadmodum conditionem secundum imaginem invisibilis apud eos Pleromatis factam dicunt, et quanta de Demiurgo sentiunt ac docent, renuntiavimus; et progenitoris ipsorum doctrinam, Simonis Magi Samaritani, et omnium eorum, qui successerunt ei, manifestavimus. Diximus quoque multitudinem eorum, qui sunt ab eo Gnostici; et differentias ipsorum, et doctrinas, et successiones adnotavimus; quaeque ab eis haereses institutae sunt, omnes exposuimus. Et quoniam omnes a Simone haeretici initia sumentes, impia et irreligiosa dogmata induxerunt in hanc vitam, ostendimus; et redemptionem ipsorum, et quomodo initiant eos qui perficiuntur, et affationes eorum, et mysteria manifestavimus; et quia unus Deus conditor, et quia non postremitatis fructus, et quia neque super illum, neque post eum est aliquid.

2. In hoc autem libro instruemus quae nobis apta sunt, et quae permittit tempus, et evertemus per magna capitula omnem ipsorum regulam: quapropter quod sit detectio et eversio sententiae ipsorum, operis hujus conscriptionem ita titulavimus. Oportet enim absconditas ipsorum conjugationes, per manifestarum conjugationum indicium et eversionem, Bythum dissolvere; et quoniam neque fuerit aliquando, neque sit, accipere ostensionem.

Caput primum

Deum unum esse, nec supra aut infra eum, alium Deum, vel Principium, aut Pleroma, aut Potestatem esse posse.

Libro II

Prefacio

1. En el primer libro, el que precede a este, al refutar el falsamente llamado conocimiento, te mostramos, amadísimo, que toda la mentira de los que proceden de Valentín ha sido inventada de muchos y contrarios modos; expusimos también las doctrinas de los que existieron antes que ellos, mostrándolos en desacuerdo consigo mismos, y mucho más con la verdad misma. También la doctrina de Marcos el mago, puesto que es uno de ellos, la expusimos con sus obras con toda diligencia; y referimos con diligencia cuántas cosas escogen de las Escrituras y tratan de adaptar a su ficción; y recorrimos al detalle de qué modo, por los números y por las veinticuatro letras del alfabeto, intentan y se atreven a afirmar la verdad. Y referimos cómo dicen que la creación fue hecha según la imagen del Pleroma, invisible entre ellos, y cuántas cosas piensan y enseñan del Demiurgo; y pusimos de manifiesto la doctrina de su progenitor, Simón el Mago, el samaritano, y de todos los que le sucedieron. Hablamos también de la multitud de los gnósticos que proceden de él, y señalamos sus diferencias, sus doctrinas y sus sucesiones; y expusimos todas las herejías que por ellos fueron instituidas. Y mostramos que todos los herejes, tomando sus comienzos de Simón, han introducido en esta vida doctrinas impías e irreligiosas; y pusimos de manifiesto su redención, y cómo inician a los que son hechos perfectos, y sus fórmulas y sus misterios; y que Dios Creador es uno solo, y que no es fruto de lo postrero, y que no hay nada ni por encima de él ni después de él.

2. En este libro dispondremos lo que nos conviene y lo que el tiempo permite, y derrocaremos toda su regla por grandes capítulos; por lo cual, puesto que es un desenmascaramiento y un derrocamiento de su doctrina, hemos dado tal título a la redacción de esta obra. Porque sus emparejamientos ocultos, mediante la revelación y el derrocamiento de los emparejamientos puestos de manifiesto, han de disolver a Bythus; y hemos de recibir la demostración de que ni existió nunca ni existe.

Capítulo i

Que Dios es uno, y que no puede haber por encima ni por debajo de él otro Dios, ni Principio, ni Pleroma, ni Potestad.

1. Bene igitur habet a primo, et maximo capitulo inchoare nos, a Demiurgo Deo, qui fecit coelum et terram, et omnia quae in eis sunt, quem ii blasphemantes extremitatis fructum dicunt, et ostendere, quoniam neque super eum, neque post eum est aliquid: neque ab aliquo motus, sed sua sententia et libere fecit omnia, cum sit solus Deus, et solus Dominus, et solus conditor, et solus Pater, et solus continens omnia, et omnibus, ut sint, ipse praestans.

2. Quemadmodum enim poterit super hunc alia Plenitudo, aut Initium, aut Potestas, aut alius Deus esse: cum oporteat Deum horum omnium Pleroma in immenso omnia circumcontinere, et circumcontineri a nemine? Si autem extra illum est aliquid, jam non omnium est Pleroma, neque continet omnia. Deerit enim Pleromati, aut ei qui sit super omnia Deo, hoc quod extra eum dicunt. Quod autem deest, et delibatum est ab aliquo, hoc non est omnium Pleroma. Et terminum autem, et medietatem, et finem habebit ad eos qui sunt extra eum. Si autem finis est in ea quae sunt deorsum, initium est et in ea quae sunt sursum. Similiter autem et ex reliquis partibus necessitas est omnis id ipsum experiri, et ab eis qui foris sunt contineri, et determinari, et includi. Is enim qui est deorsum finis, necessario omni modo circumscribit, et circumdat eum qui finiatur in eum. Erit enim, secundum eos, Pater omnium (quem videlicet et Proonta, et Proarchen vocant), cum Pleromate ipsorum, et Marcionis bonus Deus, in aliquo conditus, et inclusus, et a foris circumdatus ab altera principalitate, quam necesse est majorem esse; quoniam id quod continet, eo quod continetur majus est: quod autem majus est, id et firmius est, et magis Dominus: et quod majus est, et firmius, et magis Dominus, hoc erit Deus.

3. Cum enim sit, secundum eos, et aliud quid, quod quidem extra Pleroma esse dicunt, in quod et superiorem erraticam virtutem descendisse opinantur, necesse est omni modo, aut continere id quod extra est, contineri autem Pleroma (alioquin non erit extra Pleroma: si enim extra Pleroma est aliquid, intra hoc ipsum, quod extra Pleroma dicunt, erit Pleroma, et continebitur Pleroma ab eo quod est extra; cum Pleromate autem subaudiatur et primus Deus); aut rursus in immensum distare et separata esse ab invicem, id est, et Pleroma, et quod est extra illud. Si autem hoc dixerint, tertium quid erit, quod in immensum separat Pleroma, et hoc quod est extra illud; et hoc tertium circumfinit et continebit utraque, et erit majus tertium hoc, et Pleromate, et eo quod est extra illud, sicut in suo sinu continens utraque: et in infinitum de his quae continentur, et de his quae continent, incidet sermo.

1. Bien está, pues, que comencemos por el primero y mayor capítulo, por Dios el Demiurgo, que hizo el cielo y la tierra y todas las cosas que hay en ellos, a quien estos, blasfemando, llaman fruto de la extremidad; y que mostremos que no hay nada ni por encima de él ni después de él; que no fue movido por nadie, sino que por su propio juicio y libremente hizo todas las cosas, siendo el único Dios, y el único Señor, y el único Creador, y el único Padre, y el único que contiene todas las cosas, y él mismo concede a todas que sean.

2. Porque ¿cómo podrá haber por encima de él otra Plenitud, o Principio, o Potestad, u otro Dios, cuando es preciso que Dios, Pleroma de todas estas cosas, en su inmensidad circuncontenga todas las cosas y no sea circuncontenido por nadie? Pero si hay algo fuera de él, ya no es el Pleroma de todas las cosas, ni contiene todas las cosas. Porque al Pleroma, o al Dios que está por encima de todas las cosas, le faltará aquello que dicen que está fuera de él. Y lo que tiene falta, y ha sido mermado por algo, no es el Pleroma de todas las cosas. Y tendrá además término, y medio, y fin respecto de los que están fuera de él. Y si hay un fin hacia lo que está abajo, hay también un comienzo hacia lo que está arriba. Del mismo modo, también por los demás lados es de toda necesidad que experimente lo mismo, y que sea contenido, determinado y encerrado por los que están fuera. Porque el que es el fin por abajo, por necesidad y de todo modo circunscribe y rodea al que termina en él. Porque, según ellos, el Padre de todo (a quien llaman también Proon y Proarche), junto con su Pleroma, y el Dios bueno de Marción, estarán guardados en algo, y encerrados, y rodeados desde fuera por otra preeminencia, que necesariamente ha de ser mayor; puesto que lo que contiene es mayor que lo contenido; y lo que es mayor es también más firme y más señor; y lo que es mayor, y más firme, y más señor, eso será Dios.

3. Porque, como según ellos hay también otra cosa, que dicen que está fuera del Pleroma, a la que piensan que descendió el Poder errante superior, es de todo punto necesario o bien que lo que está fuera contenga, y que el Pleroma sea contenido (de lo contrario no estará fuera del Pleroma: pues si hay algo fuera del Pleroma, el Pleroma estará dentro de eso mismo que dicen que está fuera del Pleroma, y el Pleroma será contenido por lo que está fuera; y con el Pleroma se sobrentiende también el primer Dios); o bien, a su vez, que disten inmensamente y estén separados uno de otro, es decir, el Pleroma y lo que está fuera de él. Pero si dicen esto, habrá una tercera cosa que separa inmensamente el Pleroma y lo que está fuera de él; y esta tercera cosa delimita en torno y contendrá a ambos, y esta tercera cosa será mayor que el Pleroma y que lo que está fuera de él, como quien contiene a ambos en su seno; y el discurso caerá en el infinito acerca de lo que es contenido y de lo que contiene.

Si enim tertium hoc initium habebit in superiora, et finem in inferiora, omnino necessitas est et a lateribus definiri illud, vel inchoans, vel deficiens ad alia quaedam: et illa rursus, et alia quae sunt sursum, et quae deorsum, ad alia quaedam habebunt initia, et hoc usque in infinitum; ut nunquam stet eorum excogitatio in uno Deo, sed per occasionem plus quam est quaerendi, in id quod non sit, excidat, et absistat a vero Deo.

4. Similiter autem haec et adversus eos qui sunt a Marcione, aptata sunt. Continebuntur enim et circumfinientur et duo Dei ejus ab immenso intervallo, quod separat eos ab invicem. Sic autem ad excogitandum est necessitas secundum omnem partem multos deos immensa separatione distantes, ab invicem quidem inchoantes, ad invicem autem finientes: et illa ratione, qua nituntur docere super fabricatorem coeli et terrae esse aliquod Pleroma, aut Deum, eadem ratione utens quisque astruet, super Pleroma alterum esse Pleroma, et super illud rursus aliud, et super Bythum aliud pelagus Dei, et a lateribus autem similiter eadem esse: et sic in immensum excidente sententia, et semper necessitas erit excogitare altera Pleromata, et alteros Bythos, et nunquam aliquando consistere, semper quaerentes alios, praeter dictos. Erit autem incertum, utrumnam haec sint deorsum, quae sunt secundum nos an haec ipsa superiora sint; et quae dicuntur ab eis sursum, utrumnam sursum, aut deorsum sint: et nullus status, neque firmitas continebit sensum nostrum, sed in immensos mundos, et indeterminatos deos excedere necessitas erit.

5. Et cum haec sic se habeant, unusquisque Deus suis contentus erit, et non curiose aget de alienis: si quo minus, injustus erit, et avarus, et cessans esse quod Deus est. Et unaquaeque conditio suum fabricatorem glorificabit, et ipso sufficiens erit, et alterum non cognoscet: si quo minus, apostata justissime ab omnibus judicata, dignissimam concipiet poenam. Oportet enim aut unum esse, qui omnia continet, et in suis fecit unumquodque eorum quae facta sunt, quemadmodum ipse voluit: aut multos rursus et indeterminatos factores et deos, ab invicem quidem incipientes, ad invicem autem desinentes per omnem partem: et alios omnes a foris ab altero quodam majore contineri, et velut inclusos et manentes in suis, unumquemque eorum confiteri necessitas erit; neminem autem horum omnium esse Deum. Deerit enim unicuique eorum, partem minutissimam habenti, ad comparationem omnium reliquorum, et solvetur omnipotentis appellatio, et necessitas erit in impietatem cadere talem sensum.

Caput II

Ab Angelis, vel ab alio quovis, praeter sententiam supremi omnium Patris, fabricatum non esse mundum, sed ab eodem Patre per Verbum conditum fuisse.

Porque si esta tercera cosa tiene su comienzo hacia lo superior y su fin hacia lo inferior, es de toda necesidad que esté delimitada también por los lados, comenzando o acabando en otras cosas; y aquellas a su vez, y otras que están arriba y abajo, tendrán sus comienzos en otras cosas, y así hasta el infinito; de modo que su pensamiento nunca se detenga en el único Dios, sino que, por ocasión de buscar más de lo que hay, caiga en lo que no es y se aparte del Dios verdadero.

4. Del mismo modo, estas cosas se ajustan también contra los que proceden de Marción. Porque también sus dos Dioses serán contenidos y delimitados en torno por el intervalo inmenso que los separa entre sí. Y así hay necesidad de idear, por todas partes, muchos dioses que distan por una separación inmensa, que comienzan unos a partir de otros y acaban unos en otros; y con la misma razón con que se esfuerzan en enseñar que por encima del Fabricador del cielo y de la tierra hay algún Pleroma, o Dios, cualquiera, usando de la misma razón, sostendrá que por encima del Pleroma hay otro Pleroma, y por encima de aquel otro más, y por encima de Bythus otro piélago de Dios, y por los lados del mismo modo lo mismo; y así, cayendo el pensamiento en lo inmenso, habrá siempre necesidad de idear otros Pleromas y otros Bythus, y de no detenerse nunca jamás, buscando siempre otros además de los dichos. Y será incierto si estas cosas nuestras están abajo, o si ellas mismas son las superiores; y si las que ellos llaman de arriba están arriba o abajo; y ningún asiento ni firmeza sostendrá nuestro entendimiento, sino que habrá necesidad de salir a mundos inmensos y a dioses indeterminados.

5. Y siendo así estas cosas, cada Dios se contentará con lo suyo y no se entrometerá en lo ajeno; de lo contrario será injusto y codicioso, y dejará de ser lo que Dios es. Y cada creación glorificará a su propio Fabricador, y se bastará con él, y no conocerá a otro; de lo contrario, juzgada apóstata con toda justicia por todos, incurrirá en un castigo merecidísimo. Porque o bien ha de haber uno que contiene todas las cosas, y que en lo suyo hizo cada una de las cosas que han sido hechas, como él mismo quiso; o bien, a su vez, muchos e indeterminados hacedores y dioses, que comienzan unos a partir de otros y acaban unos en otros por todas partes; y será necesario confesar que todos los demás son contenidos desde fuera por algún otro mayor, y que cada uno de ellos está como encerrado y permanece en lo suyo; y que ninguno de todos ellos es Dios. Porque a cada uno de ellos, que tiene una parte pequeñísima en comparación con todas las demás, le faltará algo, y se deshará el nombre de omnipotente, y tal entendimiento habrá de caer necesariamente en la impiedad.

Capítulo 2

Que el mundo no fue fabricado por ángeles ni por ningún otro contra el juicio del supremo Padre de todo, sino creado por el mismo Padre por medio del Verbo.

1. Qui autem ab Angelis mundum dicunt fabricatum, vel ab alio quodam mundi fabricatore, praeter sententiam ejus, qui super omnia Pater est, primo quidem ex hoc ipso peccant, praeter voluntatem primi Dei talem et tantam conditionem Angelos fecisse dicentes: quasi efficaciores sint Angeli quam Deus, aut rursus quasi ille negligens sit, aut minor exsistens, aut nullam curam habens eorum, quae in propriis ipsius fiant, utrumnam male, an bene fiant, ut illud quidem dissipet et prohibeat, alterum autem laudet et gaudeat: hoc autem ne homini quidem solerti applicet quis, quanto magis Deo?

2. Post deinde dicant nobis: Utrumnam in his, quae ab illo continentur, et in propriis ejus, fabricata sunt haec; an in alienis et extra eum positis? Sed si quidem dicant extra eum, similiter omnia praedicta inconvenientia occurrent eis, et includetur primus Deus ab eo qui extra eum est, in quo et desinere eum necesse erit. Si autem in illius propriis, valde vanum erit praeter sententiam ejus, in ejus propriis, ab Angelis et ipsis qui sunt in potestate ejus, aut ab alio quodam dicere fabricatum esse mundum, aut quasi non omnia prospiciat ipse quae sint in suis, ut non sciat quae ab Angelis futura sint.

3. Si autem non praeter voluntatem ejus, sed volente et sciente, quemadmodum quidam opinantur; jam non Angeli, vel mundi fabricator causae erunt fabricationis istius, sed voluntas Dei. Si enim mundi fabricator est, Angelos ipse fecit, aut etiam causa creationis eorum ipse fuit; et mundum ipse videbitur fecisse, qui causas fabricationis ejus praeparavit. Licet per longam successionem deorsum Angelos dicant factos, vel mundi fabricatorem a primo Patre, quemadmodum Basilides ait; nihilominus id quod est causa eorum quae facta sunt, in illum, qui prolator fuit talis successionis, recurret: quemadmodum in regem correctio belli refertur, qui praeparavit ea quae sunt causa victoriae; et conditio hujus civitatis, aut hujus operis, in eum, qui praeparavit causas ad perfectionem eorum, quae deorsum facta sunt. Quapropter non jam securim dicimus concidere ligna, vel serram secare, sed hominem concidere et secare rectissime quis dicat eum, qui ipsam securim et serram ad hoc fecit, et multo prius armamenta omnia, per quae fabricata sunt securis et serra. Sic igitur juste, secundum illorum rationem, Pater omnium dicetur fabricator hujus mundi, et non Angeli, neque alius quis mundi fabricator, praeter illum qui fuit prolator, et primus causa factionis hujusmodi praeparationis exsistens.

1. Los que dicen que el mundo fue fabricado por ángeles, o por algún otro fabricador del mundo, contra el juicio de aquel que es Padre sobre todas las cosas, pecan primero en esto mismo: en que dicen que los ángeles hicieron tal y tan grande creación contra la voluntad del primer Dios; como si los ángeles fueran más eficaces que Dios, o, a su vez, como si él fuera negligente, o inferior, o no tuviera cuidado de lo que sucede en sus propios dominios, si sucede mal o bien, para disipar e impedir lo uno, y alabar lo otro y alegrarse de ello: y esto no se lo atribuiría uno ni siquiera a un hombre diligente, ¿cuánto menos a Dios?

2. Después, que nos digan: ¿fueron fabricadas estas cosas en lo que es contenido por él y en sus propios dominios, o en lo ajeno y puesto fuera de él? Si dicen que fuera de él, todos los inconvenientes antes dichos les saldrán igualmente al paso, y el primer Dios quedará encerrado por lo que está fuera de él, en lo cual también será necesario que termine. Pero si en sus propios dominios, será del todo vano decir que el mundo fue fabricado contra su juicio, en sus propios dominios, por ángeles que están ellos mismos bajo su potestad, o por algún otro; o como si él mismo no previera todas las cosas que hay en lo suyo, hasta el punto de no saber lo que iban a hacer los ángeles.

3. Pero si no fue contra su voluntad, sino queriéndolo y sabiéndolo él, como piensan algunos, entonces ya no serán los ángeles ni el fabricador del mundo las causas de esta fabricación, sino la voluntad de Dios. Porque si él es el fabricador del mundo, él mismo hizo a los ángeles, o al menos fue él mismo la causa de su creación; y se verá que hizo el mundo él mismo, que preparó las causas de su fabricación. Aunque digan que los ángeles, o el fabricador del mundo, fueron hechos por el primer Padre a través de una larga sucesión hacia abajo, como dice Basílides, no por eso la causa de las cosas que fueron hechas dejará de recaer en aquel que profirió tal sucesión: como el buen éxito de una guerra se atribuye al rey que preparó lo que fue causa de la victoria, y la fundación de esta ciudad o de esta obra al que preparó las causas para la perfección de lo que se hizo más abajo. Por lo cual no decimos que el hacha corta la madera, o que la sierra sierra, sino que con toda razón diría uno que el que corta y sierra es el hombre, el que hizo para esto el hacha misma y la sierra, y mucho antes todas las herramientas con las que fueron fabricadas el hacha y la sierra. Así, pues, según su propia razón, con justicia se llamará al Padre de todo fabricador de este mundo, y no a los ángeles, ni a ningún otro fabricador del mundo fuera de aquel que profirió y fue la causa primera de la realización de tal preparación.

4. Sit fortasse hic sermo suasorius, sive seductorius apud eos, qui ignorant Deum, et qui hominibus assimilant eum inopibus, et his qui non possunt statim aliquid ex parato fabricare, sed indigentibus multis organis ad eorum fabricationem: non autem verisimilis in totum apud eos, qui sciunt, quoniam nullius indigens omnium Deus, Verbo condidit omnia et fecit, neque Angelis indigens adjutoribus ad ea, quae fiunt; neque Virtute aliqua valde inferiori ab illo, et ignorante Patrem; neque aliqua labe, neque ignorantia, ut is, qui inciperet eum cognoscere, homo fieret: sed ipse in semetipso, secundum id quod est enarrabile, et inexcogitabile nobis, omnia praedestinans fecit quemadmodum voluit; omnibus consonantiam, et ordinem suum, et initium creationis donans; spiritalibus quidem spiritalem et invisibilem, et supercoelestibus coelestem, et Angelis angelicam, et animalibus animalem, et natantibus aquatilem, et terrigenis terrigenam, omnibus aptam qualitatis substantiam: omnia autem quae facta sunt, infatigabili Verbo fecit.

5. Proprium est enim hoc Dei supereminentiae, non indigere aliis organis ad conditionem eorum, quae fiunt: et idoneus est et sufficiens ad formationem omnium proprium ejus Verbum, quemadmodum et Joannes Domini discipulus ait de eo: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. In omnibus autem, est et hic, qui est secundum nos mundus. Et hic ergo a Verbo ejus factus est, sicut Scriptura Geneseos dicit, omnia, quae sunt secundum nos, fecisse Deum per Verbum suum. Similiter autem et David exsequitur: Quoniam ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt. Cui igitur magis credemus de mundi fabricatione, his ne, qui praedicti sunt, haereticis, sic fatua et inconstantia garrientibus; an discipulis Domini, et fideli famulo Dei Moysi, et prophetae? Qui et primo genesim mundi enarravit, dicens: In principio Deus fecit coelum et terram, et deinceps reliqua omnia: sed non dii, neque angeli.

6. Quoniam autem hic Deus est Pater Domini nostri Jesu Christi; et ideo Paulus apostolus dixit: Unus Deus Pater, qui super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. Jam quidem ostendimus unum esse Deum: ex ipsis autem apostolis, et ex Domini sermonibus adhuc ostendemus. Quale enim est, prophetarum, et Domini, et apostolorum relinquentes nos voces, attendere his, nihil sani dicentibus?

Caput III

Valentinianorum Bythum et Pleroma, et Marcionis Deum repugnare. Ab eodem factum esse mundum, a quo mente conceptus; nec fructum esse labis et ignorantiae.

4. Este razonamiento será tal vez persuasivo, o seductor, para los que no conocen a Dios y lo asemejan a hombres necesitados y a los que no pueden fabricar algo al punto con lo que tienen a mano, sino que necesitan muchas herramientas para fabricarlo; pero no es en modo alguno verosímil para los que saben que Dios, que no necesita de ninguna de todas las cosas, creó todas las cosas por el Verbo y las hizo; sin necesitar de ángeles como ayudantes para lo que se hace, ni de algún Poder muy inferior a él e ignorante del Padre, ni de defecto alguno ni de ignorancia, para que llegara a ser hombre el que había de conocerlo; sino que él mismo en sí mismo, de un modo inenarrable e inconcebible para nosotros, predestinando todas las cosas, las hizo como quiso, dando a todas armonía, y su propio orden, y el comienzo de su creación: a las espirituales una sustancia espiritual e invisible, a las supracelestes una celeste, a los ángeles una angélica, a las animales una animal, a las que nadan una acuática, a las nacidas de la tierra una terrestre, a todas una sustancia de cualidad adecuada; y todas las cosas que han sido hechas las hizo por su Verbo infatigable.

5. Porque esto es propio de la supereminencia de Dios: no necesitar de otras herramientas para la creación de las cosas que se hacen; y su propio Verbo es idóneo y suficiente para la formación de todas las cosas, como dice de él también Juan, el discípulo del Señor: Todas las cosas fueron hechas por él, y sin él nada se hizo (Jn 1,3). Y entre todas las cosas está también este mundo, el que es el nuestro. También este, pues, fue hecho por su Verbo, como dice la Escritura del Génesis que Dios hizo por su Verbo todas las cosas que son nuestras. Y del mismo modo prosigue David: Porque él dijo, y fueron hechas; él mandó, y fueron creadas (Sal 33,9; 148,5). ¿A quién, pues, creeremos más acerca de la fabricación del mundo: a estos herejes de los que hemos hablado, que parlotean cosas tan necias e inconsistentes, o a los discípulos del Señor, y a Moisés, fiel siervo de Dios y profeta? Él es quien primero narró el origen del mundo, diciendo: En el principio hizo Dios el cielo y la tierra (Gn 1,1), y luego todo lo demás por orden; pero no dioses, ni ángeles.

6. Y que este Dios es el Padre de nuestro Señor Jesucristo, por eso también lo dijo el apóstol Pablo: Un solo Dios, el Padre, que está sobre todos, y por todas las cosas, y en todos nosotros (Ef 4,6). Ya hemos mostrado que Dios es uno; lo mostraremos todavía por los apóstoles mismos y por las palabras del Señor. Porque ¿qué clase de cosa es dejar las voces de los profetas, y del Señor, y de los apóstoles, para atender a estos, que no dicen nada sano?

Capítulo 3

Que el Bythus y el Pleroma de los valentinianos, y el Dios de Marción, se contradicen. Que el mundo fue hecho por el mismo que lo concibió en la mente, y que no es fruto del defecto y de la ignorancia.

1. Instabilis igitur qui est secundum eos Bythus, id quod est hujus Pleroma, et Marcionis Deus. Si quidem, quemadmodum dicunt, extra se habet subjacens aliquid, quod vacuum et umbram vocant; et vacuum hoc majus Pleromate ipsorum ostenditur. Instabile est autem et hoc dicere, infra se omnia continente eo, ab altero quodam fabricatam esse conditionem. Oportet enim illos necessario vacuum aliquid et informe confiteri, in quo fabricatum est hoc quod est universum, infra spiritale Pleroma; et informe hoc, utrum sciente Propatore, quae in eo futura erant, ex studio sic reliquisse, an ignorante? Et si quidem ignorante, jam non omnium erit praescius Deus. Sed ne quidem causam reddere habebunt, propter quam rem locum hunc temporibus tantis otiosum sic reliquit. Si autem praescius est, et mente contemplatus est eam conditionem, quae in eo loco futura esset; ipse fecit eam, qui etiam praeformavit eam in semetipso.

2. Quiescant igitur dicere, ab alio factum esse mundum: simul enim ac mente cepit Deus, et factum est hoc, quod mente conceperat. Nec enim possibile erat alium quidem mente concipere, alium vero facere, quae ab illo mente concepta fuerant. Sed aut aeternum mundum mente concepit, secundum eos haereticos, Deus, aut temporalem: quae utraque incredibilia. Sed, si quidem aeternum eum mente concepit, et spiritalem, et visibilem; talis et factus fuisset. Si autem talis qualis est, et ipse fecit eum talem, qui talem quidem mente conceperat. Aut in praesentia Patris voluit esse eum secundum mentis conceptionem talem, et compositum, et mutabilem, et transeuntem. Cum autem sit talis, qualem Pater deformaverat apud semetipsum, dignam esse Patris fabricationem. Quod autem a Patre universorum mente conceptum est, et praeformatum sic, quemadmodum et factum est, labis esse dicere fructum, et ignorantiae prolationem, magnae blasphemiae est. Erit enim, secundum illos, Pater omnium secundum suam mentis conceptionem in pectore suo labis emissiones et ignorantiae fructus generans: quae enim mente conceperat, haec et facta sunt.

Caput IV

Vacui et labis haereticorum absurditas demonstratur.

1. Causa igitur quaerenda est hujusmodi dispositionis Dei, sed non fabricatio mundi alteri ascribenda: et ante praeparata omnia dicenda sunt a Deo, ut fierent, quemadmodum et facta sunt, sed non umbra et vacuitas confingenda est. Caeterum, unde vacuitas? quaeretur. Utrum ab omnium Patre et prolatore, secundum eos, et ipsum prolatum, et est aequalis honore, et cognatum reliquis Aeonibus, forte autem et antiquius ipsis? Si autem ab eodem emissum est, simile est ei qui emisit, et his cum quibus emissum est.

1. Inestable es, pues, el Bythus que es según ellos, lo que es el Pleroma de este, y el Dios de Marción. Si en efecto, como dicen, tiene fuera de sí algo que yace debajo, que llaman el vacío y la sombra, entonces este vacío resulta mayor que su Pleroma. Y es inestable también decir que, mientras él contiene todas las cosas dentro de sí, la creación fue fabricada por algún otro. Porque necesariamente han de confesar algo vacío e informe, debajo del Pleroma espiritual, en el que fue fabricado esto que es el universo; y en cuanto a esto informe, ¿lo dejó así el Demiurgo a propósito, sabiendo el Propator lo que había de haber en ello, o sin saberlo? Y si sin saberlo, Dios ya no conocerá de antemano todas las cosas. Ni siquiera podrán dar la razón por la que dejó este lugar tan ocioso durante tantos tiempos. Pero si conoce de antemano, y contempló en la mente la creación que había de haber en aquel lugar, él mismo la hizo, el que también la preformó en sí mismo.

2. Dejen, pues, de decir que el mundo fue hecho por otro; porque en cuanto Dios lo concibió en la mente, fue hecho también lo que había concebido en la mente. Pues no era posible que uno concibiera en la mente, y que otro hiciera lo que había sido concebido en la mente por aquel. Pero o bien Dios, según estos herejes, concibió en la mente un mundo eterno, o bien uno temporal: ambas cosas increíbles. Porque si lo concibió en la mente eterno, y espiritual, y visible, tal habría sido también hecho. Pero si es tal cual es, él mismo lo hizo también tal, el que tal lo había concebido en la mente. O bien quiso que fuera tal en presencia del Padre, según la concepción de la mente: compuesto, y mudable, y pasajero. Y siendo tal como el Padre lo había configurado junto a sí mismo, es una fabricación digna del Padre. Pero decir que lo que fue concebido en la mente por el Padre de todas las cosas, y preformado tal como también fue hecho, es fruto del defecto y prolación de la ignorancia, es una gran blasfemia. Porque, según ellos, el Padre de todo, por la concepción de su mente, estará engendrando en su propio pecho emisiones de defecto y frutos de ignorancia: pues lo que había concebido en la mente, eso también fue hecho.

Capítulo 4

Se demuestra lo absurdo del vacío y del defecto de los herejes.

1. Hay que buscar, pues, la causa de tal disposición de Dios, pero no hay que atribuir a otro la fabricación del mundo; y hay que decir que todas las cosas fueron preparadas de antemano por Dios para que llegaran a ser, tal como también fueron hechas; pero no hay que inventar sombra ni vaciedad. Por lo demás, se preguntará: ¿de dónde la vaciedad? ¿Fue también ello, según ellos, proferido por el Padre de todas las cosas, el que profiere; y es igual en honor y pariente de los demás Eones, y quizá aun más antiguo que ellos? Pero si fue emitido por el mismo, es semejante al que lo emitió, y a aquellos con quienes fue emitido.

Necessitas ergo erit omni modo, et Bythum ipsorum cum Sige vacuo similem esse, hoc est, vacuum esse: et reliquos Aeonas, cum sint vacui fratres, vacuam et substantiam habere. Si autem non est emissum, a se natum est, et a se generatum est, et aequiparans in tempore ei, qui est secundum eos, Bytho omnium Patri; et sic ejusdem naturae, et ejusdem honoris erit vacuum ei, qui est secundum eos, omnium Patri. Oportet enim illum aut emissum esse ab aliquo; aut a se generatum, et a se natum esse. Sed si quidem emissum est vacuum, vacuus et prolator est Valentinus, vacui et sectatores ejus. Si autem non prolatum est, sed a se generatum est; et simile est, et fraternum, et ejusdem honoris id quod est vacuum, ei Patri qui praedictus est a Valentino: antiquius autem et multo ante exsistens, et honorificentius reliquis Aeonibus ipsius Ptolemaei, et Heracleonis, et reliquis omnibus qui eadem opinantur.

2. Si autem aporiati in his confiteantur continere omnia Patrem omnium, et extra Pleroma esse nihil (nam necessitas est omni modo definiri eum, et circumscribi ab aliquo majore): et id quod extra, et quod intus, dicere eos secundum agnitionem et ignorantiam, sed non secundum localem distantiam: in Pleromate autem, vel in his quae continentur a Patre, facta a Demiurgo, aut ab Angelis, quaecunque et facta scimus, contineri ab inenarrabili magnitudine, velut in circulo centrum, aut velut in tunica maculam: primo quidem qualis Bythus erit sustinens in sinu suo maculam fieri; et permittens in suis alterum quemdam condere, vel proferre, praeter suam mentem? Quod quidem indecibilitatem universo Pleromati afferre inciperet, cum posset ab initio abscindere labem, et eas, quae ab eo initium acceperunt, emissiones; neque in ignorantia, neque in passione, neque in labe constitutionem creationis permittere accipere. Qui enim postea emendat labem, et velut maculam emundat labem, multo prius poterat observare, ne quidem initio in suis fieri talem maculam. Vel si initio quidem concessit, quoniam aliter fieri non poterant, quae facta sunt; oportet et semper sic fieri illa. Quae enim initio non possunt emendationem percipere, quemadmodum hanc postea percipient? Aut quemadmodum homines advocari ad perfectum dicunt, cum illa ipsa quae sunt causae, ex quibus facti sunt homines, vel ipse Demiurgus, vel Angeli, in labe dicantur esse? Et si ideo quod benignus sit, in novissimis temporibus misertus est hominum, et perfectum eis dat; illorum primo misereri debuit, qui fuerunt hominis factores, et dare eis perfectum. Sic utique et homines miserationem percepissent, de perfectis perfecti facti. Si enim operis ipsorum misertus est, multo prius illorum misereri debuit, et non sinere in tantum caecitatis venire eos.

Habrá, pues, toda necesidad de que su Bythus, junto con Sige, sea semejante al vacío, es decir, que sea vacío; y de que los demás Eones, siendo hermanos del vacío, tengan también una sustancia vacía. Pero si no fue emitido, nació de sí mismo, y fue engendrado de sí mismo, y es igual en tiempo al que según ellos es Bythus, el Padre de todo; y así el vacío será de la misma naturaleza y del mismo honor que el que según ellos es el Padre de todo. Porque es preciso o que haya sido emitido por alguien, o que haya sido engendrado de sí mismo y nacido de sí mismo. Pero si el vacío fue emitido, vacío es también Valentín, el que lo profiere, y vacíos son sus seguidores. Pero si no fue proferido, sino engendrado de sí mismo, entonces lo que es vacío es semejante, y hermano, y del mismo honor que aquel Padre de quien habló Valentín; pero más antiguo, y existente mucho antes, y más honorable que los demás Eones del mismo Ptolomeo, y de Heracleón, y de todos los demás que opinan lo mismo.

2. Pero si, perplejos en estas cosas, confiesan que el Padre de todo contiene todas las cosas, y que fuera del Pleroma no hay nada (pues es de toda necesidad que él sea delimitado y circunscrito por algo mayor), y que hablan de lo de fuera y lo de dentro según el conocimiento y la ignorancia, y no según la distancia de lugar; y que en el Pleroma, o en lo que es contenido por el Padre, las cosas hechas por el Demiurgo o por los ángeles, cuantas sabemos que han sido hechas, son contenidas por la grandeza inenarrable, como el centro en el círculo, o como una mancha en la túnica: en primer lugar, ¿qué clase de Bythus será el que consiente que se produzca una mancha en su seno, y permite que en lo suyo otro cree, o profiera, contra su mente? Lo cual acarrearía ciertamente indecencia a todo el Pleroma, puesto que él podía cortar desde el principio el defecto y las emisiones que de él tomaron comienzo, y no permitir que la constitución de la creación se hiciera en la ignorancia, ni en la pasión, ni en el defecto. Porque el que después enmienda el defecto, y limpia el defecto como una mancha, mucho antes podía haber cuidado de que ni siquiera al principio se produjera en lo suyo tal mancha. O si al principio lo consintió, porque las cosas que fueron hechas no podían llegar a ser de otro modo, es preciso que lleguen a ser siempre así. Porque las cosas que al principio no pueden recibir enmienda, ¿cómo la recibirán después? ¿O cómo dicen que los hombres son llamados a lo perfecto, cuando se dice que están en el defecto las causas mismas de las que fueron hechos los hombres, el Demiurgo mismo o los ángeles? Y si, por ser benigno, tuvo compasión de los hombres en los últimos tiempos y les da lo perfecto, debió compadecerse primero de los que fueron los hacedores del hombre, y darles a ellos lo perfecto. Así también los hombres habrían recibido sin duda misericordia, hechos perfectos por los perfectos. Porque si tuvo compasión de su obra, mucho antes debió compadecerse de ellos, y no dejar que llegaran a tanta ceguera.

3. Solvetur autem eorum et ille, qui est de umbra et vacuo, sermo, in quibus eam, quae est secundum nos, factam dicunt conditionem, si in his quae continentur a Patre facta sunt haec. Si enim paternum illorum lumen tale opinantur, ut omnia adimplere possit, quae intra eum sunt, et omnia illuminare: quemadmodum vacuum, vel umbra in his, quae a Pleromate et a paterno lumine continentur, poterat esse? Oportet enim eos locum ostendere intra Propatorem, aut intra Pleroma, non illuminatum, nec retentum ab aliquo, in quo aut Angeli, aut Demiurgus fecit quaecunque voluit. Nec enim modicus locus est, in quo tanta et talis conditio facta est. Necessitas erit itaque universa, intra Pleroma, aut intra Patrem ipsorum localiter vacuum aliquid, et informe, et tenebrosum fieri eos, in quo fabricata sunt, quae fabricata sunt. Incusationem quoque recipiet paternum ipsorum lumen, quasi non possit ea, quae intra ipsum sunt, illuminare et implere. Adhuc autem et labis fructus dicentes ea, et erroris operam, labem et errorem inducent intra Pleroma, et in sinum Patris.

Caput V

In iis quae continentur a Patre mundum hunc ab aliis factum non esse.

1. Adversus eos igitur qui dicunt, extra Pleroma, vel sub bono Deo hunc mundum factum, ea quae paulo ante dicta sunt a nobis, apta sunt; et concludentur tales cum Patre suo, ab eo qui est extra Pleroma, in quo etiam et desinere eos necesse est. Adversus eos autem qui dicunt, in his quae continentur a Patre, ab aliis quibusdam factum hunc mundum, omnia, quae nunc dicta sunt, absurda et inconvenientia occurrent; et cogentur aut omnia lucida, et plena, et operosa, ea quae sunt intra Patrem confiteri: aut paternum lumen accusare, quasi qui non possit omnia luminare: aut sicut pars, sic et universum Pleroma ipsorum vacuum, et indispositum, et tenebrosum confitendum. Et reliqua omnia, quaecunque sunt conditionis, accusant, quasi temporalia sint: aut aeterno-choica, aut inaccusabilia esse oportet, cum sint intra Pleroma et in sinu Patris: aut etiam in universum Pleroma similiter venient incusationes; et causa ignorantiae invenitur Christus eorum. Sicut enim dicunt, cum formasset secundum substantiam Matrem ipsorum, foras projecit extra Pleroma, id est, separavit ab agnitione. Ipse igitur in ea ignorantiam fecit, qui separavit eam ab agnitione. Quomodo igitur idem ipse reliquis quidem Aeonibus, iis qui eo anteriores erant, praestare agnitionem poterat; Matri autem ejus causa esse ignorantiae? Extra agnitionem enim fecit eam, extra Pleroma eam projiciens.

3. Se deshará también aquel discurso suyo acerca de la sombra y del vacío, en los que dicen que fue hecha la creación que es la nuestra, si estas cosas fueron hechas en lo que es contenido por el Padre. Porque si piensan que su luz paterna es tal que puede llenar todas las cosas que están dentro de ella e iluminarlo todo, ¿cómo podía haber un vacío o una sombra en lo que es contenido por el Pleroma y por la luz paterna? Porque han de mostrar un lugar dentro del Propator, o dentro del Pleroma, no iluminado ni ocupado por nada, en el que o los ángeles o el Demiurgo hicieran cuanto quisieron. Porque no es pequeño el lugar en el que fue hecha tal y tan grande creación. Habrá, por tanto, toda necesidad de que ellos lleguen a ser localmente, dentro del Pleroma o dentro de su Padre, algo vacío, e informe, y tenebroso, en lo que fueron fabricadas las cosas que fueron fabricadas. También su luz paterna recibirá la acusación de no poder iluminar y llenar lo que está dentro de ella. Y además, al llamar a estas cosas fruto del defecto y obra del error, introducirán el defecto y el error dentro del Pleroma y en el seno del Padre.

Capítulo 5

Que dentro de lo que es contenido por el Padre este mundo no fue hecho por otros.

1. Contra los que dicen, pues, que este mundo fue hecho fuera del Pleroma, o bajo el Dios bueno, vale lo que dijimos poco antes; y tales hombres quedarán encerrados, junto con su Padre, por lo que está fuera del Pleroma, en lo cual también ellos han de terminar necesariamente. Pero contra los que dicen que este mundo fue hecho por ciertos otros dentro de lo que es contenido por el Padre, se alzarán todos los absurdos e inconvenientes que se acaban de decir; y se verán obligados o a confesar que todas las cosas que están dentro del Padre son luminosas, y llenas, y activas; o a acusar a la luz paterna de no poder iluminarlo todo; o a confesar que, como la parte, así todo su Pleroma es vacío, y desordenado, y tenebroso. Y todas las demás cosas, cuantas pertenecen a la creación, las acusan como si fueran temporales: es preciso o que sean eterno-coicas, o que sean irreprochables, puesto que están dentro del Pleroma y en el seno del Padre; o bien las acusaciones recaerán igualmente sobre todo el Pleroma; y su Cristo resulta ser la causa de la ignorancia. Porque, según dicen, después de haber formado a su Madre según la sustancia, la arrojó fuera del Pleroma, es decir, la separó del conocimiento. Él, pues, que la separó del conocimiento, produjo en ella la ignorancia. ¿Cómo, pues, podía el mismo dar el conocimiento a los demás Eones, a los que eran anteriores a él, y en cambio ser para su Madre causa de ignorancia? Porque la puso fuera del conocimiento al arrojarla fuera del Pleroma.

2. Adhuc quoque si secundum agnitionem et ignorantiam, intra Pleroma et extra Pleroma dicunt, sicut quidam ex ipsis dicunt, quoniam qui in agnitione est, intra id est, quod agnoscit; ipsum Salvatorem (quem omnia esse dicunt) in ignorantia fuisse consentire eos necesse est. Dicunt enim eum, cum foras extra Pleroma venisset, formasse Matrem ipsorum. Si igitur id quod est extra, ignorantiam dicunt universorum; exiit autem Salvator ad formationem Matris ipsorum: extra agnitionem universorum factus est, hoc est, in ignorantia. Quomodo igitur illi agnitionem praestare poterat, cum et ipse extra agnitionem esset? Et nos enim, extra agnitionem cum simus ipsorum, extra Pleroma esse dicunt. Et iterum: Si igitur Salvator exivit extra Pleroma ad investigationem perditae ovis, Pleroma autem est agnitio, extra agnitionem factus est, quod est in ignorantia. Aut enim localiter quod est extra Pleroma consentire eos necesse est; et omnia quae praedicta sunt contraria occurrent eis: vel si secundum agnitionem dicunt quod est intus, et ignorantiam quod est extra; Salvator illorum, et multo ante Christus, in ignorantia facti erunt, extra Pleroma egressi ad formationem Matris ipsorum, quod est extra agnitionem.

3. Haec autem adversus omnes, qui quolibet modo vel ab Angelis, vel ab alio quodam, praeter verum Deum, mundum factum esse dicunt, similiter adaptabuntur. Quam enim incusationem faciunt de Demiurgo, et de his, quae facta sunt materialia, et temporalia, recurret in Patrem: siquidem quemadmodum in ventre Pleromatis facta sunt, quae inciperent mox demum dissolvi, secundum concessionem et ad placitum Patris? Jam igitur non est fabricator causa hujus operationis, valde bene putans semetipsum fabricare; sed qui in suis concedit et probat labis prolationes et erroris opera fieri, et in aeternis temporalia, et in incorruptibilibus corruptibilia, et in his quae veritatis sunt, ea quae sunt erroris. Si autem non concedente, neque approbante Patre universorum, facta sunt haec; potentior, et fortior, et dominatior is, qui fecit in iis, quae propria illius sunt, quaecunque ille non concessit. Si autem non approbans concessit Pater ipsorum, quemadmodum quidam dicunt; aut potens prohibere concessit propter necessitatem quamdam, aut non potens. Sed si quidem non poterat, invalidus et infirmus est: si autem potens, seductor, et hypocrita, et necessitatis servus; non consentiens quidem, concedens autem quasi consentiat. Et initio concedens sistere errorem, et crescere illum, in posterioribus temporibus solvere illum conatur, quando jam multi male perierunt propter labem.

2. Además, si hablan de dentro del Pleroma y de fuera del Pleroma según el conocimiento y la ignorancia, como dicen algunos de ellos que el que está en el conocimiento está dentro de aquello que conoce, han de admitir necesariamente que el Salvador mismo (a quien llaman el Todo) estuvo en la ignorancia. Porque dicen que formó a su Madre cuando salió fuera del Pleroma. Si, pues, a lo que está fuera lo llaman la ignorancia de todas las cosas, y el Salvador salió para formar a su Madre, llegó a estar fuera del conocimiento de todas las cosas, es decir, en la ignorancia. ¿Cómo, pues, podía darle a ella el conocimiento, cuando él mismo estaba fuera del conocimiento? Porque dicen que también nosotros, estando fuera de su conocimiento, estamos fuera del Pleroma. Y otra vez: si, pues, el Salvador salió fuera del Pleroma en busca de la oveja perdida, y el Pleroma es el conocimiento, llegó a estar fuera del conocimiento, es decir, en la ignorancia. Porque o bien han de admitir que lo que está fuera del Pleroma lo está localmente, y les saldrán al paso todas las contradicciones antes dichas; o bien, si llaman conocimiento a lo que está dentro e ignorancia a lo que está fuera, su Salvador, y mucho antes Cristo, habrán llegado a estar en la ignorancia, al salir fuera del Pleroma para formar a su Madre, lo cual está fuera del conocimiento.

3. Estas cosas se adaptarán igualmente contra todos los que dicen, de cualquier modo, que el mundo fue hecho o por ángeles o por algún otro fuera del Dios verdadero. Porque la acusación que hacen acerca del Demiurgo, y acerca de las cosas que fueron hechas materiales y temporales, recaerá sobre el Padre: puesto que ¿cómo fueron hechas en el seno del Pleroma cosas que pronto habían de disolverse, con la concesión y según el beneplácito del Padre? Ya no es, pues, el fabricador la causa de esta operación, aunque está muy persuadido de que es él mismo quien fabrica; sino el que en lo suyo concede y aprueba que se produzcan prolaciones del defecto y obras del error: en las cosas eternas, las temporales, y en las incorruptibles, las corruptibles, y en las que son de la verdad, las que son del error. Pero si estas cosas fueron hechas sin concederlas ni aprobarlas el Padre de todas las cosas, entonces es más poderoso, y más fuerte, y más señor el que hizo, en lo que es propio de aquel, cuanto aquel no concedió. Pero si su Padre lo concedió sin aprobarlo, como dicen algunos, o lo concedió por alguna necesidad pudiendo impedirlo, o no pudiendo. Pero si no podía, es impotente y débil; si podía, es un seductor, y un hipócrita, y un esclavo de la necesidad: que no consiente, ciertamente, pero concede como si consintiera. Y habiendo concedido al principio que el error se estableciera y creciera, en los tiempos posteriores intenta deshacerlo, cuando ya muchos han perecido miserablemente a causa del defecto.

4. Non decet autem eum qui super omnia sit Deus, cum sit liber et suae potestatis, necessitati servisse dicere, ut sit aliquid secundum concessionem praeter sententiam ejus: alioquin necessitatem majorem et dominatiorem facient quam Deum, quando id quod magis potest, antiquius sit omnibus. Et statim in principio causas abscidere necessitatis debuit, et non concludere semetipsum ad habendam necessitatem, concedendo aliquid praeterquam deceat eum. Multo enim melius, et consequentius, et magis deificum erat, ut in principio initium exciderat hujusmodi necessitatis, quam postea, quasi de poenitentia, conaretur tantam fructificationem necessitatis eradicare. Et si necessitati serviens erit Pater universorum, et sub fatum cadet moleste ferens in his quae fiunt, praeter necessitatem autem et fatum nihil agere possit (similiter atque Homericus Jupiter, qui per necessitatem dicit: Et ego enim tibi dedi velut volens, nolente animo): secundum igitur hanc rationem necessitatis et fati invenietur servus Bythus ipsorum.

Caput VI

Ab Angelis, aut a mundi fabricatore supremum Deum ignorari non potuisse.

1. Quomodo autem et ignorabant vel Angeli, aut mundi fabricator, primum Deum, quando in ejus propriis essent, et creaturae exsisterent ejus, et continerentur ab ipso? Invisibilis quidem poterat eis esse, propter eminentiam; ignotus autem nequaquam, propter providentiam. Etenim licet valde per descensionem multum separati essent ab eo, quomodo dicunt; sed tamen dominio in omnes extenso, oportuit cognoscere dominantem ipsorum, et hoc ipsum scire, quoniam qui creavit eos, est Dominus omnium. Invisibile enim ejus cum sit potens, magnam mentis intuitionem et sensibilitatem omnibus praestat potentissimae et omnipotentis eminentiae. Unde etiamsi nemo cognoscit Patrem, nisi Filius, neque Filium, nisi Pater, et quibus Filius revelaverit; tamen hoc ipsum omnia cognoscunt, quando ratio mentibus infixa moveat ea, et revelet eis, quoniam est unus Deus, omnium Dominus.

2. Et propter hoc Altissimi et Omnipotentis appellationi omnia subjecta sunt: et hujus invocatione etiam ante adventum Domini nostri salvabantur homines et a spiritibus nequissimis, et a daemoniis universis, et ab apostasia universa: non quasi vidissent eum terreni spiritus, aut daemones, sed cum scirent quoniam est, qui est super omnia Deus, cujus et invocationem tremebant, et tremit universa creatura, et Principatus, et Potentia, et omnis subjecta Virtus.

4. No es digno decir de aquel que es Dios sobre todas las cosas, siendo libre y de su propia potestad, que sirvió a la necesidad, de modo que algo existiera por concesión contra su juicio; de lo contrario, harán a la necesidad mayor y más señora que Dios, puesto que lo que más puede sería más antiguo que todas las cosas. Y debió cortar enseguida, al principio, las causas de la necesidad, y no encerrarse a sí mismo en tener necesidad, concediendo algo fuera de lo que le conviene. Porque era mucho mejor, y más consecuente, y más digno de Dios, cortar al principio el comienzo de tal necesidad, que intentar después, como por penitencia, arrancar de raíz tan grande cosecha de necesidad. Y si el Padre de todas las cosas ha de servir a la necesidad, y ha de caer bajo el hado, llevando a mal las cosas que suceden, y no puede hacer nada fuera de la necesidad y del hado (igual que el Júpiter de Homero, que dice por necesidad: «Pues también yo te lo di como queriendo, con ánimo que no quería»), entonces, según esta razón de la necesidad y del hado, su Bythus resultará esclavo.

Capítulo 6

Que el Dios supremo no pudo ser desconocido para los ángeles ni para el fabricador del mundo.

1. ¿Y cómo ignoraban al primer Dios los ángeles, o el fabricador del mundo, cuando estaban en sus dominios, y eran criaturas suyas, y eran contenidos por él? Invisible para ellos podía serlo ciertamente, por su eminencia; pero desconocido de ningún modo, por su providencia. Porque aunque por su descenso estuvieran muy separados de él, según dicen, sin embargo, extendiéndose su dominio sobre todos, debieron conocer a quien los domina, y saber esto mismo: que el que los creó es el Señor de todas las cosas. Porque lo invisible de él, siendo poderoso, concede a todos una gran intuición de la mente y percepción de su poderosísima y omnipotente eminencia. Por eso, aunque nadie conoce al Padre sino el Hijo, ni al Hijo sino el Padre, y aquellos a quienes el Hijo lo haya revelado (Mt 11,27; Lc 10,22), con todo, todas las cosas conocen esto mismo, cuando la razón, implantada en las mentes, las mueve y les revela que hay un solo Dios, Señor de todas las cosas.

2. Y por esto todas las cosas están sometidas al nombre del Altísimo y Omnipotente; y por la invocación de él, aun antes de la venida de nuestro Señor, se salvaban los hombres de los espíritus perversísimos, y de todos los demonios, y de toda apostasía: no como si los espíritus terrenos o los demonios lo hubieran visto, sino porque sabían que existe el Dios que está sobre todas las cosas, ante cuya invocación temblaban, y tiembla toda la creación, y el principado, y la potencia, y toda virtud sometida.

Aut nunquid hi, qui sub Romanorum imperio sunt, quamvis nunquam viderint Imperatorem, sed valde et per terram, et per mare separati ab eo, cognoscent, propter dominium, eum qui maximam potestatem habet principatus; qui autem super nos erant Angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent Omnipotentem, quando jam et muta animalia tremant et cedant tali invocationi? Et utique non viderunt eum, tamen Domini nostri nomini subjecta sunt omnia: sic et ejus qui omnia fecit et condidit vocabulo, cum alter non sit, quam ipse qui mundum fecit. Et propter hoc Judaei usque nunc hac ipsa adfatione daemonas effugant, quando omnia timeant invocationem ejus qui fecit ea.

3. Si itaque mutis animalibus irrationabiliores noluerint Angelos esse, invenient quoniam oportebat, licet non vidissent hi eum, qui super omnia Deus est, uti cognoscerent potentatum et dominium ejus. Ridiculum enim vere apparebit, si se quidem, qui super terram sunt, cognoscere dicunt eum, qui super omnia est Deus, quem nunquam viderunt; ei autem qui eos fecit, et universum mundum, secundum eos, non permittant, cum sit in summis et super coelos, cognoscere ea, quae ipsi, cum sint in humilibus, sciunt. Nisi forte sub terra in Tartaro esse Bythum suum dicunt: quapropter et primos se cognovisse eum, quam hi qui in altitudine habitarent Angeli; in tantam amentiam venientes, uti dementem pronuntient mundi fabricatorem: quorum vere quidem est misereri, cum in tanta dementia dicant, neque Matrem agnovisse eum neque semen ejus, neque Pleroma Aeonum, neque Propatorem, neque quid essent quae fabricavit; esse autem imagines eorum, quae intra Pleroma sunt, latenter Salvatore operato sic fieri in honorem eorum, qui sursum sunt.

Caput VII

Res creatas imagines non esse Aeonum, qui sursum sunt intra Pleroma.

1. Ignorante itaque Demiurgo universa, Salvatorem dicunt honorasse Pleroma in conditione per Matrem, similitudines et imagines eorum, quae sursum sunt, emittentem. Sed quoniam quidem impossibile erat, extra Pleroma esse aliquid, in quo imagines dicunt factas esse eorum, qui sunt intra Pleroma, vel ab alio quodam praeter primum Deum fabricari hunc mundum, ostendimus.

¿O es que los que están bajo el imperio de los romanos, aunque nunca hayan visto al Emperador, sino que están muy separados de él por tierra y por mar, conocerán, a causa de su dominio, al que tiene la máxima potestad del gobierno; y los ángeles que estaban por encima de nosotros, o aquel a quien llaman fabricador del mundo, no conocerán al Omnipotente, cuando aun los animales mudos tiemblan y ceden ante tal invocación? Y aunque no lo han visto, sin embargo todas las cosas están sometidas al nombre de nuestro Señor: así también al nombre de aquel que hizo y creó todas las cosas, puesto que no es otro que el mismo que hizo el mundo. Y por esto los judíos, hasta hoy, ahuyentan a los demonios con esta misma fórmula, puesto que todas las cosas temen la invocación de aquel que las hizo.

3. Si, pues, no quieren que los ángeles sean más irracionales que los animales mudos, hallarán que, aunque estos no hubieran visto al Dios que está sobre todas las cosas, debían conocer su poderío y su dominio. Porque resultará verdaderamente ridículo que digan que ellos, que están sobre la tierra, conocen al Dios que está sobre todas las cosas, a quien nunca han visto, y que no permitan a aquel que, según ellos, los hizo a ellos y a todo el mundo, estando en las alturas y por encima de los cielos, conocer lo que ellos mismos saben, estando en los lugares bajos. A no ser que digan que su Bythus está bajo la tierra, en el Tártaro, y que por eso lo conocieron ellos antes que los ángeles que habitaban en lo alto; llegando a tal locura que declaran demente al fabricador del mundo: de los cuales hay que tener verdaderamente compasión, puesto que en tan gran demencia dicen que él no conoció ni a la Madre ni a su simiente, ni el Pleroma de los Eones, ni al Propator, ni qué eran las cosas que fabricó; sino que estas son imágenes de las cosas que están dentro del Pleroma, obrando el Salvador ocultamente que así fueran hechas en honor de los que están arriba.

Capítulo 7

Que las cosas creadas no son imágenes de los Eones que están arriba, dentro del Pleroma.

1. Ignorándolo todo, pues, el Demiurgo, dicen que el Salvador honró al Pleroma en la creación por medio de la Madre, emitiendo semejanzas e imágenes de las cosas que están arriba. Pero que era imposible que hubiera algo fuera del Pleroma, en lo cual dicen que fueron hechas las imágenes de los que están dentro del Pleroma, o que este mundo fuera fabricado por algún otro fuera del primer Dios, lo hemos mostrado.

Si autem suave est undique evertere eos, et mendaces arguere, dicemus adversus eos, quoniam, si in honorem eorum quae sursum sunt, facta sunt haec secundum illorum imaginem a Salvatore, semper ea oportet perseverare, uti et semper sint in honore, quae sunt honorata. Si autem transeunt, quae utilitas hujus brevissimi temporis honoris, qui aliquando quidem non fuit, rursus autem non erit? Vanae igitur gloriae appetitor magis (erit) Salvator, quam honorans quae sunt sursum arguitur a nobis. Quis enim honor est aeternorum eorum quae semper sunt, ea quae sunt temporalia; eorum quae stant, ea quae praetereunt; incorruptibilium, corruptibilia? Quandoquidem et apud homines, qui sunt temporales, nulla gratia est ejus honoris, qui celeriter praeterit: sed ejus qui in plurimum, quantum potest, perseverat. Quae autem statim ut facta sunt exterminantur, in contumeliam magis eorum, qui putantur honorari, facta esse juste dicentur: et contumeliose tractari id quod est aeternum, corrupta ejus et soluta imagine. Quid autem, si non plorasset, et risisset, et aporiata esset Mater ipsorum; non habuisset Salvator per quae honoraret plenitudinem, extremae confusionis non habentis propriam substantiam, per quam honoraret Propatorem?

2. O vanae gloriae honor, qui statim praeterit, et jam non apparet! Erit aliquis Aeon, in quo in totum talis honor fuisse non reputabitur, et inhonorata erunt tunc quae sunt sursum: aut aliam iterum necesse erit Matrem emittere plorantem, et aporiatam, in honorem Pleromatis. O indissimilis, simul autem et blasphemae imaginis! Imaginem mihi dicitis emissam a mundi fabricatore Unigeniti; et Nun vultis esse Patris universorum: et imaginem hanc ignorare quidem semetipsam, ignorare autem et conditionem, ignorare autem et Matrem, et omne quodcunque est eorum quae sunt, et eorum quae ab eo facta sunt: et non erubescitis adversus vos ipsos, ignorantiam inducentes usque ad ipsum Monogenen? Si enim secundum similitudinem eorum, quae sunt sursum, a Salvatore facta sunt haec, ignorante eo tanta, qui secundum similitudinem factus est; necesse est et circa eum, et secundum eum, ad cujus similitudinem factus est is qui ignorat, hujusmodi ignorantiam exsistere spiritaliter. Non enim possibile est, cum sint utrique spiritaliter emissi, neque plasmati, neque compositi, in quibusdam quidem similitudinem servasse, in quibusdam vero depravasse imaginem similitudinis, quae in hoc sit emissa, ut sit secundum similitudinem ejus, quae sursum est, emissionis. Quod si non est similis, Salvatoris erit incusatio, qui dissimilem emisit imaginem, quasi reprobabilis artifex. Nec enim dicere possunt, quasi non haberet potestatem emissionis Salvator, quem Omnia esse dicunt. Si igitur dissimilis est imago, malus est artifex, et est culpa Salvatoris, secundum eos. Si autem similis est, eadem ignorantia invenietur circa Nun Propatoris ipsorum, hoc est, Monogenen: et ignoravit quidem semetipsum Nus Patris, ignoravit autem et Patrem, ignoravit autem et ea quae ab eo facta sunt.

Pero si es grato derrocarlos por todas partes y convencerlos de mentirosos, diremos contra ellos que, si estas cosas fueron hechas por el Salvador según la imagen de aquellas, en honor de las que están arriba, es preciso que perduren siempre, para que siempre estén en honor las que fueron honradas. Pero si pasan, ¿qué utilidad tiene este honor de un tiempo tan brevísimo, que en otro tiempo no existió y de nuevo no existirá? El Salvador, pues, queda convencido por nosotros de ser más bien un buscador de vanagloria que alguien que honra a las cosas que están arriba. Porque ¿qué honor son las cosas temporales para las eternas que siempre existen; las que pasan para las que permanecen; las corruptibles para las incorruptibles? Pues aun entre los hombres, que son temporales, no se agradece el honor que pasa rápidamente, sino el que perdura cuanto puede. Y de las cosas que son destruidas apenas hechas se dirá con justicia que fueron hechas más bien para afrenta de los que se piensa que son honrados; y que lo que es eterno es tratado con afrenta cuando su imagen se corrompe y se disuelve. ¿Y qué, si su Madre no hubiera llorado, ni reído, ni estado perpleja? ¿No habría tenido el Salvador con qué honrar a la Plenitud, puesto que su extrema confusión no tenía sustancia propia por la cual honrar al Propator?

2. ¡Oh honor de vanagloria, que pasa al instante y ya no aparece! Habrá algún Eón en quien se considerará que tal honor no existió en absoluto, y entonces quedarán sin honor las cosas que están arriba; o será necesario emitir de nuevo otra Madre que llore y esté perpleja, en honor del Pleroma. ¡Oh imagen no desemejante, y al mismo tiempo blasfema! Me decís que la imagen del Unigénito fue emitida por el fabricador del mundo, y queréis que sea la del Nus del Padre de todas las cosas; y que esta imagen se ignora a sí misma, e ignora la creación, e ignora a la Madre, y todo cuanto hay de las cosas que existen y de las que por él fueron hechas: ¿y no os avergonzáis ante vosotros mismos, llevando la ignorancia hasta el mismo Monogenes? Porque si estas cosas fueron hechas por el Salvador según la semejanza de las que están arriba, ignorando tantas cosas el que fue hecho según la semejanza, es necesario que tal ignorancia exista espiritualmente también respecto de aquel y conforme a aquel a cuya semejanza fue hecho el que ignora. Porque no es posible, habiendo sido ambos emitidos espiritualmente, sin ser plasmados ni compuestos, que en unas cosas haya conservado la semejanza y en otras haya corrompido la imagen de la semejanza, la cual fue emitida para esto: para ser según la semejanza de la emisión que está arriba. Y si no es semejante, la acusación recaerá sobre el Salvador, que emitió una imagen desemejante, como un artífice reprobable. Pues no pueden decir que el Salvador, a quien llaman el Todo, no tuviera la potestad de emisión. Si, pues, la imagen es desemejante, el artífice es malo, y la culpa es del Salvador, según ellos. Pero si es semejante, la misma ignorancia se hallará respecto del Nus de su Propator, es decir, Monogenes: y el Nus del Padre se ignoró a sí mismo, e ignoró al Padre, e ignoró las cosas que por él fueron hechas.

Si autem cognoscit ille; et eum, qui ad similitudinem ejus factus est a Salvatore, necesse est cognoscere quae sunt similia: et soluta est ipsorum, secundum suam regulam, maxima blasphemia.

3. Et sine hoc autem, quonam modo ea quae sunt creaturae, sic varia et multa, et innumerabilia, eorum Aeonum, qui sunt intra Pleroma triginta imagines esse possunt, quorum et nomina quae sint, secundum quod dicunt, in eo qui est ante hunc libro posuimus? Et non tantum universae creaturae varietatem, sed ne quidem partis alicujus aut coelestium, aut superterrestrium, aut aquatilium poterunt adaptare Pleromatis ipsorum parvitati. Quoniam enim Pleroma ipsorum triginta Aeones sunt, ipsi testantur: quoniam autem in una parte eorum quae dicta sunt, non triginta sed multa millia specierum esse annumerantes eos, ostendere omnis quicunque confitebitur. Quomodo igitur ea, quae tam multae sunt conditionis, et contrariis subsistentia, et repugnantia invicem, et interficientia alia alia, imagines et similitudines esse possunt triginta Aeonum Pleromati; siquidem unius naturae, quemadmodum dicunt, ex aequali et simili exsistant, et nullam habeant differentiam? Oportebat autem, si haec illorum imagines sunt, quemadmodum natura nequam homines dicunt quosdam, et natura rursus bonos, et Aeonum ipsorum ostendere tales differentias, et quosdam quidem ex ipsis natura bonos dicere emissos, quosdam autem natura malos, ut imaginis illorum adinventio congruens esset Aeonibus. Adhuc autem quoniam in mundo altera quidem sunt mansueta, altera vero fera, et quaedam quidem non nocentia, quaedam nocentia, et reliquorum corrumpentia; et quaedam quidem superterrestria, quaedam aquatilia, quaedam volatilia, quaedam coelestia: similiter et Aeonas ostendere debent tales habere affectiones, si quidem haec illorum imagines sunt. Et ignis autem aeternus, quem praeparavit Pater diabolo et angelis ejus, cujus eorum, qui sunt sursum Aeones, imago sit, interpretari debent: et ipse enim in conditione numeratur.

4. Si autem excogitationis ejus, qui passus est, Aeonis dicent imagines haec esse, primum quidem impie agent adversus Matrem suam, malarum et corruptibilium imaginum initiatricem esse eam dicentes. Deinde autem ea quae sunt multa, et dissimilia, et contraria natura, quonam modo unius et ejusdem imagines erunt? Et si Pleromatis Angelos multos esse dicent, et horum illa quae sunt multa imagines esse; nec sic eis constabit ratio. Primo enim differentias Pleromatis Angelorum contrarias invicem debent ostendere, quemadmodum et subjacentes imagines contrariae naturae invicem sunt. Deinde autem cum sint multi et innumerabiles circa factorem Angeli, quemadmodum omnes confitentur prophetae, dena millia denum millium assistere ei, et multa millia millium ministrare ei; et secundum eos, Pleromatis Angeli Angelos factoris imagines habebunt, et manet conditio integra in imagine Pleromatis, jam non consequentibus triginta Aeonis in multiformem conditionis varietatem.

Pero si aquel conoce, también el que fue hecho a su semejanza por el Salvador ha de conocer necesariamente las cosas semejantes; y queda deshecha, según su propia regla, la mayor blasfemia de ellos.

3. Y aun sin esto, ¿de qué modo pueden las cosas de la creación, tan variadas y numerosas e innumerables, ser imágenes de los treinta Eones que están dentro del Pleroma, cuyos nombres, tal como ellos los dan, pusimos en el libro anterior a este? Y no solo la variedad de la creación entera, sino ni siquiera la de alguna parte de ella, sea de las cosas celestes, sea de las que están sobre la tierra, sea de las acuáticas, podrán adaptar a la pequeñez de su Pleroma. Porque que su Pleroma son treinta Eones, ellos mismos lo atestiguan; y que en una sola parte de las cosas dichas hay no treinta sino muchos millares de especies, cualquiera que las enumere confesará que puede mostrarse. ¿Cómo, pues, pueden las cosas de tan múltiple creación, que subsisten de contrarios, y se combaten entre sí, y se matan unas a otras, ser imágenes y semejanzas de los treinta Eones para el Pleroma, si en verdad estos, como dicen, son de una sola naturaleza, hechos de lo igual y semejante, y no tienen diferencia alguna? Pero si estas cosas son imágenes de aquellos, así como dicen que algunos hombres son malos por naturaleza y otros, a su vez, buenos por naturaleza, debieron mostrar también tales diferencias entre los Eones mismos, y decir que algunos de ellos fueron emitidos buenos por naturaleza y otros malos por naturaleza, para que su invención de la imagen se ajustara a los Eones. Además, puesto que en el mundo unas cosas son mansas y otras fieras, unas inofensivas, otras dañinas y destructoras de las demás; unas sobre la tierra, otras acuáticas, otras volátiles, otras celestes: deben mostrar igualmente que los Eones tienen tales afecciones, si en verdad estas cosas son imágenes de aquellos. Y deben explicar también de cuál de los Eones que están arriba es imagen el fuego eterno que el Padre preparó para el diablo y sus ángeles (Mt 25,41): porque también él se cuenta en la creación.

4. Pero si dicen que estas cosas son imágenes de la Excogitación de aquel Eón que padeció, en primer lugar obrarán impíamente contra su Madre, diciendo que ella es iniciadora de imágenes malas y corruptibles. Y luego, ¿de qué modo cosas que son muchas, y desemejantes, y contrarias por naturaleza serán imágenes de uno y el mismo? Y si dicen que los ángeles del Pleroma son muchos, y que las cosas que son muchas son imágenes de ellos, ni aun así se sostendrá su razonamiento. Porque primero deben mostrar que las diferencias de los ángeles del Pleroma son contrarias entre sí, como también las imágenes que están debajo son de naturaleza contraria entre sí. Y luego, puesto que los ángeles en torno al Hacedor son muchos e innumerables, como confiesan todos los profetas, que diez millares de diez millares están en pie ante él, y muchos millares de millares le sirven (Dan 7,10), según ellos los ángeles del Pleroma tendrán por imágenes a los ángeles del Hacedor, y la creación permanece entera en la imagen del Pleroma, sin corresponder ya los treinta Eones a la múltiple variedad de la creación.

5. Adhuc etiam, si secundum similitudinem haec illorum facta sunt, illa rursus ad quorum similitudinem erunt facta? Si enim mundi fabricator non a semetipso fecit haec, sed quemadmodum nullius momenti artifex, et quasi primum discens puer, de alienis archetypis transtulit; Bythus ipsorum unde habuit species ejus, quam primum emisit, dispositionis? Consequens est igitur, illum ab altero quodam, qui super eum est, exemplum accepisse; et illum rursus ab altero. Et nihilominus in immensum excidet de imaginibus sermo, quemadmodum et de diis, si non fixerimus sensum in unum artificem, ut in unum Deum, qui a semetipso fecit ea quae facta sunt. Aut de hominibus quidem aliquis permittit, a semetipsis utile aliquid ad vitam adinvenisse: ei autem Deo qui mundum consummavit, non permittit a semetipso fecisse speciem eorum quae facta sunt, et adinventionem ornatae dispositionis?

6. Unde autem et haec illorum imagines, cum sint illis contraria, et in nullo possint eis communicare? Quae enim sunt contraria, eorum quorum sunt contraria esse quidem possunt exitiosa; imagines vero nullo modo: quemadmodum aqua igni, et rursus lumen tenebris, et alia tanta, nequaquam erunt invicem imagines. Sic nec ea quae sunt corruptibilia, et terrena, et composita, et praetereuntia, eorum, quae secundum eos sunt, spiritalium imagines erunt: nisi et ipsa composita, et in circumscriptione, et in figuratione confiteantur esse, et non jam spiritalia, et effusa, et locupletia, et incomprehensibilia. Necesse est enim ea in figuratione esse, et circumscriptione, ut sint imagines verae: et absolutum est ea non esse spiritalia. Si autem illa spiritalia, et effusa, et incomprehensibilia dicunt; quomodo possunt, quae sunt in figura, et in circumscriptione, imagines illorum esse, qui sunt sine figuratione et incomprehensibiles?

7. Si autem [non] secundum figurationem, nec secundum formationem, sed secundum numerum et ordinem emissionis imagines ea dicent esse; primo quidem non essent imagines dicenda haec et similitudines eorum, qui sursum sunt Aeonum. Quae enim nec habitum, nec figuram illorum habent, quemadmodum imagines sunt ipsorum? Post deinde, et numeros, et emissiones superiorum Aeonum, eosdem et similes ad eos, qui sunt conditionis, adaptent. Nunc autem triginta ostendentes Aeones, et tantam multitudinem eorum, quae sunt in conditione, imagines eorum qui sunt triginta dicentes, juste ut insensati arguentur a nobis.

Caput VIII

Quam abhorreat a verosimili res creatas esse umbram Pleromatis.

5. Más aún: si estas cosas fueron hechas según la semejanza de aquellas, ¿según la semejanza de cuáles habrán sido hechas, a su vez, aquellas? Porque si el fabricador del mundo no hizo estas cosas por sí mismo, sino que, como un artífice de ninguna valía y como un niño que empieza a aprender, las trasladó de arquetipos ajenos, ¿de dónde tomó su Bythus la forma de la disposición que emitió primero? Se sigue, pues, que él recibió el modelo de algún otro que está por encima de él, y aquel a su vez de otro. Y no por eso dejará el discurso sobre las imágenes de caer en lo inmenso, como también el de los dioses, si no fijamos nuestro entendimiento en un solo artífice, como en un solo Dios, que por sí mismo hizo las cosas que fueron hechas. ¿O es que uno concede a los hombres haber inventado por sí mismos algo útil para la vida, y no concede al Dios que acabó el mundo haber hecho por sí mismo la forma de las cosas que fueron hechas, y el invento de su ordenada disposición?

6. ¿Y cómo pueden estas cosas ser imágenes de aquellas, siendo contrarias a ellas y no pudiendo comunicar con ellas en nada? Porque las cosas que son contrarias pueden, ciertamente, ser destructoras de aquellas a las que son contrarias, pero imágenes de ningún modo: como el agua y el fuego, y a su vez la luz y las tinieblas, y tantas otras cosas, nunca serán imágenes unas de otras. Así tampoco las cosas que son corruptibles, y terrenas, y compuestas, y pasajeras serán imágenes de las que, según ellos, son espirituales; a no ser que confiesen que también estas son compuestas, y están en circunscripción y en figuración, y ya no son espirituales, ni difusas, ni copiosas, ni incomprensibles. Porque es necesario que estén en figuración y en circunscripción para ser imágenes verdaderas; y es claro que no son espirituales. Pero si dicen que aquellas son espirituales, y difusas, e incomprensibles, ¿cómo pueden las cosas que están en figura y en circunscripción ser imágenes de los que están sin figuración y son incomprensibles?

7. Pero si dicen que estas cosas son imágenes [no] según la figuración, ni según la formación, sino según el número y el orden de la emisión, en primer lugar no deberían llamarse imágenes y semejanzas de los Eones que están arriba. Porque las cosas que no tienen ni su porte ni su figura, ¿cómo son imágenes de ellos? Después, que acomoden los números y las emisiones de los Eones superiores, idénticos y semejantes, a las cosas de la creación. Pero ahora, mostrando treinta Eones, y llamando a tan gran multitud de cosas que hay en la creación imágenes de los treinta, con justicia quedan convencidos por nosotros de insensatos.

Capítulo 8

Cuán lejos de lo verosímil está que las cosas creadas sean la sombra del Pleroma.

1. Si autem haec illorum umbram dicent esse, quemadmodum quidam ipsorum audent dicere, ut secundum hoc imagines esse, necesse erit et corpora ipsos ea, quae sunt sursum, confiteri. Ea enim, quae sursum sunt, corpora, umbram faciunt; non autem jam spiritalia, quandoquidem nulli obscurare possunt. Si autem et demus illis hoc, quod quidem est impossibile, eorum quae sunt spiritalia et lucida umbram esse, in quam Matrem suam descendisse dicunt: tamen cum illa sint aeterna, et ea quae ex ipsis efficitur umbra sempiterna perseverat, et non jam transeunt haec, sed perseverant cum his, quae se adumbrant. Si autem haec transeunt, et illa necesse est, quorum haec sunt umbra, transire: illis autem perseverantibus, perseverat et umbra ipsorum.

2. Si autem non secundum id quod obumbretur, dicent eam umbram esse, sed secundum id quod multo ab illis separata sint; paterni luminis ipsorum pusillitatem et infirmitatem accusabunt, quasi non attingat usque ad haec, sed deficiat adimplere id quod est vacuum, et dissolvere umbram, et hoc quando nemo sit impedimento. In caliginem enim convertetur, secundum eos, et obcaecabitur paternum lumen eorum, et deficiet in his quae sunt vacuitatis locis, cum minime possit adimplere omnia. Non igitur jam dicant Pleroma esse omnium Bythum ipsorum, siquidem id quod est vacuum et umbra, neque adimplevit, neque illuminavit: aut iterum umbram et vacuum praetermittant; siquidem adimplet omnia paternum ipsorum lumen.

3. Neque igitur extra primum Patrem, id est, qui super omnia est Deus, aut Pleroma aliquid esse potest, in quod Enthymesin passi Aeonis descendisse dicunt, ut non definiatur et circumscribatur ab eo qui est extra, et contineatur ipsum Pleroma, vel primus Deus: neque vacuum esse, aut umbram capiet, cum jam ante sit Pater, uti ne deficiat lumen ejus, et definiatur in vacuum. Irrationale est autem et impium adinvenire locum in quo cessat et finem habet, qui est secundum eos Propator, et Proarche, et omnium Pater, et hujus Pleromatis. Nec rursus in Patris sinu alterum quemdam dicere tantam fabricasse conditionem fas est, vel consentiente, vel non consentiente eo, propter praedictas causas. Impium est enim similiter et demens dicere, tantam conditionem ab Angelis, aut ab emissione quadam ignorante verum Deum, in his quae sunt ipsius, fabricasse: neque infra Pleroma ipsorum, cum sit universum spiritale, ea quae sunt terrena et choica possibile facta esse: sed ne quidem secundum illorum imaginem, cum dicuntur pauci, et similis formationis et unum esse, possibile est, et quae sunt multae conditionis, et contraria invicem facta esse. Falsus autem apparuit, et qui est de umbra cenomatis, id est, vacui, ipsorum sermo, secundum omnia. Itaque vacuum ostensum est figmentum eorum, et inconstans doctrina: vacui autem et hi qui attendunt eis, vere in profundum perditionis descendentes.

Caput IX

1. Pero si dicen que estas cosas son la sombra de aquellas, como algunos de ellos se atreven a decir, de modo que en este sentido son imágenes, será necesario que confiesen que también las cosas de arriba son cuerpos. Porque las cosas que están arriba hacen sombra como cuerpos, pero ya no como cosas espirituales, puesto que estas no pueden oscurecer nada. Pero aun si les concedemos esto, que es imposible, que hay una sombra de las cosas que son espirituales y luminosas, en la cual dicen que descendió su Madre: sin embargo, siendo aquellas eternas, también la sombra que de ellas se produce perdura para siempre, y estas cosas ya no pasan, sino que perduran con las que las sombrean. Pero si estas pasan, es necesario que pasen también aquellas de las que estas son sombra; y si aquellas perduran, perdura también su sombra.

2. Pero si dicen que es sombra no en cuanto es sombreada, sino en cuanto estas cosas están muy separadas de aquellas, acusarán de pequeñez y debilidad a su luz paterna, como si no llegara hasta estas cosas, sino que no alcanzara a llenar lo que está vacío y a disolver la sombra, y esto sin que nada se lo impida. Porque, según ellos, su luz paterna se convertirá en oscuridad y se cegará, y desfallecerá en los lugares de la vaciedad, puesto que de ningún modo puede llenarlo todo. Que no digan ya, pues, que su Bythus es el Pleroma de todas las cosas, puesto que no llenó ni iluminó lo que es vacío y sombra; o bien que renuncien a la sombra y al vacío, puesto que su luz paterna lo llena todo.

3. No puede, pues, haber nada fuera del primer Padre, es decir, del Dios que está sobre todas las cosas, o fuera del Pleroma, en lo cual dicen que descendió la Enthymesis del Eón que padeció, sin que el Pleroma mismo, o el primer Dios, quede delimitado y circunscrito por lo que está fuera, y contenido; ni puede haber vacío, ni contendrá sombra, puesto que el Padre ya existe antes, para que su luz no desfallezca y quede delimitada en el vacío. Y es irracional e impío inventar un lugar en el que cese y tenga fin el que, según ellos, es Propator, y Proarche, y Padre de todo, y de este Pleroma. Ni tampoco es lícito decir que algún otro fabricó en el seno del Padre tan grande creación, ya consintiéndolo él, ya sin consentirlo, por las causas antes dichas. Porque es igualmente impío y demente decir que ángeles, o alguna emisión ignorante del Dios verdadero, fabricaron tan grande creación en lo que es suyo; ni es posible que las cosas terrenas y coicas hayan sido hechas debajo de su Pleroma, siendo este enteramente espiritual; ni siquiera es posible que, según la imagen de aquellos que se dice que son pocos, y de semejante formación, y uno solo, hayan sido hechas cosas de múltiple creación y contrarias entre sí. Y su discurso acerca de la sombra del kenoma, es decir, del vacío, ha resultado falso en todos los sentidos. Así, su ficción ha quedado mostrada como vacía, y su doctrina como inconsistente; y vacíos son también los que les prestan atención, descendiendo verdaderamente a la profundidad de la perdición.

Capítulo 9

Unum esse mundi conditorem, Deum Patrem; veteresque omnes in hac traditione cum Ecclesia consentire.

1. Quoniam quidem est mundi fabricator Deus, constat et ipsis, qui multis modis contradicunt ei, et confitentur eum, fabricatorem eum vocantes, et Angelum dicentes: ut non dicamus, quoniam omnes clamant Scripturae, et Dominus hunc Patrem qui est in coelis docet, et non alium: quemadmodum ostendemus procedente sermone. Nunc autem sufficit id quod est ab eis, qui contraria nobis dicunt testimonium, omnibus hominibus ad hoc demum consentientibus, veteribus quidem, et in primis a primoplasti traditione hanc suadelam custodientibus, et unum Deum fabricatorem coeli et terrae hymnizantibus: reliquis autem post eos a Prophetis Dei hujus rei commemorationem accipientibus: ethnicis vero ab ipsa conditione discentibus. Ipsa enim conditio ostendit eum, qui condidit eam; et ipsa factura suggerit eum, qui fecit; et mundus manifestat eum, qui se disposuit. Ecclesia autem omnis per universum orbem hanc accepit ab apostolis traditionem.

2. Constante igitur hoc Deo, quemadmodum diximus, et testimonium ab omnibus accipiente, quoniam est: ille sine dubio, qui secundum eos adinvenitur Pater, inconstans et sine teste est, Simone Mago primo dicente semetipsum esse super omnia Deum, et mundum ab Angelis ejus factum; post deinde his qui successerunt ei, secundum quod ostendimus in primo libro, variis sententiis impias et irreligiosas adversus fabricatorem circumducentibus doctrinas: quorum discipuli cum sint hi, ethnicis pejores efficiunt eos, qui assentiunt eis. Illi enim creaturae potius quam Creatori servientes, et his qui non sunt dii, verumtamen primum deitatis locum attribuunt fabricatori hujus universitatis Deo. Hi autem, hunc quidem labis fructum dicentes, et animalem eum vocantes, et non cognoscentem eam quae super eum est Virtutem, dicentem quoque: Ego sum Deus, et praeter me non est alius Deus; mentiri eum dicentes, ipsi mentientes; omnem malitiam copulantes ei, eum qui non est super hunc, quod sit fingentes, secundum sententiam suam deteguntur, eum quidem qui est Deus blasphemantes, eum autem qui non est, Deum fingentes, in suam ipsorum condemnationem. Et qui dicunt semetipsos perfectos, et universorum habere agnitionem, ethnicis pejores, et magis blasphemi sensu etiam adversum suum factorem inveniuntur.

Caput X

Quam male ab haereticis explicentur Scripturae. Omnia ex nihilo, non ex subjacenti materia, creavit Deus.

Que hay un solo Creador del mundo, Dios Padre; y que todos los antiguos concuerdan con la Iglesia en esta tradición.

1. Que Dios es el Fabricador del mundo consta aun para los mismos que lo contradicen de muchos modos, y lo confiesan, llamándolo Fabricador y diciendo que es un ángel; por no decir que lo proclaman todas las Escrituras, y que el Señor enseña que este es el Padre que está en los cielos, y no otro, como mostraremos al avanzar el discurso. Pero por ahora basta el testimonio de los que dicen cosas contrarias a nosotros, puesto que todos los hombres concuerdan al menos en esto: los antiguos, en primer lugar, que conservaron esta persuasión desde la tradición del protoplasto y cantaban himnos a un solo Dios, Fabricador del cielo y de la tierra; los demás, después de ellos, que recibieron el recuerdo de esto de los profetas de Dios; y los paganos, que lo aprenden de la creación misma. Porque la creación misma muestra al que la creó; y la cosa hecha misma sugiere al que la hizo; y el mundo manifiesta al que lo dispuso. Y toda la Iglesia, por el mundo entero, ha recibido de los apóstoles esta tradición.

2. Constando, pues, este Dios, como hemos dicho, y recibiendo de todos testimonio de que existe, aquel que según ellos es inventado como Padre sin duda no consta y está sin testigo: Simón el Mago, el primero, diciendo que él mismo era el Dios que está sobre todas las cosas, y que el mundo fue hecho por sus ángeles; y después los que le sucedieron, como mostramos en el primer libro, enredando en diversos pareceres doctrinas impías e irreligiosas contra el Fabricador; y siendo estos discípulos de aquellos, hacen a los que les asienten peores que los paganos. Porque aquellos, sirviendo a la criatura antes que al Creador (Rom 1,25), y a los que no son dioses (Gál 4,8), atribuyen sin embargo el primer lugar de la divinidad a Dios, Fabricador de este universo. Pero estos, llamándolo fruto del defecto, y llamándolo animal, e ignorante del Poder que está por encima de él, y diciendo que, cuando dice: Yo soy Dios, y fuera de mí no hay otro Dios (Is 45,5; 46,9), miente, mintiendo ellos mismos; cargándole toda malicia, e inventando que existe el que no está por encima de él, quedan descubiertos por su propia doctrina, blasfemando del que es Dios, e inventando como Dios al que no es, para su propia condenación. Y los que se dicen perfectos, y que tienen el conocimiento de todas las cosas, resultan peores que los paganos, y más blasfemos en su entendimiento aun contra su propio Hacedor.

Capítulo 10

Cuán mal explican los herejes las Escrituras. Dios creó todas las cosas de la nada, no de una materia subyacente.

1. Perquam itaque irrationale est, praetermittentes eum, qui vere est Deus, et qui ab omnibus habet testimonium, quaerere si est super eum is, qui non est, et qui a nemine unquam annuntiatus est. Quoniam enim manifeste nihil dictum est de eo, et ipsi testimonium perhibent: quia autem parabolas, quae quaeruntur et ipsae quomodo dictae sint, male ad eum, qui adinventus est ab ipsis, transfigurantes, alium nunc, qui ante nunquam quaesitus est, generant, manifestum est. Per hoc enim quod velint ambiguas exsolvere Scripturas (ambiguas autem non quasi ad alterum Deum, sed quasi ad dispositiones Dei) alterum Deum fabricaverunt; quemadmodum praediximus, de arena resticulas nectentes, et quaestioni minori quaestionem majorem adgenerantes. Omnis autem quaestio non per aliud, quod quaeritur, habebit resolutionem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem solvetur apud eos, qui sensum habent, aut aenigmata per aliud majus aenigma, sed ea quae sunt talia, ex manifestis, et consonantibus, et claris accipiunt absolutiones.

2. Hi autem quaerentes exsolvere Scripturas et parabolas, alteram majorem et impiam quaestionem introducunt, si quidem super mundi fabricatorem Deum alius sit Deus; non exsolventes quaestiones (unde enim?), sed minori quaestioni magnam quaestionem adnectentes, et nodum insolubilem inserentes. Ut enim sciant hoc ipsum scire, quod utique triginta annorum Dominus venit ad baptismum veritatis, hoc non discentes; ipsum Deum fabricatorem, qui misit eum ad salutem hominum, impie contemnunt: et ut putentur posse enarrare unde substantia materiae, non credentes quoniam Deus ex his quae non erant, quemadmodum voluit, ea quae facta sunt, ut essent, omnia fecit, sua voluntate et virtute substantia usus, sermones vanos collegerunt; vere ostendentes suam infidelitatem: quoniam quidem his quae sunt, non credunt, in id quod non est, deciderunt.

3. Quod enim dicunt ex lacrymis Achamoth, humectam prodisse substantiam, a risu autem lucidam, a tristitia autem solidam et a timore mobilem, et in his altum sapere et inflatum esse, quomodo haec non digna irrisione, et vere ridicula? qui non credunt quidem, quoniam ipsam materiam, cum sit potens et dives in omnibus Deus, creavit, nescientes quantum potest spiritalis et divina substantia; credentes autem quoniam Mater ipsorum, quam feminam a femina vocant, a praedictis passionibus emisit tantam conditionis materiam: et quaerentes quidem unde suppeditavit fabricatori conditionis substantia; non quaerentes autem unde Matri ipsorum, quam Enthymesin et impetum Aeonis errantis dicunt, lacrymas tantas, aut sudores, aut tristitias, aut reliqua materiae emissio.

1. Es, pues, de todo punto irracional dejar de lado al que es verdaderamente Dios y tiene el testimonio de todos, e indagar si hay por encima de él uno que no existe y que nunca ha sido anunciado por nadie. Porque que nada se ha dicho abiertamente de él, ellos mismos lo atestiguan; y es manifiesto que, transfiriendo mal al que fue inventado por ellos parábolas que también son objeto de indagación en cuanto a cómo fueron dichas, engendran ahora a otro, que nunca antes había sido buscado. Porque por querer resolver Escrituras ambiguas (ambiguas no como si apuntaran a otro Dios, sino como apuntando a las disposiciones de Dios), han fabricado otro Dios; como dijimos antes, trenzando cuerdas de arena, y engendrando sobre una cuestión menor una cuestión mayor. Pero ninguna cuestión tendrá su resolución por medio de otra cosa que también se busca, ni una ambigüedad se resolverá por medio de otra ambigüedad entre los que tienen entendimiento, ni los enigmas por medio de otro enigma mayor; sino que tales cosas reciben sus soluciones de lo que es manifiesto, y concorde, y claro.

2. Pero estos, buscando resolver las Escrituras y las parábolas, introducen otra cuestión mayor e impía: si acaso hay otro Dios por encima de Dios, el Fabricador del mundo; sin resolver las cuestiones (¿de dónde, en efecto?), sino atando a una cuestión menor una cuestión grande, e insertando un nudo insoluble. Porque, para saber que saben esto mismo, que el Señor vino al bautismo de la verdad a los treinta años, sin aprender esto, desprecian impíamente al mismo Dios Fabricador, que lo envió para la salvación de los hombres; y, para que se piense que pueden explicar de dónde viene la sustancia de la materia, no creyendo que Dios, como quiso, hizo todas las cosas de lo que no era, para que las cosas hechas existieran, usando de su voluntad y poder como sustancia, han recogido palabras vanas, mostrando verdaderamente su infidelidad: puesto que no creen en las cosas que son, han caído en lo que no es.

3. Porque cuando dicen que de las lágrimas de Achamoth salió la sustancia húmeda, de su risa la luminosa, de su tristeza la sólida y de su temor la móvil, y en estas cosas se ensoberbecen y se hinchan, ¿cómo no es esto digno de burla y verdaderamente ridículo? No creen que Dios, siendo poderoso y rico en todo, creó la materia misma, sin saber cuánto puede una sustancia espiritual y divina; pero creen que su Madre, a la que llaman hembra de hembra, emitió de las pasiones antes dichas tan gran materia para la creación; y preguntan de dónde se suministró al Fabricador de la creación la sustancia, pero no preguntan de dónde le vinieron a su Madre, a la que llaman la Enthymesis e ímpetu del Eón errante, tantas lágrimas, o sudores, o tristezas, o la demás emisión de la materia.

4. Attribuere enim substantiam eorum, quae facta sunt, virtuti et voluntati ejus, qui est omnium Deus, et credibile, et acceptabile, et constans, et in hoc bene dicetur: quoniam quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Quoniam homines quidem de nihilo non possunt aliquid facere, sed de materia subjacenti; Deus autem, quam homines hoc primo melior, eo quod materiam fabricationis suae, cum ante non esset, ipse adinvenit. Dicere autem de Enthymesi Aeonis errantis prolatam materiam, et longe quidem Aeonem ab Enthymesi ejus separatam, et hujus rursus passionem et affectionem extra ipsam quidem ejus esse materiam; et incredibile, et fatuum, et impossibile, et inconstans.

Caput XI

Haereticos veritati non credentes in profundum erroris incidisse. Cur eos interrogare statuat Irenaeus?

1. Et non credentes quidem quoniam is qui est super omnia Deus, in his quae sunt ejus, varia et dissimilia verbo fabricavit, quemadmodum ipse voluit, cum sit omnium fabricator, ut sapiens architectus, et maximus rex; credentes autem quoniam angeli, aut virtus aliqua separata a Deo, et ignorans eum, fecit hanc universitatem: sic igitur veritati non credentes, in mendacio autem volutantes, perdiderunt panem vitae verae, in vacuum et in profundum umbrae incidentes; similes Aesopi cani, ei qui panem quidem reliquit, in umbram autem ejus impetum fecit, et perdidit escam. Et ex ipsis autem Domini verbis facile est ostendere, confitentis unum Patrem, et factorem mundi, et plasmatorem hominis, qui a lege et prophetis annuntiatus sit, et alterum nescientis, et hunc esse super omnia Deum: docentis autem, et per se eam, quae est ad Patrem adoptio filiorum, quae est aeterna vita, omnibus justis attribuentis.

2. Sed quoniam amant incusare, et ea, quae sunt sine calumnia, ut calumniosi concutiunt, multitudinem parabolarum, et quaestionum inferentes nobis; bene haec arbitrati sumus primo interrogare eos e contrario de suis dogmatibus, et quod non est verisimile ipsorum ostendere, et temeritatem ipsorum excidere: post deinde, Domini sermones inferre, ut non sint tantum ad proponendum vacantes; sed propter hoc quod non possint ad ea, quae interrogantur, ratione respondere, dissolutam suam videntes argumentationem, aut revertentes ad veritatem, et semetipsos humiliantes, et cessantes a multifaria sua phantasia, placantes Deum de his, quae adversus eum blasphemaverunt, salventur: aut si perseverarint in ea, quae praeoccupavit animum ipsorum, vana gloria, argumentationem suam immutent.

Caput XII

4. Porque atribuir la sustancia de las cosas que fueron hechas al poder y a la voluntad de aquel que es Dios de todas las cosas es creíble, y aceptable, y consistente; y en esto se dirá bien que lo que es imposible para los hombres es posible para Dios (Lc 18,27). Porque los hombres no pueden hacer algo de la nada, sino de una materia subyacente; pero Dios es en esto, en primer lugar, superior a los hombres: en que él mismo inventó la materia de su fabricación, no existiendo antes. Pero decir que la materia fue proferida de la Enthymesis del Eón errante, y que el Eón está muy separado de su Enthymesis, y a su vez que la pasión y la afección de esta son materia fuera de ella misma: esto es increíble, y necio, e imposible, e inconsistente.

Capítulo 11

Que los herejes, al no creer a la verdad, han caído en la profundidad del error. ¿Por qué decide Ireneo interrogarlos?

1. Y no creyendo que el Dios que está sobre todas las cosas fabricó por el Verbo, en lo que es suyo, cosas variadas y desemejantes, como él mismo quiso, siendo el Fabricador de todas las cosas, como un sabio arquitecto y un rey grandísimo; sino creyendo que ángeles, o algún Poder separado de Dios e ignorante de él, hicieron este universo: así, no creyendo a la verdad, sino revolcándose en la mentira, perdieron el pan de la vida verdadera, cayendo en el vacío y en la profundidad de la sombra; semejantes al perro de Esopo, que dejó el pan y se lanzó sobre su sombra, y perdió su comida. Y por las palabras mismas del Señor es fácil mostrar que él confiesa un solo Padre, Hacedor del mundo y Plasmador del hombre, que fue anunciado por la Ley y los Profetas, y no conoce a otro, y que este es el Dios que está sobre todas las cosas; y que enseña, y por sí mismo otorga a todos los justos, la adopción de hijos que es para con el Padre, la cual es la vida eterna.

2. Pero como les gusta acusar, y como calumniadores sacuden lo que está libre de calumnia, presentándonos una multitud de parábolas y cuestiones, hemos juzgado bien interrogarlos primero, a la inversa, sobre sus propias doctrinas, y mostrar lo que hay en ellos de inverosímil, y cortar su temeridad; y después aducir las palabras del Señor; para que no estén libres solamente para proponer, sino que, no pudiendo responder con razón a lo que se les pregunta, y viendo deshecha su argumentación, o bien vuelvan a la verdad, y se humillen, y cesen de su multiforme fantasía, y aplaquen a Dios por lo que blasfemaron contra él, y se salven; o bien, si perseveran en la vanagloria que se ha adueñado de su ánimo, cambien su argumentación.

Capítulo 12

Triacontadem haereticorum, et deficere et redundare. Cum unitae et inseparabiles sint eorum conjugationes, Sophiam sine permistione conjugis quidpiam pati aut generare non potuisse. Logon et Sigen simul esse non posse.

1. Primo quidem de triacontade ipsorum sic dicemus, universam eam utrinque mire decidere, et secundum id quod minus habet, et secundum id quod plus; propter quam dicunt triginta annorum Dominum ad baptismum venisse. Haec autem dicente, manifesta erit universae argumentationis ipsorum eversio. Et secundum deminorationem quidem sic: primo quidem, quoniam annumerant reliquis Aeonibus Propatorem. Pater enim omnium enumerari non debet cum reliqua emissione: qui non est emissus, cum ea quae emissa est: et innatus, cum ea quae nata est: et quem nemo capit, cum ea quae ab eo capitur, et propter hoc incapabilis: qui infiguratus est, cum ea quae figurata est. Secundum enim id quod melior quam reliqui, non debet cum eis annumerari; et hoc cum Aeone passibili, et in errore constituto, qui est impassibilis, et non errans. Quoniam enim a Bytho inchoantes, triacontadem enumerant usque ad Sophiam, quam Aeonem errantem dicunt, ostendimus in eo libro, qui est ante hunc librum, et quae dicunt nomina ipsorum posuimus: hoc autem non annumerato, jam non sunt triginta secundum eos emissiones Aeonum, sed viginti et novem fiunt.

2. Post deinde, primam emissionem Ennoiam, quam Sigen, vocantes, ex qua rursum Nun et Alethiam emissos dicunt, in utrisque exorbitant. Impossibile est enim ennoean alicujus, aut silentium separatim intelligi, et extra eum emissum propriam habere figurationem. Si autem non dicent esse emissam illam extra, sed adunatam Propatori; ut quid cum reliquis Aeonibus annumerant eam, his qui non sunt adunati, et propter hoc ignorant magnitudinem ejus? Si autem et unita est (consideremus et hoc), necessitas est omnis ab unita conjugatione, et inseparabili, et unum exsistente, indiscretam, et unitam eam, quae ex ea est, emissionem fieri, ut non dissimilis sit ab eo qui emisit. Hoc autem sic se habente, unum et idem fiet, quemadmodum Bythus et Sige, sic et Nus et Alethia, semper adhaerentes invicem. Et quod non possit alterum sine altero intelligi, quemadmodum neque aqua sine humectatione, neque ignis sine calore, neque lapis sine duritia (unita sunt enim invicem haec); et alterum ab altero separari non potest sed semper coexsistere ei: sic et Bythum cum Ennoea adunitum esse oportet, et Nun cum Alethia eodem modo. Rursus et Logos et Zoe ab unitis emissi, unitos esse, et unum esse debent. Secundum haec autem, et Homo et Ecclesia, et universa reliquorum Aeonum conjugationis emissio unita esse debet, et semper coexsistere alterum altero. Feminam enim Aeonem pariter esse oportet cum masculo, secundum eos, cum sit velut affectio ejus.

Que la Triacóntada de los herejes a la vez se queda corta y rebasa. Que, siendo sus emparejamientos unidos e inseparables, Sophia no pudo padecer ni engendrar nada sin la mezcla de su consorte. Que Logos y Sige no pueden existir a la vez.

1. En primer lugar, pues, diremos esto de su Triacóntada: que toda ella falla de modo admirable por ambos lados, tanto por lo que tiene de menos como por lo que tiene de más; la Triacóntada por causa de la cual dicen que el Señor vino al bautismo a los treinta años de edad. Y dicho esto, quedará manifiesto el derrocamiento de toda su argumentación. En cuanto a la disminución, pues, es así: en primer lugar, porque cuentan al Propator con los demás Eones. Pues el Padre de todos no debe ser contado con el resto de la emisión: el que no fue emitido, con lo que fue emitido; el no nacido, con lo que nació; aquel a quien nadie contiene, y que por eso es incontenible, con lo que es contenido por él; el que no tiene figura, con lo que ha recibido figura. Pues, en cuanto es mejor que los demás, no debe ser contado con ellos; y esto, el que es impasible y no yerra, con un Eón pasible y puesto en el error. Pues que, comenzando por Bythus, cuentan la Triacóntada hasta Sophia, a la que llaman el Eón errante, lo hemos mostrado en el libro anterior a este, y hemos puesto los nombres que dan: pero si él no se cuenta, ya no son treinta las emisiones de Eones según ellos, sino que resultan veintinueve.

2. Después, al llamar a la primera emisión Ennoia, a la que llaman también Sige, de la cual dicen que a su vez fueron emitidos Nus y Alethia, se extravían en ambas cosas. Pues es imposible que la ennoia de alguien, o su silencio, se entienda por separado, y que, emitida fuera de él, tenga una figuración propia. Pero si dicen que ella no fue emitida fuera, sino aunada al Propator, ¿por qué la cuentan con los demás Eones, que no están aunados, y por eso desconocen su grandeza? Y si además está unida (consideremos también esto), es de todo punto necesario que de un emparejamiento unido, e inseparable, y que existe como uno, la emisión que procede de él resulte indivisa y unida, de modo que no sea desemejante del que la emitió. Y siendo así, serán uno y lo mismo, como Bythus y Sige, así también Nus y Alethia, adheridos siempre el uno al otro. Y puesto que no puede entenderse lo uno sin lo otro, así como ni el agua sin la humedad, ni el fuego sin el calor, ni la piedra sin la dureza (pues estas cosas están unidas entre sí), y no puede separarse lo uno de lo otro, sino que coexiste siempre con ello: así también Bythus debe estar aunado con Ennoia, y Nus con Alethia del mismo modo. A su vez, Logos y Zoe, emitidos de seres unidos, deben estar unidos y ser uno. Y según esto, también Hombre e Iglesia, y toda la emisión del emparejamiento de los demás Eones, deben estar unidos, y coexistir siempre lo uno con lo otro. Pues el Eón femenino debe existir juntamente con el masculino, según ellos, ya que es como una afección suya.

3. Et haec cum ita se habeant, et cum haec dicantur ab ipsis, rursus impudorate audent docere, juniorem duodecadis Aeonem, quem et Sophiam appellant, sine permistione conjugis, quem Theletum vocant, passam esse passionem, et separatim sine eo fructum generasse, quem et feminam a femina nominant; in tantum dementiae progressi, ita ut manifestissime duas contrarias de eodem sententias censeant. Si enim Bythus adunitus est cum Sige, et Nus cum Alethia, et Logos cum Zoe, et reliqui deinceps; quemadmodum poterat Sophia sine conjugis perplexione pati aliquid, vel generare? Si autem haec sine illo passa est, necesse est et reliquas conjugationes abscessionem et separationem a semetipsis accipere: quod est impossibile, sicut praediximus. Impossibile est ergo et Sophiam passam esse sine Theleto: et soluta est ipsorum rursus omnis argumentatio. De passione enim, quam sine complexione conjugis passam eam dicunt, iterum reliquam universam velut tragoediae compositionem affinxerunt.

4. Si autem impudorate et reliquas conjugationes disjunctas ab invicem dixerint esse separatas, propter novissimam conjugationem, uti non solvatur illorum vaniloquium: primo quidem impossibili insistunt rei. Quemadmodum enim separabunt Propatorem ab Ennoea ejus, aut Nun ab Alethia, aut Logon a Zoe, et reliquos similiter? Quemadmodum autem et ipsi ad unitatem recurrere dicunt, et omnes unum esse; si quidem hae, quae sunt intra Pleroma conjugationes, unitatem non custodiunt, sed distantes sunt ab invicem: in tantum uti et patiantur, et generent sine alterius complexu, quemadmodum gallinae sine caponibus?

5. Post demum, et sic solvetur illorum rursum prima et archegonos ogdoas. Erunt enim specialiter in eodem Pleromate Bythus et Sige, Nus et Alethia, Logos et Zoe, Anthropos et Ecclesia. Impossibile est autem Logo praesente Sigen esse, aut iterum Sige praesente Logon ostendi. Haec enim consumptibilia sunt invicem, quemadmodum lumen et tenebrae in eodem nequaquam erunt: sed si quidem lumen sit, non sunt tenebrae; ubi autem tenebrae sunt, non erit lumen: veniente enim lumine, solutae sunt tenebrae. Sic ubi est Sige, non erit Logos; et ubi Logos, non utique est Sige. Si autem endiatheton Logon dixerint, endiathetos erit et Sige; et nihilominus solvetur ab endiatheto Logo. Quoniam autem non est endiathetos, ipsa haec ordinatio ipsorum emissionis significat.

6. Jam igitur non dicant, primam et principalem ogdoadem ex Logo et Sige constare, sed aut Sigen, aut Logon refutent: et soluta est illorum prima et principalis ogdoas. Si enim unitas conjugationes dixerint, soluta est eorum universa argumentatio. Quomodo enim unitis eis, Sophia sine conjuge labem generavit? Si autem, sicut in emissione, unumquemque ex Aeonibus propriam substantiam habere dicent: quemadmodum in eodem ostendi potest Sige et Logos? Et haec quidem secundum diminutionem.

3. Y aunque esto sea así, y aunque ellos mismos lo digan, de nuevo se atreven desvergonzadamente a enseñar que el Eón más joven de la Dodécada, al que llaman también Sophia, padeció una pasión sin la mezcla de su consorte, al que llaman Theletus, y que aparte de él engendró un fruto, al que llaman hembra de hembra; han llegado a tal punto de demencia que de la manera más manifiesta sostienen dos opiniones contrarias sobre la misma cosa. Pues si Bythus está aunado con Sige, y Nus con Alethia, y Logos con Zoe, y los demás por orden, ¿cómo podía Sophia padecer algo, o engendrar, sin el abrazo de su consorte? Y si ella padeció sin él, es necesario que también los demás emparejamientos sufran un apartamiento y una separación de sí mismos: lo cual es imposible, como dijimos antes. Es imposible, pues, que Sophia padeciera sin Theletus: y de nuevo queda deshecha toda su argumentación. Pues sobre la pasión que dicen que ella padeció sin el abrazo de su consorte han añadido de nuevo todo el resto, como la composición de una tragedia.

4. Pero si desvergonzadamente dijeren que también los demás emparejamientos están disjuntos y separados unos de otros, a causa del último emparejamiento, para que no se deshaga su palabrería vana: primero, se apoyan en una cosa imposible. Pues ¿cómo separarán al Propator de su Ennoia, o a Nus de Alethia, o a Logos de Zoe, y a los demás del mismo modo? ¿Y cómo dicen ellos mismos que vuelven a la unidad, y que todos son uno, si los emparejamientos que están dentro del Pleroma no guardan la unidad, sino que están distantes unos de otros, hasta el punto de padecer y engendrar sin el abrazo del otro, como las gallinas sin los gallos?

5. Por último, también así quedará deshecha a su vez su Ogdóada primera y primordial. Pues estarán, cada uno por sí, en el mismo Pleroma Bythus y Sige, Nus y Alethia, Logos y Zoe, Anthropos e Iglesia. Pero es imposible que haya Sige estando presente Logos, o que, a su vez, se muestre Logos estando presente Sige. Pues estas cosas se consumen la una a la otra, así como la luz y las tinieblas nunca estarán en el mismo lugar: si hay luz, no hay tinieblas; y donde hay tinieblas, no habrá luz: pues al venir la luz, se deshacen las tinieblas. Así, donde está Sige, no estará Logos; y donde está Logos, ciertamente no está Sige. Pero si dijeren que Logos es endiathetos, también Sige será endiathetos; y no por eso dejará de quedar deshecha por el Logos endiathetos. Pero que no es endiathetos, lo significa el orden mismo de su emisión.

6. Que no digan ya, pues, que la Ogdóada primera y principal consta de Logos y de Sige, sino que rechacen o a Sige o a Logos: y queda deshecha su Ogdóada primera y principal. Pues si dijeren que los emparejamientos están unidos, queda deshecha toda su argumentación. Pues ¿cómo, estando ellos unidos, engendró Sophia el defecto sin su consorte? Pero si dijeren que cada uno de los Eones tiene su propia sustancia, como en una emisión, ¿cómo pueden mostrarse en el mismo lugar Sige y Logos? Esto en cuanto a la mengua.

7. Secundum autem id quod plus est, rursus solvitur triacontas ipsorum sic: Emissum enim a Monogene dicunt, sicut et reliquos Aeonas, Horon, quem plurimis nominibus vocant, sicut praediximus in eo, qui ante hunc est liber. Hunc autem Horon quidam quidem a Monogene emissum dicunt, alii vero ab ipso Propatore in similitudine sua. Adhuc etiam emissionem dicunt factam a Monogene Christum et Spiritum sanctum, et hos non annumerant ad numerum Pleromatis: sed neque Salvatorem, quem etiam Totum esse dicunt. Hoc enim manifestum est et caeco, quoniam non solum triginta emissiones secundum illos emissae sunt, sed et quatuor cum istis triginta. Ipsum enim Propatorem annumerant in Pleroma, et eos qui ex successione ab invicem emissi sunt. Quid quod isti non annumerabuntur illis in eodem Pleromate exsistentes, qui adepti sunt eamdem emissionem? Quam enim edicere possunt justam causam, ob quam non annumerant cum reliquis Aeonibus, neque Christum, quem volente Patre a Monogene dicunt esse emissum, neque Spiritum sanctum, neque Horon, quem et Sotera dicunt; sed neque ipsum Salvatorem, qui venit ad auxilium et formationem Matris ipsorum? Utrum quasi sint isti infimiores illorum, et ideo indignos esse Aeonum appellatione et numero: aut quasi meliores sint et differentes? Sed infimi quidem quomodo fient, qui etiam in fixionem et emendationem reliquorum emissi sunt? Meliores autem rursus prima et principali tetrade esse non possunt, a qua et emissi sunt: et illa enim enumeratur in praedictum numerum. Oportuerat autem et istos annumerari in Pleromate Aeonum: aut et illorum Aeonum honorem hujusmodi appellationis auferri.

8. Cum ergo sit soluta illorum triacontas, sicut ostendimus, et secundum id quod minus est, et secundum id quod plus est (in tali enim numero si plus fuerit, aut minus, reprobabilem faciet numerum, quanto magis tanta?): instabilis igitur ea quae est de ogdoade ipsorum, et de duodecade fabula. Instabilis autem et universa illorum regula, ipso firmamento ipsorum dissipato, et in Bythum, hoc est, in id quod non est, dissoluto. Quaerant igitur jam amodo alias causas ostendere, quare triginta annorum Dominus ad baptismum venerit; et duodecadis apostolorum; et ejus quae est sanguinis profluvium passa; et reliquorum quaecunque vane laborantes delirant.

Caput XIII

Primum ordinem emissionis haereticorum nulla ratione defendi posse.

7. Y en cuanto a lo que es de más, su Triacóntada queda de nuevo deshecha así: dicen, en efecto, que Horos, al que llaman con muchísimos nombres, como dijimos antes en el libro anterior a este, fue emitido por Monogenes, como también los demás Eones. Y a este Horos unos dicen que lo emitió Monogenes, y otros, el Propator mismo, a semejanza suya. Dicen además que por Monogenes fue hecha una emisión, Cristo y Espíritu Santo, y a estos no los cuentan en el número del Pleroma: ni tampoco al Salvador, del que dicen también que es el Todo. Pues esto es manifiesto aun para un ciego: que, según ellos, no solo fueron emitidas treinta emisiones, sino también cuatro junto con estas treinta. Pues cuentan en el Pleroma al Propator mismo, y a los que fueron emitidos unos de otros en sucesión. ¿Qué razón hay para que estos no sean contados con aquellos, existiendo en el mismo Pleroma y habiendo obtenido la misma emisión? Pues ¿qué causa justa pueden alegar por la que no cuentan con los demás Eones ni a Cristo, del que dicen que fue emitido por Monogenes por voluntad del Padre, ni al Espíritu Santo, ni a Horos, al que llaman también Soter; ni tampoco al Salvador mismo, que vino en auxilio y para la formación de su Madre? ¿Es en la idea de que son inferiores a aquellos, y por eso indignos del nombre y del número de los Eones; o en la idea de que son mejores y diferentes? Pero ¿cómo serán inferiores los que fueron emitidos incluso para afianzar y corregir a los demás? Ni tampoco pueden ser mejores que la Tétrada primera y principal, por la cual fueron también emitidos: pues también aquella se cuenta en el número dicho. Debían, pues, también estos haber sido contados en el Pleroma de los Eones; o bien haberse quitado también a aquellos Eones el honor de semejante nombre.

8. Puesto que su Triacóntada ha quedado deshecha, como hemos mostrado, tanto por lo que es de menos como por lo que es de más (pues en tal número, si hay uno de más o de menos, hará reprobable el número; ¿cuánto más, tantos?): inestable es, pues, la fábula sobre su Ogdóada y sobre la Dodécada. Inestable es también toda su regla, disipado su mismo fundamento y disuelto en Bythus, es decir, en lo que no es. Busquen, pues, de ahora en adelante mostrar otras causas por las que el Señor vino al bautismo a los treinta años de edad; y de la Dodécada de los apóstoles; y de la que padeció el flujo de sangre; y de todo lo demás en lo que deliran trabajando en vano.

Capítulo 13

Que el primer orden de emisión de los herejes no puede defenderse con razón alguna.

1. Et ipsum quidem primum ordinem emissionis ipsorum reprobabilem esse sic ostendimus. Emissum enim dicunt de Bytho et hujus Ennoea Nun et Alethian, quod quidem contrarium ostenditur, Nus enim est ipsum quod est principale, et summum, et velut principium, et fons universi sensus. Ennoia autem, quae ab hoc, est qualislibet et de quolibet facta motio. Non capit igitur ex Bytho et Ennoia emissum esse Nun: verisimilius enim erat dicere eos, de Propatore et de hoc Nu emissam esse filiam Ennoiam. Non enim Ennoia mater est Noos, sicut dicunt; sed Nus pater fit Ennoiae. Quemadmodum autem et emissus est Nus a Propatore, qui principalem, et primum ejus, quae est intus, absconditae et invisibilis affectionis locum continet? a qua sensus generatur, et Ennoia, et Enthymesis, et talia, quae non alia sunt praeter Nun; sed illius ipsius, quemadmodum praediximus, de aliquo in cogitatu dispositae qualeslibet motiones; secundum perseverationem et augmentum, non secundum immutationem vocabula accipientes, et in cognitionem conterminatae, et in verbum coemissae, sensu manente intus, et condente, et administrante, et gubernante libere et ex sua potestate, quemadmodum et vult, quae praedicta sunt.

2. Prima enim motio ejus de aliquo, ennoia appellatur; perseverans autem et aucta, et universam apprehendens animam, enthymesis vocatur. Haec autem enthymesis multum temporis faciens in eodem, et velut probata, sensatio nominatur. Haec autem sensatio in multum dilatata, consilium facta est; augmentum autem et motus in multum dilatatus consilii, cogitationis examinatio: quae etiam in mente perseverans, verbum rectissime appellabitur; ex quo emissibilis emittitur verbum. Unum autem et idem est omnia quae praedicta sunt, a Noo initium accipientia; et secundum augmentum assumentia appellationes. Quemadmodum et corpus hominis, aliquando quidem novellum, aliquando quidem virile, aliquando autem senile, secundum augmentum et perseverantiam accepit appellationes, sed non secundum substantiae demutationem, neque secundum corporis amissionem: sic et illa. De quo enim quis contemplatur, de eo cogitat: et de quo cogitat, de hoc et sapit: de quo autem et sapit, de hoc et consiliatur: et quod consiliatur, hoc et animo tractat: et quod animo tractat, hoc et loquitur. Haec autem omnia, quemadmodum diximus, Nus gubernat, cum sit ipse invisibilis, et a semetipso per ea, quae praedicta sunt, sicut per radium, emittens verbum; sed non ipse ab alio emittitur.

1. Y que su mismo primer orden de emisión es reprobable, lo mostramos así. Pues dicen que de Bythus y de su Ennoia fueron emitidos Nus y Alethia, cuando lo que se muestra es lo contrario; pues Nus es aquello mismo que es principal, y supremo, y como el principio y la fuente de todo entendimiento. Y la ennoia, que procede de él, es un movimiento cualquiera, hecho acerca de cualquier cosa. No cabe, pues, que Nus haya sido emitido de Bythus y de Ennoia: pues habría sido más verosímil que ellos dijeran que Ennoia fue emitida como hija del Propator y de este Nus. Pues Ennoia no es madre de Nus, como dicen; sino que Nus se hace padre de Ennoia. ¿Y cómo fue emitido Nus por el Propator, siendo él quien ocupa el lugar principal y primero de aquella afección interior, escondida e invisible? de la cual se genera el entendimiento, y la ennoia, y la enthymesis, y cosas tales, que no son otra cosa que Nus; sino que, como dijimos antes, son movimientos cualesquiera de ese mismo Nus, dispuestos en el pensamiento acerca de algo; que toman sus nombres según su perduración y su crecimiento, no según un cambio, y que terminan en el conocimiento, y son emitidos juntamente en un verbo, mientras el entendimiento permanece dentro, y crea, y administra, y gobierna libremente y por su propia potestad, como quiere, las cosas que se han dicho.

2. Pues su primer movimiento acerca de algo se llama ennoia; y cuando perdura y ha crecido, y se apodera de toda el alma, se llama enthymesis. Y esta enthymesis, cuando pasa mucho tiempo en lo mismo y ha sido como probada, se denomina percepción. Y esta percepción, muy dilatada, se ha hecho consejo; y el crecimiento y el movimiento del consejo, muy dilatado, es el examen del pensamiento: el cual, perdurando en la mente, se llamará con toda razón verbo; y de él se emite el verbo emisible. Y todas las cosas que se han dicho son una y la misma, que toman su principio de Nus, y asumen sus nombres según su crecimiento. Así como también el cuerpo del hombre, unas veces joven, otras varonil y otras anciano, ha recibido sus nombres según su crecimiento y su perduración, pero no según un cambio de sustancia, ni según una pérdida del cuerpo: así también aquellas cosas. Pues aquello que uno contempla, en eso piensa; y aquello en que piensa, eso también discierne; y aquello que discierne, sobre eso también delibera; y aquello sobre lo que delibera, eso también revuelve en el ánimo; y lo que revuelve en el ánimo, eso también habla. Y todas estas cosas, como dijimos, las gobierna Nus, siendo él mismo invisible, y emitiendo de sí mismo el verbo por medio de las cosas que se han dicho, como por medio de un rayo; pero él mismo no es emitido por otro.

3. Et haec quidem in hominibus capit dici, cum sint compositi natura, et ex corpore et anima subsistentes. Qui autem dicunt ex Deo emissam esse Ennoeam, et ex Ennoea Nun, deinceps ex iis Logon; primo quidem arguendi sunt improprie emissionibus usi; post deinde, hominum affectiones, et passiones, et intentiones mentis describentes, Deum autem ignorantes: qui quidem ea, quae obveniunt hominibus ad loquendum eos, applicant omnium Patri, quem etiam ignotum omnibus dicunt, negantes quidem ipsum mundum fecisse, ut ne quidem pusillus putetur; hominum autem affectiones et passiones donantes. Si autem Scripturas cognovissent, et a veritate docti essent, scirent utique quoniam non sic Deus, quemadmodum homines; et non sic cogitationes ejus, quomodo cogitationes hominum. Multum enim distat omnium Pater ab his, quae proveniunt hominibus, affectionibus et passionibus: et simplex, et non compositus, et similimembrius, et totus ipse sibimetipsi similis, et aequalis est; totus cum sit sensus, et totus spiritus, et totus sensuabilitas, et totus ennoea, et totus ratio, et totus auditus, et totus oculus, et totus lumen, et totus fons omnium bonorum; quemadmodum adest religiosis ac piis dicere de Deo.

4. Est autem et super haec, et propter haec inenarrabilis. Sensus enim capax omnium bene et recte dicetur, sed non similis hominum sensui: et lumen rectissime dicetur, sed nihil simile ei, quod est secundum nos, lumini. Sic autem et in reliquis omnibus nulli similis erit omnium Pater hominum pusillitati: et dicitur quidem secundum haec propter dilectionem, sentitur autem super haec secundum magnitudinem. Si igitur et in hominibus ipse quidem sensus non emittitur, neque separatur a vivo is, qui emittit reliqua, motiones autem ejus et affectus perveniunt ad manifestum; multo magis Dei, qui totus sensus est, ipse a semetipso nequaquam separabitur, neque quasi ab alio aliud emittitur.

5. Si enim sensum emisit, ipse qui emisit sensum, secundum eos, compositus et corporalis intelligitur, ut sit separatim quidem qui emisit, Deus; separatim autem qui emissus est, sensus. Si autem de sensu sensum dicant emissum, praecidunt sensum Dei et partiuntur. Quo autem, et unde emissus est? Quod enim ab aliquo emittitur, in aliquid subjectum emittitur. Quid autem subjacebat antiquius, quam sensus Dei, in quod emissum dicunt eum? Quantus autem et erat locus, ut susciperet et caperet Dei sensum?

3. Y estas cosas pueden decirse, en efecto, de los hombres, ya que son compuestos por naturaleza, y subsisten de cuerpo y de alma. Pero los que dicen que de Dios fue emitida Ennoia, y de Ennoia Nus, y luego de estos Logos, han de ser refutados, en primer lugar, por haber usado impropiamente de las emisiones; y después, por describir las afecciones, y las pasiones, y las intenciones de la mente de los hombres, mientras desconocen a Dios: ellos aplican al Padre de todos lo que sobreviene a los hombres cuando hablan, al Padre de quien dicen también que es desconocido para todos, negando que él mismo hiciera el mundo, para que no se le tenga ni siquiera por mezquino; pero atribuyéndole las afecciones y las pasiones de los hombres. Pero si hubieran conocido las Escrituras y hubieran sido enseñados por la verdad, sabrían sin duda que Dios no es como los hombres, y que sus pensamientos no son como los pensamientos de los hombres. Pues el Padre de todos dista mucho de las afecciones y pasiones que sobrevienen a los hombres: es simple, y no compuesto, y de miembros semejantes, y todo él semejante e igual a sí mismo; siendo todo entendimiento, y todo espíritu, y todo facultad de sentir, y todo ennoia, y todo razón, y todo oído, y todo ojo, y todo luz, y todo fuente de todos los bienes; como corresponde a los religiosos y piadosos decir de Dios.

4. Pero está también por encima de estas cosas, y por eso es inenarrable. Pues bien y rectamente se le llamará entendimiento que contiene todas las cosas, pero no semejante al entendimiento de los hombres; y con toda razón se le llamará luz, pero en nada semejante a la luz que es la nuestra. Así también en todo lo demás el Padre de todos no será en nada semejante a la pequeñez de los hombres: y se habla de él según estas cosas por el amor, pero se le siente por encima de ellas según su grandeza. Si, pues, aun en los hombres el entendimiento mismo no es emitido, ni se separa del ser vivo el que emite lo demás, sino que sus movimientos y afectos salen a lo manifiesto; mucho más el de Dios, que es todo entendimiento, de ninguna manera se separará de sí mismo, ni es emitido como una cosa de otra.

5. Pues si emitió el entendimiento, el que emitió el entendimiento, según ellos, se entiende como compuesto y corpóreo, de modo que sea por separado Dios, el que emitió, y por separado el entendimiento, el que fue emitido. Pero si dicen que el entendimiento fue emitido del entendimiento, cortan el entendimiento de Dios y lo dividen. ¿Y adónde, y de dónde fue emitido? Pues lo que es emitido de algo es emitido en algo que está debajo. ¿Y qué había debajo, más antiguo que el entendimiento de Dios, en lo cual dicen que fue emitido? ¿Y cuán grande era el lugar, para recibir y contener el entendimiento de Dios?

Si autem, quemadmodum a sole radium, dicant; sicut subjacet aer hic susceptor; et antiquior erit, quam ipse radius: et illic ostendant subjacens aliquid, in quod emissus est sensus Dei, capabile ejus et antiquius. Post oportebit, quemadmodum solem minorem esse quam omnia videmus, longe a semetipso emittentem radios; sic et Propatorem dicere extra et longe a semetipso emisisse radium. Quidnam autem extra, aut longe sentiri a Deo potest, in quod radium emisit?

6. Si autem non emissum extra Patrem illum dicant, sed in ipso Patre; primo quidem superfluum erit etiam dicere emissum esse eum. Quemadmodum enim emissus est, si intra Patrem erat? Emissio enim est ejus, quod emittitur, extra emittentem manifestatio. Post deinde, hoc emisso, et is qui est ab eo Logos erit intra Patrem; similiter autem et reliquae Logi emissiones. Jam igitur non ignorabunt Patrem, cum intra eum sint; nec secundum descensionem emissionum minus aliquis cognoscet eum, undique omnes a Patre aequaliter circumdati; sed et impassibiles omnes similiter perseverabunt, cum sint in paternis visceribus, et in deminoratione nemo ipsorum erit. Non enim est deminoratio Pater: nisi forte, velut in circulo magno minor continetur circulus, et intra hunc rursus alter minor, aut velut sphaerae similitudine, aut tetragoni, Patrem dicant intra se undique continere sphaerae similitudinem, vel quadratam reliquam Aeonum emissionem, unoquoque illorum circumdato ab eo, qui est super eum major; et circumdante eum, qui post se est, minorem, et propter hoc minorem et ultimum omnium in medio constitutum, et multum a Patre separatum, ignorasse Propatorem. Si autem haec dixerint, in figura et circumscriptione concludent Bythum ipsorum, et circumdantem, et circumdatum; cogentur enim et extra illum confiteri esse aliquid, quod circumdet eum. Et nihilominus in immensum de his qui continent et continentur, incidet sermo: et corpora inclusa esse omnes manifeste apparebunt.

7. Adhuc etiam aut vacuum esse eum confitebuntur; aut omne quod est intra eum, omnes similiter participabunt de Patre. Quemadmodum in aqua circulos si quis faciat, vel rotundas vel quadratas figuras, omnia haec similiter participabunt de aqua: quemadmodum et quae in aere fabricantur, necesse est participare de aere; et quae in lumine, de lumine: sic et qui sunt intra eum, omnes similiter participabunt de Patre, ignorantia apud eos locum non habente. Ubi enim participatio Patris adimplentis? Si autem adimplevit, illic et ignorantia non erit. Solvetur igitur ipsorum deminorationis opera, et materiae emissio, et reliqua mundi fabricatio; quae ex passione et ignorantia volunt substantiam habuisse. Si autem vacuum illum confitebuntur, in maximam incidentes blasphemiam, denegabunt id quod est spiritale ejus. Quemadmodum enim est spiritalis is, qui ne quidem ea quae intra eum sunt, adimplere potest?

Pero si dicen que es como un rayo del sol, entonces, así como aquí el aire está debajo como su receptor, y será más antiguo que el rayo mismo: así muestren que allí había algo debajo, en lo cual fue emitido el entendimiento de Dios, capaz de contenerlo y más antiguo que él. Después, así como vemos que el sol es menor que el universo, y emite sus rayos lejos de sí mismo, así tendrán que decir que también el Propator emitió el rayo fuera y lejos de sí mismo. Pero ¿qué puede concebirse fuera de Dios, o lejos de él, en lo cual emitiera el rayo?

6. Pero si dicen que aquel no fue emitido fuera del Padre, sino en el Padre mismo, en primer lugar será superfluo incluso decir que fue emitido. Pues ¿cómo fue emitido, si estaba dentro del Padre? Pues la emisión es la manifestación, fuera del que emite, de lo que se emite. Después, emitido este, también el Logos que procede de él estará dentro del Padre; y del mismo modo las demás emisiones de Logos. Entonces ya no desconocerán al Padre, puesto que están dentro de él; ni nadie lo conocerá menos según el descenso de las emisiones, rodeados todos por el Padre igualmente por todas partes; sino que todos permanecerán igualmente impasibles, estando en las entrañas paternas, y ninguno de ellos estará en disminución. Pues el Padre no es disminución: a no ser que acaso, como en un círculo grande se contiene un círculo menor, y dentro de este a su vez otro menor, o a semejanza de una esfera, o de un cuadrado, digan que el Padre contiene dentro de sí por todas partes el resto de la emisión de los Eones a semejanza de una esfera, o cuadrada, rodeado cada uno de ellos por el que está sobre él, que es mayor, y rodeando al que viene después de él, que es menor, y que por eso el menor y último de todos, puesto en el medio y muy separado del Padre, no conoció al Propator. Pero si dijeren esto, encerrarán a su Bythus en una figura y una circunscripción, rodeando y rodeado; pues se verán forzados a confesar que también fuera de él hay algo que lo rodea. Y no por eso el discurso dejará de caer en lo inmenso acerca de los que contienen y son contenidos: y todos aparecerán manifiestamente como cuerpos encerrados.

7. Además, o confesarán que él está vacío; o todo lo que está dentro de él, todos igualmente participarán del Padre. Así como, si alguien hace en el agua círculos, o figuras redondas o cuadradas, todas ellas participarán igualmente del agua; así como también lo que se fabrica en el aire es necesario que participe del aire, y lo que en la luz, de la luz: así también los que están dentro de él participarán todos igualmente del Padre, sin que la ignorancia tenga lugar entre ellos. Pues ¿dónde está la participación del Padre que los llena? Pero si los ha llenado, allí no habrá ignorancia. Quedará deshecha, pues, su obra de la disminución, y la emisión de la materia, y el resto de la fabricación del mundo, que pretenden que tuvo su sustancia de la pasión y de la ignorancia. Pero si confiesan que él está vacío, cayendo en la mayor blasfemia, negarán lo que hay de espiritual en él. Pues ¿cómo es espiritual el que ni siquiera puede llenar lo que está dentro de él?

8. Haec autem, quae dicta sunt de sensus emissione, similiter et adversus eos, qui a Basilide sunt, aptata sunt: et adversus reliquos Gnosticos, a quibus et hi initia emissionum accipientes, convicti sunt in primo libro. Sed quoniam quidem reprobabilis et impossibilis prima Noos, id est sensus ipsorum, emissio est, manifeste ostendimus. Videamus autem et de reliquis. Ab hoc enim Logon et Zoen fabricatores hujus Pleromatis dicunt emissos, et Logi, id est Verbi, quidem emissionem ab hominum affectione accipientes, et addivinantes adversus Deum, quasi aliquid magnum adinvenientes in eo quod dicunt, a Nu esse emissum Logon: quod quidem omnes videlicet sciunt, quoniam in hominibus quidem consequenter dicatur; in eo autem qui sit super omnes Deus, totus Nus et totus Logos cum sit, quemadmodum praediximus, et nec aliud antiquius, nec posterius, aut aliud alterius habente in se, sed toto aequali et simili et uno perseverante, jam non talis hujus ordinationis sequitur emissio. Quemadmodum qui dicit eum totum visionem, et totum auditum, (in quo autem videt, in ipso et audit; et in quo audit, in ipso et videt) non peccat; sic et qui ait, totum illum sensum, et totum verbum, et in quo sensus est, in hoc et verbum esse, et verbum esse ejus hunc Nun, minus quidem adhuc de Patre omnium sentiet; decentiora autem magis quam hi, generationem prolativi hominum verbi transferunt in Dei aeternum Verbum, et prolationis initium donantes et genesin, quemadmodum et suo verbo. Et in quo distabit Dei Verbum, imo magis ipse Deus, cum sit Verbum, a verbo hominum, si eamdem habuerit ordinationem et emissionem generationis?

9. Peccaverunt autem et circa Zoen, dicentes eam sexto loco emissam, quam oportebat omnibus praeponere, quoniam Deus vita est, et incorruptela, et veritas. Et non secundum descensionem, et quae sunt talia acceperunt emissiones; sed earum virtutum quae semper sunt cum Deo, appellationes sunt, quemadmodum possibile est et dignum hominibus audire et dicere de Deo. Appellatione enim Dei coobaudientur sensus, et verbum, et vita, et incorruptela, et veritas, et sapientia, et bonitas, et omnia talia. Et neque sensum vita antiquiorem aliquis potest dicere; ipse enim sensus vita est: nec vitam posteriorem a sensu, uti non fiat aliquando sine vita is qui est omnium sensus, id est Deus. Si autem dixerint, in Patre quidem fuisse vitam, sexto autem loco prolatam, ut vivat Verbum; multo ante, eam quidem oportebat quarto loco emitti, ut vivat Nus, et adhuc etiam ante hunc cum Bytho, ut vivat Bythus ipsorum: cum Propatore enim ipsorum annumerare quidem Sigen, et hanc conjugem ei donare, non connumerare autem Zoen, quomodo non super omnem est insipientiam?

8. Y lo que se ha dicho de la emisión del entendimiento se ajusta igualmente contra los que proceden de Basílides, y contra los demás gnósticos, de quienes también estos, como quedaron convictos en el primer libro, tomaron los principios de sus emisiones. Pero que la primera emisión, la de Nus, es decir, la de su Entendimiento, es reprobable e imposible, lo hemos mostrado claramente. Veamos, pues, también lo demás. Pues dicen que de él fueron emitidos Logos y Zoe, los fabricadores de este Pleroma; y toman la emisión de Logos, es decir, del Verbo, de la afección de los hombres, y adivinan contra Dios, como si hubieran descubierto algo grande al decir que Logos fue emitido por Nus: cosa que, por supuesto, todos saben que se dice con coherencia de los hombres; pero en el Dios que está sobre todos, siendo todo Nus y todo Logos, como dijimos antes, y no teniendo en sí nada más antiguo ni posterior, ni una cosa de otra, sino permaneciendo todo él igual y semejante y uno, ya no se sigue semejante emisión en este orden. Así como el que dice que él es todo vista y todo oído (pues en aquello en que ve, en eso mismo oye; y en aquello en que oye, en eso mismo ve) no peca; así también el que dice que él es todo entendimiento y todo verbo, y que en aquello en que está el entendimiento, en eso está también el verbo, y que este Nus es su verbo, sentirá aún, ciertamente, menos de lo debido acerca del Padre de todos; pero con más decoro que estos, que trasladan la generación del verbo proferido de los hombres al Verbo eterno de Dios, y le dan un principio de prolación y una génesis, como a su propio verbo. ¿Y en qué se diferenciará el Verbo de Dios, o más bien Dios mismo, siendo el Verbo, del verbo de los hombres, si ha tenido el mismo orden y la misma emisión de generación?

9. Pecaron también respecto de Zoe, diciendo que fue emitida en sexto lugar, a la que debían anteponer a todos, ya que Dios es vida, e incorrupción, y verdad. Y no es por descenso como tales cosas recibieron emisiones; sino que son nombres de aquellos poderes que están siempre con Dios, en cuanto es posible y digno que los hombres oigan y digan de Dios. Pues en el nombre de Dios se oirán juntamente el entendimiento, y el verbo, y la vida, y la incorrupción, y la verdad, y la sabiduría, y la bondad, y todas las cosas de este tipo. Y nadie puede decir que el entendimiento sea más antiguo que la vida, pues el entendimiento mismo es vida; ni que la vida sea posterior al entendimiento, de modo que el que es el entendimiento de todos, es decir, Dios, estuviera alguna vez sin vida. Pero si dijeren que la vida estaba, sí, en el Padre, pero que fue proferida en sexto lugar para que viviera el Verbo, mucho antes debía ser emitida en cuarto lugar, para que viviera Nus, y aún antes que él, con Bythus, para que viviera su Bythus: pues contar a Sige con su Propator, y dársela como consorte, y no contar con él a Zoe, ¿cómo no está por encima de toda necedad?

10. De ea autem, quae est ex his, secunda emissione Hominis et Ecclesiae, ipsi patres eorum, falso cognominati Gnostici, pugnant adversus invicem, sua propria vindicantes, et malos fures semetipsos convincentes; aptabile esse magis emissioni dicentes, uti verisimile, ex Homine Verbum, sed non ex Verbo Hominem emissum: et esse Hominem Verbo anteriorem, et hunc esse, qui est super omnia Deus. Et usque hoc quidem, quemadmodum praediximus, omnes hominum affectiones, et motiones mentis, et generationes intentionum, et emissiones verborum conjicientes verisimiliter, non verisimiliter mentiti sunt adversus Deum. Ea enim quae accidunt hominibus, et quaecunque patientes ipsi recognoscunt, ad divinam rationem adducentes, apta dicere videntur apud eos, qui ignorant Deum; et per humanas has passiones transducentes eorum sensum, genesin et probolen quinto loco Verbo Dei enarrantes, mirabilia mysteria, et inenarrabilia, et alta, a nullo alio cognita dicunt se docere, de quibus et dixerit Dominus: Quaerite et invenietis; ut quaerant scilicet, qui de Bytho et Sige Nus, et Alethia processerunt; si sunt ex eis rursus Logos et Zoe, dehinc ex Logo et Zoe, Anthropos et Ecclesia.

Caput XIV

Valentinum et sequaces a gentilibus doctrinae suae principia, mutatis tantum nominibus, accepisse.

1. Multo verisimilius et gratius de universorum genesi dixit unus de veteribus comicis Antiphanes in Theogonia. Ille enim de nocte et silentio Chaos emissum dicit, dehinc de Chao et nocte cupidinem, et ex hoc lumen, dehinc reliquam secundum eum primam deorum genesin. Post quos rursus secundam deorum generationem inducit, et mundi fabricationem; dehinc de secundis diis narrat hominum plasmationem. Unde ipsi assumentes sibi fabulam, quasi naturali disputatione commenti sunt, solummodo demutantes eorum nomina, idipsum autem universorum generationis initium et emissionem ostendentes: pro nocte et silentio, Bythum et Sigen nominantes; pro Chao autem, Nun; et pro cupidine (per quem, ait comicus, reliqua omnia disposita), hi Verbum attraxerunt; et pro primis ac maximis diis, Aeonas formaverunt, et

10. Y acerca de la segunda emisión, que procede de estos, la de Hombre e Iglesia, sus mismos padres, los falsamente llamados gnósticos, luchan unos contra otros, reclamando cada uno lo suyo, y convenciéndose a sí mismos de ser malos ladrones; diciendo que es más adecuado a la emisión, como verosímil, que el Verbo fuera emitido del Hombre, y no el Hombre del Verbo; y que el Hombre es anterior al Verbo, y que él es el Dios que está sobre todas las cosas. Y hasta aquí, como dijimos antes, sacando conjeturas verosímiles de todas las afecciones de los hombres, y de los movimientos de la mente, y de las generaciones de las intenciones, y de las emisiones de los verbos, han mentido inverosímilmente contra Dios. Pues trasladando a la razón divina lo que acontece a los hombres, y cuanto ellos mismos reconocen por lo que padecen, parecen decir cosas adecuadas ante los que desconocen a Dios; y llevando el entendimiento de estos a través de estas pasiones humanas, narrando del Verbo de Dios una génesis y una probolé en quinto lugar, dicen que enseñan misterios admirables, inenarrables y profundos, no conocidos por ningún otro, acerca de los cuales, según ellos, dijo el Señor: Buscad, y hallaréis (Mt 7,7); es decir, que busquen cómo procedieron de Bythus y de Sige Nus y Alethia; si de ellos proceden a su vez Logos y Zoe, y luego, de Logos y de Zoe, Anthropos e Iglesia.

Capítulo 14

Que Valentín y sus seguidores tomaron de los gentiles los principios de su doctrina, cambiando solo los nombres.

1. Mucho más verosímil y más gratamente habló de la génesis de todas las cosas Antífanes, uno de los antiguos poetas cómicos, en su Teogonía. Pues dice que de la Noche y del Silencio fue emitido el Caos, después del Caos y de la Noche el Amor, y de este la luz, y luego, según él, el resto de la primera génesis de los dioses. Después de estos introduce a su vez una segunda generación de los dioses, y la fabricación del mundo; luego narra la plasmación de los hombres por los dioses segundos. De ahí tomaron ellos para sí la fábula y la han tramado como si fuera una indagación sobre la naturaleza, cambiando solamente los nombres, pero mostrando el mismo principio de la generación de todas las cosas y la misma emisión: en lugar de la Noche y del Silencio, nombran a Bythus y a Sige; en lugar del Caos, a Nus; y en lugar del Amor (por quien, dice el poeta cómico, fue dispuesto todo lo demás), estos han traído al Verbo; y en lugar de los dioses primeros y mayores,

pro secundis diis, eam, quae est extra Pleroma, Matris ipsorum enarrant dispositionem, secundam ogdoaden vocantes eam; ex qua mundi fabricationem et plasmationem hominum, similiter atque ille, annuntiant inenarrabilia et incognita mysteria solos se dicentes scire: quae ubique in theatris ab hypocritis splendidissimis vocibus comoedizantur, transferentes in suum argumentum, imo vero hisdem argumentis docentes, tantum immutantes nomina.

2. Et non solum quae apud comicos posita sunt, arguuntur quasi propria proferentes; sed etiam quae apud omnes, qui Deum ignorant et qui dicuntur philosophi, sunt dicta, haec congregant et quasi centonem ex multis et pessimis panniculis consarcientes, finctum superficium subtili eloquio sibi ipsis praeparaverunt: novam quidem introducentes doctrinam, propterea quod nunc nova arte substituta sit; veterem autem et inutilem, quoniam quidem de veteribus dogmatibus, ignorantiam et irreligiositatem olentibus, haec eadem subsuta sunt. Thales quidem Milesius universorum generationem et initium aquam dixit esse. Idem autem est dicere aquam, et Bythum. Homerus autem poeta Oceanum deorum genesin, et matrem Thetin dogmatizavit: quae quidem hi in Bythum et Sigen transtulerunt. Anaximander autem hoc quod immensum est, omnium initium subjecit, seminaliter habens in semetipso omnium genesin, ex quo immensos mundos constare ait; et hoc autem in Bythum et in Aeonas ipsorum transfiguraverunt. Anaxagoras autem, qui et Atheus cognominatus est, dogmatizavit facta animalia, decidentibus e coelo in terram seminibus: quod et hi ipsi in Matris suae transtulerunt semina, et esse hoc semen seipsos: statim confitentes apud eos, qui sensum habent, et ipsos esse quae sunt Anaxagorae irreligiosi semina.

3. Umbram autem et vacuum ipsorum a Democrito et Epicuro sumentes, sibimetipsis aptaverunt, cum illi primum multum sermonem fecerint de vacuo et de atomis; quorum alterum quidem quid esse vocaverunt; alterum vero, quod non est appellaverunt: quemadmodum et hi esse quidem illa, quae sunt intra Pleroma, vocant, quemadmodum illi atomos; non esse autem haec, quae sunt extra Pleroma, quemadmodum illi vacuum. Semetipsos ergo in hoc mundo, cum sint extra Pleroma, in locum qui non est, deputaverunt. Quod autem dicunt imagines esse haec eorum quae sunt, rursus manifestissime Democriti et Platonis sententiam edisserunt. Democritus enim primus ait, multas et varias ab universitate figuras expressas descendisse in hunc mundum. Plato vero rursus materiam dicit, et exemplum, et Deum; quos isti sequentes, figuras illius et exemplum, imagines eorum, quae sunt sursum, vocaverunt, per demutationem nominis semetipsos inventores et factores hujusmodi imaginariae fictionis gloriantes.

han formado los Eones, y en lugar de los dioses segundos narran la disposición de su Madre, que está fuera del Pleroma, llamándola segunda Ogdóada; y a partir de ella, del mismo modo que aquel, anuncian la fabricación del mundo y la plasmación de los hombres, diciendo que solo ellos conocen estos misterios inenarrables y desconocidos: cosas que en todas partes, en los teatros, representan en comedia los actores con voces resonantísimas; las trasladan a su propia trama, o más bien enseñan con las mismas tramas, cambiando solo los nombres.

2. Y no solo se les convence de presentar como propio lo que está puesto en los poetas cómicos; sino que también lo que han dicho todos los que desconocen a Dios y se llaman filósofos, eso lo reúnen y, como cosiendo un centón de muchos y pésimos harapos, se han preparado con sutil elocuencia un fingido revestimiento: introduciendo una doctrina nueva, ciertamente, por cuanto ahora ha sido compuesta con un arte nuevo; pero vieja e inútil, puesto que estas mismas cosas han sido cosidas a partir de viejas opiniones que huelen a ignorancia y a irreligiosidad. Tales de Mileto dijo que el agua era la generación y el principio de todas las cosas. Y lo mismo es decir agua que Bythus. Y el poeta Homero estableció como doctrina que Océano era la génesis de los dioses, y Tetis su madre: y estos lo han trasladado a Bythus y a Sige. Y Anaximandro estableció como principio de todas las cosas lo que es inmenso, que tiene en sí mismo seminalmente la génesis de todas las cosas, del cual dice que constan los mundos inmensos; y también esto lo han transformado en Bythus y en sus Eones. Y Anaxágoras, que fue llamado también el Ateo, enseñó como doctrina que los seres vivos fueron hechos por simientes que caían del cielo a la tierra: también esto lo han trasladado ellos a las simientes de su Madre, y dicen que ellos mismos son esta simiente: confesando así en el acto, ante los que tienen sentido, que ellos mismos son las simientes del irreligioso Anaxágoras.

3. Y su sombra y su vacío los tomaron de Demócrito y de Epicuro y se los ajustaron a sí mismos, ya que aquellos fueron los primeros en hablar largamente del vacío y de los átomos; de los cuales a lo uno llamaron algo que es, y a lo otro lo que no es: así como también estos llaman ser a las cosas que están dentro del Pleroma, como aquellos a los átomos; y no ser a las que están fuera del Pleroma, como aquellos al vacío. Así pues, se han asignado a sí mismos, estando en este mundo y fuera del Pleroma, a un lugar que no es. Y cuando dicen que estas cosas son imágenes de las que son, de nuevo exponen de la manera más manifiesta la opinión de Demócrito y de Platón. Pues Demócrito fue el primero en decir que muchas y variadas figuras, impresas a partir del universo, descendieron a este mundo. Y Platón, a su vez, habla de la materia, y del modelo, y de Dios; y estos, siguiéndolos, han llamado a las figuras y al modelo de aquel imágenes de las cosas de arriba, gloriándose, mediante un cambio de nombre, de ser ellos mismos los inventores y hacedores de semejante ficción imaginaria.

4. Et hoc autem quod ex subjecta materia dicunt fabricatorem fecisse mundum, et Anaxagoras, et Empedocles, et Plato primi ante hos dixerunt; ut videlicet datur intelligi, et ipsi a Matre sua inspirati. Quod autem ex necessitate unumquodque in illa secedit, ex quibus et factum esse dicunt, et hujus necessitatis servum esse Deum, ita ut non possit mortali immortalitatem addere, vel corruptibili incorruptelam donare, sed secedere unumquemque in similem naturae suae substantiam; et hi qui ex porticu Stoici appellantur, et universi quotquot Deum ignorant, poetae et conscriptores affirmant. Qui eamdem habentes infidelitatem, spiritalibus quidem suam regionem attribuerunt, eam quae est intra Pleroma; animalibus autem, medietatis: corporalibus autem, quod choicum; et praeter haec nihil posse Deum, sed unumquemque praedictorum ad ea, quae sunt ejusdem substantiae, secedere affirmant.

5. Quod autem Salvatorem ex omnibus factum esse Aeonibus dicant, omnibus in eum deponentibus velut florem suum, non extra Hesiodi Pandoram novum aliquid afferunt. Quae enim ille ait de illa, haec hi de Salvatore insinuant, Pandoron introducentes eum, quasi unusquisque Aeonum, quod haberet optimum, donaverit ei. Ipsam autem eduliorum, et reliquarum operationum indifferentem sententiam, et quod putent a nemine in totum posse coinquinari propter generositatem, licet quodcunque manducent vel operentur, a Cynicis possederunt, cum sint cum eis ejusdem testamenti. Et minutiloquium, et subtilitatem circa quaestiones, cum sit Aristotelicum, inferre fidei conantur.

6. Quod autem velint in numeros transferre universum hoc, a Pythagoricis acceperunt. Primum enim hi initium omnium numeros substituerunt, et initium ipsorum parem et imparem, ex quibus et ea quae sensibilia et insensata sunt, subjecerunt. Et altera quidem substitutionis initia esse; altera autem sensationis et substantiae; ex quibus primis omnia perfecta dicunt, quemadmodum statuam de aeramento et de formatione. Hoc autem ii his qui sunt extra Pleroma aptaverunt. Sensationis autem initia dixerunt, in quem sensus intelligens est ejus quod primum assumptum est; quaerit quoadusque defatigata ad unum et indivisibile concurrat. Et esse omnium initium, et substantiam universae generationis Hen, id est unum; ex hoc autem dyadem, et tetradem, et pentadem, et reliquorum multifariam generationem. Haec hi ad verbum de Plenitudine suorum et Bytho dicunt; unde etiam et eas quae sunt de uno, conjugationes adnituntur introducere, quae Marcus velut sua jactans, velut novius aliquid visus est praeter reliquos adinvenisse; Pythagorae quaternationem, velut genesin et matrem omnium enarrans.

4. Y también esto que dicen, que el fabricador hizo el mundo de una materia subyacente, lo dijeron primero, antes que estos, Anaxágoras, y Empédocles, y Platón; inspirados también ellos, como se nos da a entender, por su Madre. Y que cada cosa, por necesidad, se retira a aquellas de las que dicen que también fue hecha, y que Dios es esclavo de esta necesidad, de modo que no puede añadir inmortalidad a lo mortal, ni dar incorrupción a lo corruptible, sino que cada uno se retira a una sustancia semejante a su naturaleza: esto lo afirman tanto los que, por el Pórtico, son llamados estoicos, como todos los poetas y escritores que desconocen a Dios. Estos, teniendo la misma infidelidad, han atribuido a los espirituales su propia región, la que está dentro del Pleroma; a los animales, la del Medio; y a los corporales, lo coico; y afirman que Dios no puede nada fuera de esto, sino que cada uno de los dichos se retira a lo que es de la misma sustancia.

5. Y cuando dicen que el Salvador fue hecho de todos los Eones, depositando todos en él como su flor, no aportan nada nuevo fuera de la Pandora de Hesíodo. Pues lo que aquel dice de ella, esto insinúan estos del Salvador, presentándolo como Pandoros, como si cada uno de los Eones le hubiera dado lo que tenía de mejor. Y su misma opinión de que los alimentos y las demás acciones son indiferentes, y el pensar que por su nobleza de linaje nadie puede mancharlos en absoluto, coman o hagan lo que sea, lo han heredado de los cínicos, ya que son del mismo testamento que ellos. Y las minucias y la sutileza acerca de las cuestiones, siendo cosa aristotélica, intentan introducirlas en la fe.

6. Y que quieran trasladar a números este universo, lo tomaron de los pitagóricos. Pues estos fueron los primeros en poner los números como principio de todas las cosas, y como principio de ellos mismos lo par y lo impar, de los cuales establecieron tanto las cosas sensibles como las que no lo son. Y dicen que unos son los principios de la constitución, y otros los de la percepción y de la sustancia; y que de estos principios primeros todo fue perfeccionado, como una estatua a partir del bronce y de la forma que se le da. Y estos han ajustado esto a las cosas que están fuera del Pleroma. Y llamaron principios de la percepción a aquello por lo que el entendimiento, entendiendo lo que primero se tomó, indaga hasta que, fatigado, converge en lo uno e indivisible. Y que el principio de todas las cosas y la sustancia de toda la generación es Hen, es decir, uno; y de este, la díada, y la tétrada, y la péntada, y la múltiple generación de las demás cosas. Estas cosas las dicen estos al pie de la letra de su Plenitud y de Bythus; de donde también se esfuerzan por introducir los emparejamientos que proceden del uno, de los cuales Marcos, jactándose de ellos como si fueran suyos, pareció haber descubierto algo más nuevo que los demás, presentando el cuaternario de Pitágoras como génesis y madre de todas las cosas.

7. Dicemus autem adversus eos: utrumne hi omnes, qui praedicti sunt, cum quibus eadem dicentes arguimini, cognoverunt veritatem, aut non cognoverunt? Et si quidem cognoverunt, superflua est Salvatoris in hunc mundum descensio. Utquid enim descendebat? Nunquid ut eam, quae cognoscebatur veritas, in agnitionem adduceret his, qui cognoscunt eam, hominibus? Si autem non cognoverunt, quemadmodum eadem cum his, qui veritatem non cognoscebant, dicentes, solos vosmetipsos eam, quae est super omnia cognitio, habere gloriamini, quam etiam, qui ignorant Deum, habent? Secundum antiphrasin ergo, veritatis ignorantiam, agnitionem vocant: et bene Paulus ait, vocum novitates falsae agnitionis. Vere enim falsa agnitio ipsorum inventa est. Si autem impudenter agentes super haec dicent, homines quidem non cognovisse veritatem, Matrem autem ipsorum, [vel] semen paternale per tales homines, quemadmodum et per prophetas, enuntiasse mysteria veritatis, ignorante Demiurgo: primo quidem non talia erant, quae sunt praedicta, ut non a quolibet intelligantur: etenim ipsi homines sciebant, quae dicebant, et discipuli ipsorum, et horum successores. Post deinde, vel Mater, vel semen, si cognoscebant et enarrabant ea quae erant veritatis; veritas autem Pater: Salvator ergo, secundum eos, erit mentitus, dicens: Nemo cognovit Patrem, nisi Filius. Si enim cognitus est vel a Matre, vel a semine ejus; solutum est illud, quod nemo cognovit Patrem, nisi Filius; nisi si semen ipsorum, vel Matrem neminem esse dicunt.

8. Et usque hoc quidem per humanas affectiones, et per id quod similia dicant multis ignorantibus Deum, verisimiliter visi sunt abstrahere quosdam; attrahentes per ea quae assueti sunt, in eum qui est de omnibus sermonem, Verbi Dei genesin exponentes, et Vitae, adhuc etiam Sensus, et Dei emissiones obstetricantes. Quae autem ex his non verisimiliter et sine ostensione, omnia ex omnibus mentiti sunt. Quemadmodum qui assuetas escas, et ut illiciant, praemittunt, uti capiant aliquod animal, sensim blandientes eis per assueta pabula, quousque accipiant; sumentes autem ea captiva, alligant amarissime, et ducunt per vim abstrahentes quocunque ipsi voluerint; sic autem et hi paulatim mansueti dissuadentes per pithanologiam assumere praedictam emissionem, inferunt neque congruentia, neque opinatas reliquarum emissionum species; ex Logo quidem et Zoe decem dicentes Aeonas emissos, de Anthropo autem et Ecclesia, duodecim: et horum nec ostensionem, nec testimonia, nec verisimilitudinem; nec in totum aliquid talium habentes, frustra autem, et prout evenit, credi volunt, ex Logo et Zoe, Aeonis exsistentibus, emissum esse Bythium et Mixin, Insenescibilem et Unitionem, Naturalem et Delectamentum, Immobilem et Contemperamentum, Monogenem et Macariam.

7. Y diremos contra ellos: ¿todos estos que se han mencionado, con quienes se os convence de decir lo mismo, conocieron la verdad, o no la conocieron? Y si la conocieron, superfluo es el descenso del Salvador a este mundo. Pues ¿para qué descendía? ¿Acaso para traer al conocimiento la verdad que ya era conocida, para hombres que la conocen? Pero si no la conocieron, ¿cómo es que, diciendo lo mismo que los que no conocían la verdad, os gloriáis de tener vosotros solos el conocimiento que está sobre todas las cosas, que tienen también los que desconocen a Dios? Por antífrasis, pues, llaman conocimiento a la ignorancia de la verdad: y bien dice Pablo: novedades de palabras del falso conocimiento (1 Tim 6,20). Pues verdaderamente su conocimiento ha resultado falso. Pero si, obrando desvergonzadamente además de esto, dijeren que los hombres, ciertamente, no conocieron la verdad, sino que su Madre, [o] la simiente paterna, enunció los misterios de la verdad por medio de tales hombres, como también por medio de los profetas, sin saberlo el Demiurgo: en primer lugar, lo que se ha dicho no era de tal naturaleza que no pudiera entenderlo cualquiera: pues los hombres mismos sabían lo que decían, y también sus discípulos, y los sucesores de estos. Después, si la Madre o la simiente conocían y narraban las cosas de la verdad, y la verdad es el Padre, entonces el Salvador, según ellos, habrá mentido al decir: Nadie ha conocido al Padre sino el Hijo (Mt 11,27). Pues si ha sido conocido o por la Madre o por su simiente, queda deshecho aquello de que nadie ha conocido al Padre sino el Hijo; a no ser que digan que su simiente, o la Madre, no es nadie.

8. Y hasta aquí, por medio de las afecciones humanas, y por decir cosas semejantes a muchos que desconocen a Dios, han parecido arrastrar verosímilmente a algunos; atrayéndolos, por medio de aquello a que están acostumbrados, al discurso que trata de todas las cosas, exponiendo la génesis del Verbo de Dios, y de la Vida, y además del Entendimiento, y asistiendo como parteras a las emisiones de Dios. Pero lo que viene a partir de esto lo han mentido sin verosimilitud y sin demostración, todo a partir de todo. Así como los que, para cazar algún animal, le ponen delante los alimentos a los que está acostumbrado, para atraerlo, halagándolo poco a poco con los pastos habituales hasta que lo cogen; y una vez apresado, lo atan durísimamente y lo arrastran por la fuerza adonde ellos quieren: así también estos, persuadiendo poco a poco, con pitanología, a los que se han acostumbrado a ellos a aceptar la emisión dicha, introducen cosas ni congruentes ni creíbles, las formas de las demás emisiones; diciendo que de Logos y de Zoe fueron emitidos diez Eones, y de Anthropos y de Iglesia, doce: y sin tener de esto ni demostración, ni testimonios, ni verosimilitud, ni absolutamente nada de este tipo, sino en vano y al azar, quieren que se crea que de Logos y de Zoe, que son Eones, fueron emitidos Bythius y Mixis, Inenvejecible y Unión, Natural y Deleite, Inmóvil y Atemperamiento, Monogenes y Macaria.

De Anthropo autem et Ecclesia, similiter Aeonis exsistentibus, emissum esse Paracletum et Pistin, Patricon et Elpida, Metricon et Agapen, Aenon et Synesin; Ecclesiasticum et Macarioteta, Theleton et Sophiam.

9. Hujus autem Sophiae passiones, et errorem, et quemadmodum periclitata est perire propter inquisitionem Patris, quemadmodum dicunt, et extra Pleroma operositatem, et ex quali labe mundi fabricatorem emissum docent, in eo, qui est ante hunc, libro sententias haereticorum enarrantes, cum omni diligentia exposuimus: Christum autem, quem postgenitum his omnibus emissum esse dicunt, et Sotera; aut ex his, qui in labe facti sunt, Aeonibus habuisse substantiam. Necessarie autem nunc nominum istorum meminimus, ut ex istis sit manifestum absurdum eorum mendacium, et confusio fictae nominationis. Ipsi autem detrahunt Aeonibus suis hujusmodi appellationibus multis; ethnicis verisimilia et credibilia apponentibus nomina his, qui vocantur duodecim dii ipsorum, quos et ipsos imagines duodecim Aeonibus esse volunt; imaginibus multo decentiora, et magis potentia, per etymologiam ad intentionem divinitatis adducere nomina habentibus.

Caput XV

Emissionum rationem nullam afferri posse.

1. Revertamur autem nos ad praedictam emissionum quaestionem. Et primo quidem dicant nobis causam hujusmodi emissionis Aeonum, ut nihil tangant eorum quae sunt conditionis. Non enim illa propter conditionem dicunt facta, sed conditionem propter illa; et non illa horum imagines, sed haec illorum esse dicunt. Quemadmodum igitur imaginum causam reddunt dicentes, mensem quidem triginta habere dies propter triginta Aeonas, et diem duodecim horas, et annum duodecim menses, propter duodecim Aeonas, quae sunt intra Pleroma, et quaecunque talia delirant; nunc dicant nobis causam istam Aeonum emissionis, quid quia facta est talis: propter quid autem prima et archegonos omnium octonatio emissa est, et non quinio, vel trinitas, aut septenatio, aut aliquid eorum, quae in alterum numerum confiniuntur? Et quid quia ex Logo et Zoe decem emissi sunt Aeones, et non plures aut minus: et rursus ex Anthropo et Ecclesia duodecim, cum possent et haec, aut plus, aut minus fieri?

2. Universum quoque Pleroma, quid utique tripartitum est in octonationem, et decadem, et duodecadem: et non alterum quemdam, praeter hos, numerum? Et divisio autem ipsa, quid utique in tres, et non in quatuor, vel quinque, vel sex, vel in alterum quemdam facta est numerum nihil tangentes, eorum numerorum, qui sunt conditionis (antiquiora enim illa his dicunt, et oportet ea propriam habere rationem, eam quae est ante constitutionem, sed non eam quae est secundum constitutionem), consentientes ad consonationem.

Y que de Anthropos y de Iglesia, que son igualmente Eones, fueron emitidos Paracletus y Pistis, Patricos y Elpis, Metricos y Agape, Aenos y Synesis, Ecclesiasticus y Macariotes, Theletus y Sophia.

9. Las pasiones y el error de esta Sophia, y cómo, según dicen, estuvo en peligro de perecer a causa de su búsqueda del Padre, y su afanosa actividad fuera del Pleroma, y de qué clase de defecto enseñan que fue emitido el fabricador del mundo, lo hemos expuesto con toda diligencia en el libro anterior a este, narrando las opiniones de los herejes: y a Cristo, del que dicen que fue emitido después de todos estos, nacido más tarde, y a Soter; o que tuvo su sustancia de los Eones que llegaron a ser en el defecto. Y por necesidad hemos recordado ahora estos nombres, para que por ellos se haga manifiesta su absurda mentira, y la confusión de su fingida nomenclatura. Y ellos mismos rebajan a sus Eones con muchos nombres de este tipo; pues los paganos ponen nombres verosímiles y creíbles a los que se llaman sus doce dioses, de los cuales pretenden estos que son también imágenes de los doce Eones; teniendo las imágenes nombres mucho más decorosos, y más poderosos para conducir, por su etimología, a la idea de la divinidad.

Capítulo 15

Que no puede darse razón alguna de las emisiones.

1. Pero volvamos nosotros a la cuestión de las emisiones de la que hablamos antes. Y en primer lugar, que nos digan la causa de semejante emisión de Eones, sin tocar nada de lo que pertenece a la creación. Pues dicen que aquellas cosas no fueron hechas por causa de la creación, sino la creación por causa de ellas; y que no son aquellas imágenes de estas, sino estas de aquellas. Así como dan la causa de las imágenes diciendo que el mes tiene treinta días por los treinta Eones, y el día doce horas, y el año doce meses, por los doce Eones que están dentro del Pleroma, y cuantos otros delirios semejantes dicen; que nos digan ahora la causa de esta emisión de Eones, por qué fue hecha tal: ¿y por qué fue emitido el octonario primero y primordial de todas las cosas, y no un quinario, o un ternario, o un septenario, o alguno de los que se delimitan por otro número? ¿Y por qué de Logos y de Zoe fueron emitidos diez Eones, y no más ni menos; y a su vez de Anthropos y de Iglesia doce, cuando también estos podían haber sido más o menos?

2. También el Pleroma entero, ¿por qué está dividido en tres, en octonario, y Década, y Dodécada, y no en algún otro número fuera de estos? Y la división misma, ¿por qué fue hecha en tres, y no en cuatro, o cinco, o seis, o en algún otro número, sin tocar nada de los números que pertenecen a la creación (pues dicen que aquellos son más antiguos que estos, y que deben tener su propia razón, la que es anterior a la constitución, y no la que es según la constitución), y en concordancia con la armonía?

3. Quam quidem nos de conditione enuntiantes, aptabilia dicimus (apta est enim haec rhythmizatio his quae facta sunt) huic rhythmizationi; illos autem propriam causam de his, quae anteriora sunt, et a semetipsis perfecta, non habentes enuntiare, in summam aporiam incidere necesse est. Quae enim nos de constitutione velut ignorantes interrogant, ipsi de Pleromate econtrario interrogati, vel humanas affectiones enarrabunt, vel in eum descendent sermonem, qui est erga consonantiam quae est in creatura, improprie respondentes de secundis, et non secundum eos de primis. Non enim de ea quae est secundum creaturam consonantia, nec de humanis affectionibus interrogamus eos; sed quia utique Pleroma ipsorum, cujus imaginem creaturam esse dicunt, octiforme, et deciforme, et duodeciforme est, vane et improvide Pleroma ejusmodi figurae effecisse Patrem ipsorum fatebuntur, et deformitatem circumdabunt Patri, si irrationabiliter aliquid fecit. Aut rursus si secundum providentiam Patris dicent sic emissum Pleroma, propter creaturam, uti bene rhythmizati ipsam essentiam; jam non propter se factum erit Pleroma, sed propter eam, quae secundum similitudinem ipsius futura esset imago: (quemadmodum quae de luto est, non propter semetipsam figuratur statua; sed propter eam quae ex aeramento, vel auro, vel argento habet fieri) et honoratior creatura erit quam Pleroma, si propter illam illa emissa sunt.

Caput XVI

Vel mundi conditorem a seipso rerum creandarum imagines accepisse, vel Pleroma ad alterius cujuspiam dispositionis superioris imaginem factum esse; illam vero ad alius, et sic in infinitum.

1. Si autem nulli eorum assentire voluerint, quoniam convincentur a nobis, non habentes reddere causam talis emissionis Pleromatis ipsorum, cogentur concludi, uti confiteantur supra, Pleroma alteram quamdam esse dispositionem magis spiritalem et magis dominantem, secundum quam deformatum est Pleroma ipsorum. Si enim Demiurgus non a semetipso figurationem creaturae fabricavit talem, sed secundum illorum, quae sursum erant, figuram; Bythus ipsorum, qui utique hujusmodi figurationis perfecit esse Pleroma, vel a quo figuram eorum quae ante ipsum facta sunt, accepit?

3. Y nosotros, al hablar de esta armonía a propósito de la creación, decimos cosas acomodadas a esta ordenación rítmica (pues esta ordenación rítmica está acomodada a las cosas que fueron hechas); pero ellos, no teniendo una causa propia que enunciar de las cosas que son anteriores y perfectas por sí mismas, es necesario que caigan en la mayor aporía. Pues lo que nos preguntan a nosotros acerca de la constitución de las cosas, como si lo ignoráramos, ellos mismos, preguntados a su vez acerca del Pleroma, o narrarán afecciones humanas, o descenderán al discurso que trata de la armonía que hay en la creación, respondiendo impropiamente acerca de las cosas segundas, y no acerca de las que, según ellos, son las primeras. Pues no les preguntamos acerca de la armonía que es según la creación, ni acerca de las afecciones humanas; sino que, puesto que su Pleroma, del que dicen que la creación es imagen, es óctuple, y décuple, y duodécuple, confesarán que su Padre hizo un Pleroma de semejante figura en vano y sin previsión, y rodearán al Padre de deformidad, si hizo algo sin razón. O, a su vez, si dijeren que el Pleroma fue emitido así según la providencia del Padre, por causa de la creación, para que su misma esencia fuera bien ordenada por el que le da ritmo, entonces el Pleroma ya no habrá sido hecho por causa de sí mismo, sino por causa de la imagen que había de existir a semejanza suya (así como la estatua de barro no se modela por causa de sí misma, sino por causa de la que ha de hacerse de bronce, o de oro, o de plata), y la creación será más honrada que el Pleroma, si aquellas cosas fueron emitidas por causa de ella.

Capítulo 16

Que o bien el creador del mundo tomó de sí mismo las imágenes de las cosas que había de crear, o bien el Pleroma fue hecho a imagen de alguna otra disposición superior, y esta a imagen de otra, y así hasta el infinito.

1. Pero si no quisieren asentir a ninguna de estas cosas, puesto que serán convencidos por nosotros de no tener causa que dar de semejante emisión de su Pleroma, se verán forzados a quedar encerrados, de modo que confiesen que por encima del Pleroma hay alguna otra disposición más espiritual y más soberana, según la cual fue configurado su Pleroma. Pues si el Demiurgo no fabricó de sí mismo semejante figuración de la creación, sino según la figura de las cosas que estaban arriba; su Bythus, que hizo que el Pleroma fuera de semejante figuración, ¿de quién recibió la figura de las cosas que fueron hechas antes de él?

Oportet enim vel in eo Deo qui fecerit mundum, perseverare sententiam, quoniam sua potestate, et a semetipso accepit exemplum mundi fabricationis: vel si motus quis ab hoc fuerit, semper quaerendi necessitas erit, unde ei, qui super eum est, figuratio eorum quae facta sunt, quis et numerus emissionum, et substantia ipsius exempli? Si autem licuit Bytho a semetipso talem figurationem Pleromatis perficere, quid utique Demiurgo non licuit a semetipso mundum talem fecisse? Rursum igitur si illorum imago conditio est, quid prohibet illa eorum, quae super ea sunt, imagines esse dicere, et quae super ea sunt, rursus aliorum; et in immensas imagines imaginum excidere?

2. Sicut passus est Basilides, cum minime attigisset veritatem, et putans per immensam successionem eorum, quae ex invicem facta sunt, effugere talem aporiam; quando CCCLXV coelos per successionem et similitudinem ab invicem factos enuntiavit, et horum ostensionem esse numerum anni dierum, quemadmodum praediximus: et super hos Virtutem, quam et Innominabilem vocant, et hujus dispositionem: et nec sic quidem effugit talem aporiam. Interrogatus enim unde coelo ei, qui est super omnes, ex quo reliquos per successionem factos vult, figurationis imago? Ab ea dispositione, dicet, quae est secundum Innominabilem. Et aut Innominabilem a semetipso fecisse dicet eam; vel alteram quamdam super hunc potestatem esse consentire necesse habebit, ex qua accepit Innominabilis ejus tantam eorum, quae sunt secundum eum, figurationem.

3. Quanto igitur tutius et diligentius, quod est verum statim initio confiteri, quoniam fabricator Deus hic, qui mundum fecit, solus est Deus, et non est alius Deus praeter eum; ipse a semetipso exemplum et figurationem eorum quae facta sunt, accipiens: quam post tantam irreligiositatem et circuitum defessos, cogi aliquando in aliquo uno statuere sensum, et ex eo figurationem factorum confiteri?

4. Etenim hoc quod imputant nobis qui sunt a Valentino, in ea quae est deorsum hebdomade dicentes nos remanere, quasi non attollentes in altum mentem, neque quae sursum sunt sentientes, quoniam portentiloquium ipsorum non recipimus; hoc idem ipsum qui a Basilide sunt, his imputant, quasi his adhuc circa ea quae deorsum sunt volutantibus usque ad primam et secundam octonationem, et post triginta Aeonas indocte putare eos statim invenisse eum, qui super omnia est, Patrem, non investigantes sensu in id quod est super CCCLXV coelos Pleroma, quae est supra quadraginta quinque ogdoadas.

Pues o es preciso mantenerse en la opinión, respecto del Dios que hizo el mundo, de que por su propia potestad y de sí mismo recibió el modelo de la fabricación del mundo; o, si uno se aparta de esto, habrá siempre necesidad de preguntar de dónde le vino al que está por encima de él la figuración de las cosas que fueron hechas, cuál el número de las emisiones, y la sustancia del modelo mismo. Pero si a Bythus le fue lícito realizar de sí mismo semejante figuración del Pleroma, ¿por qué no le fue lícito al Demiurgo hacer de sí mismo semejante mundo? A su vez, pues, si la creación es imagen de aquellas cosas, ¿qué impide decir que aquellas son imágenes de las que están sobre ellas, y que las que están sobre ellas lo son a su vez de otras, y caer así en imágenes de imágenes sin fin?

2. Como le sucedió a Basílides, que, no habiendo alcanzado en absoluto la verdad, y pensando escapar de semejante aporía mediante una sucesión sin fin de cosas hechas unas de otras, enunció que 365 cielos fueron hechos unos de otros por sucesión y semejanza, y que la demostración de ellos es el número de los días del año, como dijimos antes; y por encima de estos un Poder, al que llaman también el Innombrable, y su disposición: y ni aun así escapó de semejante aporía. Pues, si se le pregunta: ¿de dónde le vino la imagen de su figuración a aquel cielo que está sobre todos, del cual quiere que los demás fueran hechos en sucesión? De aquella disposición, dirá, que es según el Innombrable. Y o dirá que el Innombrable la hizo de sí mismo; o tendrá que admitir que hay otra potestad por encima de él, de la cual recibió su Innombrable tan grande figuración de las cosas que son según él.

3. ¡Cuánto más seguro y diligente, pues, es confesar desde el principio lo que es verdadero: que este Dios, el Fabricador que hizo el mundo, es el único Dios, y que no hay otro Dios fuera de él, recibiendo él mismo de sí mismo el modelo y la figuración de las cosas que fueron hechas; que, fatigados tras tanta irreligiosidad y tanto rodeo, verse forzados al fin a fijar el entendimiento en algún ser único, y a confesar que de él procede la figuración de las cosas hechas!

4. Porque eso mismo que nos imputan los que proceden de Valentín, diciendo que nosotros permanecemos en la Hebdómada de abajo, como si no levantáramos la mente a lo alto ni percibiéramos las cosas de arriba, porque no aceptamos su palabrería monstruosa, eso mismo se lo imputan a ellos los que proceden de Basílides, como si ellos todavía se revolcaran entre las cosas de abajo, hasta el primero y el segundo octonario, y como si, después de los treinta Eones, pensaran neciamente que habían hallado enseguida al Padre que está sobre todas las cosas, sin indagar con el entendimiento el Pleroma que está por encima de los 365 cielos, el cual está por encima de cuarenta y cinco ogdóadas.

Et illis iterum juste quis imputabit, fingens quatuor millia et CCC et LXXX coelos, vel Aeonas; quoniam hi dies anni tantas horas habent. Si autem quis et noctium apponat, duplicans praedictas horas, magnam multitudinem octonationum et innumerabilem quamdam Aeonum operositatem putans adinvenisse, adversus eum qui est super omnia Pater, omnium semetipsum perfectiorem suspicans, eadem omnibus imputabit: quoniam non sufficiant in altitudinem ejus quae ab ipso dicebatur multitudo coelorum, vel Aeonum; sed deficientes vel in ea quae sunt deorsum, vel in medietatem perseverant.

Caput XVII

Quaeritur qualis sit Aeonum emissio, et ostenditur eam, qualiscunque fingatur, ex omni parte repugnare; ipsumque Nun, atque etiam Patrem posita haereticorum hypothesi, ignorantiae labe maculari.

1. Ejus igitur, quae est secundum Pleroma ipsorum, dispositionis, et maxime ejus, quae est secundum primam ogdoadem, tantas contradictiones et aporias habentes, inspiciamus et reliqua; propter illorum insensationem et nos de his quae non sunt quaerentes; necessarie autem et hoc facientes, quoniam hujus rei credita est nobis procuratio, et qui velimus omnes homines ad agnitionem veritatis venire: et quoniam tu ipse postulaveris accipere a nobis multas et universas eversionis eorum occasiones.

2. Quaeritur igitur, quemadmodum emissi sunt reliqui Aeones? Utrum uniti ei qui emiserit, quemadmodum a sole radii, an efficabiliter et partiliter, uti sit unusquisque eorum separatim, et suam figurationem habens, quemadmodum ab homine homo, et a pecude pecus? Aut secundum germinationem, quemadmodum ab arbore rami? Et utrum ejusdem substantiae exsistebant his qui se emiserunt, an ex altera quadam substantia substantiam habentes? Et utrum in eodem emissi sunt, ut ejusdem temporis essent sibi; an secundum ordinem quemdam, ita ut antiquiores quidam ipsorum, alii vero juniores essent? Et utrum simplices quidem et uniformes, et undique sibi aequales et similes, quemadmodum spiritus et lumina emissa sunt; an compositi et differentes, dissimiles membris suis?

3. Sed si quidem efficabiliter et secundum suam genesin unusquisque illorum emissus est secundum hominum similitudinem; vel generationes Patris erunt ejusdem substantiae ei et similes generatori; vel si dissimiles parebunt, ex altera quadam substantia confiteri eos esse necesse est. Et si quidem Patris generationes similes emissori, impassibilia perseverabunt ea quae emissa sunt, quemadmodum et is qui emisit illa; si autem ex altera quadam substantia, quae est capax passionum, unde haec dissimilis substantia intra illud, quod est incorruptelae, Pleroma?

Y a su vez alguien podría con justicia imputárselo a ellos, fingiendo 4.380 cielos, o Eones, puesto que los días del año tienen otras tantas horas. Y si alguien añade también las de las noches, duplicando las horas dichas, y piensa haber descubierto una gran multitud de octonarios y una innumerable afanosa actividad de Eones contra el Padre que está sobre todas las cosas, creyéndose más perfecto que todos, imputará lo mismo a todos: que la multitud de cielos o de Eones de la que ellos hablaban no alcanza a su altura, sino que, quedándose cortos, permanecen o en las cosas de abajo o en el Medio.

Capítulo 17

Se pregunta de qué clase es la emisión de los Eones, y se muestra que, como quiera que se la imagine, se contradice por todas partes; y que, supuesta la hipótesis de los herejes, el mismo Nus, y aun el Padre, queda manchado con el defecto de la ignorancia.

1. Puesto que tenemos, pues, tantas contradicciones y aporías contra la disposición que es según su Pleroma, y sobre todo contra la que es según la primera Ogdóada, examinemos también lo demás; indagando también nosotros, a causa de su insensatez, acerca de cosas que no son; pero haciéndolo por necesidad, ya que se nos ha confiado el cargo de este asunto, y porque queremos que todos los hombres lleguen al conocimiento de la verdad: y porque tú mismo has pedido recibir de nosotros muchos y todos los medios de derrocarlos.

2. Se pregunta, pues: ¿cómo fueron emitidos los demás Eones? ¿Unidos al que los emitió, como los rayos del sol, o eficazmente y por partes, de modo que cada uno de ellos esté separado y tenga su propia figuración, como el hombre del hombre y la bestia de la bestia? ¿O por germinación, como las ramas de un árbol? ¿Y eran de la misma sustancia que los que los emitieron, o tenían su sustancia de alguna otra sustancia? ¿Y fueron emitidos a la vez, de modo que fueran del mismo tiempo unos y otros; o según un cierto orden, de modo que unos de ellos fueran más antiguos y otros más jóvenes? ¿Y fueron emitidos simples y uniformes, y por todas partes iguales y semejantes a sí mismos, como los espíritus y las luces; o compuestos y diferentes, desemejantes en sus miembros?

3. Pero si cada uno de ellos fue emitido efectivamente y según su propia génesis, a semejanza de los hombres, o las generaciones del Padre serán de la misma sustancia que él y semejantes al que las engendró; o, si aparecen desemejantes, es necesario confesar que son de alguna otra sustancia. Y si las generaciones del Padre son semejantes al emisor, las cosas que fueron emitidas permanecerán impasibles, como también el que las emitió; pero si son de alguna otra sustancia, capaz de pasiones, ¿de dónde esta sustancia desemejante dentro del Pleroma, que es de incorrupción?

Adhuc etiam secundum hanc rationem unusquisque eorum separatim divisus ab altero intelligetur, quemadmodum homines, non admistus, nec unitus alter altero, sed in figuratione discreta, et circumscriptione definita, et magnitudinis quantitate unusquisque ipsorum deformatus; quae propria corporis sunt, et non spiritus. Jam igitur non spiritale Pleroma esse dicant, nec semetipsos spiritales; siquidem, velut homines, Aeones ipsorum epulantes sedent apud Patrem, et ipsum tali figuratione exsistentem quemadmodum detegunt eum qui ab eo emissi sunt.

4. Si autem, velut a lumine lumina accensa, sunt Aeones a Logo, Logos autem a Nu, et Nus a Bytho, velut, verbi gratia, a facula faculae; generatione quidem et magnitudine fortasse distabunt ab invicem: ejusdem autem substantiae cum sint cum principe emissionis ipsorum, aut omnes impassibiles perseverant, aut et Pater ipsorum participabit passiones. Neque enim quae postea accensa est facula, alterum lumen habebit quam illud quod ante eam fuit. Quapropter et lumina ipsorum composita in unum, in principalem unitionem recurrunt, cum fiat unum lumen quod fuit et a principio. Quod autem juvenius est et antiquius, neque in ipso lumine intelligi potest (unum enim lumen est totum), nec in ipsis quae perceperunt lumen faculis (etenim ipsae secundum substantiam materiae id tempus habent; una enim et eadem est facularum materia): sed tantum secundum accensionem, quoniam altera quidem ante pusillum tempus, altera autem nunc accensa est.

5. Labes igitur ejus, quae est secundum ignorantiam, passionis, aut universo similiter Pleromati ipsorum proveniet, cum sint ejusdem substantiae, et erit in ignorantiae labe, id est semetipsum ignorans propator: aut similiter omnia impassibilia perseverabunt ea, quae sunt intra Pleroma, lumina. Unde igitur circa juniorem Aeonem passio, si paternum lumen est, ex quo omnia constituta sunt lumina quod naturaliter impassibile est? Quomodo autem et juvenior aliquis, aut senior in ipsis Aeon dici potest, cum sit unum lumen totius Pleromatis? Et si quis stellas dicat eos, nihilominus eadem universi apparebunt natura participantes. Etenim si stella a stella in claritate differt, sed non secundum qualitatem, nec secundum substantiam, secundum quam passibile aliquid vel impassibile est; sed aut universos, ex lumine cum sint paterno, naturaliter impassibiles et immutabiles esse oportet: aut universi cum paterno lumine et passibiles, et commutationum corruptionis capaces sunt.

6. Haec autem eadem ratio sequetur, etsi, velut ab arbore ramos, dicant a Logo natam esse emissionem Aeonum; cum Logos a Patre ipsorum generationem habeat; ejusdem enim substantiae omnes inveniuntur cum Patre, tantum secundum magnitudinem, sed non secundum naturam differentes ab invicem, et magnitudinem complentes Patris, quemadmodum digiti complent manum. Si igitur Pater in passione et ignorantia, et ii utique, qui ex eo generati sunt, Aeones.

Además, según esta razón, cada uno de ellos se entenderá dividido por separado del otro, como los hombres, no mezclado ni unido el uno con el otro, sino configurado cada uno de ellos en una figuración distinta, y en una circunscripción definida, y en una cantidad de magnitud: cosas que son propias del cuerpo, y no del espíritu. Que no digan ya, pues, que el Pleroma es espiritual, ni que ellos mismos son espirituales; si es que sus Eones, como hombres, se sientan a banquetear junto al Padre, y él mismo existe en semejante figuración, tal como lo descubren los que fueron emitidos por él.

4. Pero si, como luces encendidas de una luz, los Eones proceden de Logos, y Logos de Nus, y Nus de Bythus, como, por ejemplo, antorchas de una antorcha, se diferenciarán quizá unos de otros por la generación y por el tamaño; pero, siendo de la misma sustancia que el principio de su emisión, o todos permanecen impasibles, o también su Padre participará de las pasiones. Pues la antorcha que fue encendida después no tendrá una luz distinta de la que hubo antes de ella. Por lo cual también sus luces, reunidas en una, vuelven a la unión originaria, puesto que se hace una sola luz, la que existía también desde el principio. Y lo que es más joven y más antiguo no puede entenderse ni en la luz misma (pues toda la luz es una sola), ni en las antorchas mismas que recibieron la luz (pues según la sustancia de su materia tienen el mismo tiempo; pues una y la misma es la materia de las antorchas): sino solo según el encendido, ya que la una fue encendida un poco antes, y la otra ahora.

5. El defecto, pues, de la pasión que es según la ignorancia, o le sobrevendrá igualmente a todo su Pleroma, puesto que son de la misma sustancia, y el Propator estará en el defecto de la ignorancia, es decir, ignorándose a sí mismo; o todas las luces que están dentro del Pleroma permanecerán igualmente impasibles. ¿De dónde, pues, la pasión en torno al Eón más joven, si es la luz paterna, de la cual fueron constituidas todas las luces, la que es por naturaleza impasible? ¿Y cómo puede llamarse a algún Eón entre ellos más joven o más viejo, siendo una sola la luz de todo el Pleroma? Y si alguien dice que son estrellas, no por eso dejarán todos de aparecer como partícipes de la misma naturaleza. Pues si una estrella difiere de otra estrella en claridad (1 Cor 15,41), no es, sin embargo, según la cualidad, ni según la sustancia, según la cual algo es pasible o impasible; sino que, o todos ellos, siendo de la luz paterna, deben ser por naturaleza impasibles e inmutables, o todos, junto con la luz paterna, son a la vez pasibles y capaces de las mudanzas de la corrupción.

6. Y la misma razón se seguirá aunque digan que la emisión de los Eones nació de Logos como las ramas de un árbol, puesto que Logos tiene su generación de su Padre; pues todos resultan ser de la misma sustancia que el Padre, diferenciándose unos de otros solo en el tamaño, y no en la naturaleza, y completando la grandeza del Padre, como los dedos completan la mano. Si, pues, el Padre está en pasión e ignorancia, también lo están, sin duda, los Eones que fueron engendrados de él.

Si autem impium est Patri omnium ignorantiam et passionem affingere, quomodo ab eo emissum dicunt Aeonem passibilem, et hoc ipsi Sophiae Dei eamdem impietatem affingentes, semetipsos religiosos esse dicent?

7. Si autem, quomodo a sole radios, Aeonas ipsorum emissiones habuisse dicent, ejusdem substantiae et de eodem omnes cum sint, aut omnes capaces passionis erunt cum eo, qui ipsos emisit, aut omnes impassibiles perseverabunt. Non enim jam quosdam impassibiles, quosdam autem passibiles possunt ex tali emissione confiteri. Si igitur omnes impassibiles dicunt, ipsi suum argumentum dissolvunt. Quomodo enim passus est minor Aeon, si omnes erant impassibiles? Si autem omnes dicunt participasse passionis hujus, quemadmodum quidam audent dicere, quia a Logo quidem coepit, derivatio autem in Sophiam; in Logum, hujus Nun Propatoris, passionem revocantes, arguentur et Nun Propatoris, et ipsum Patrem in passione fuisse confitentes. Non enim ut compositum animal quiddam est omnium Pater, praeter Nun, quemadmodum praeostendimus; sed Nus Pater, et Pater Nus. Necesse est itaque et eum, qui ex eo est Logos, imo magis autem ipsum Nun, cum sit Logos, perfectum et impassibilem esse; et eas quae ex eo sunt emissiones, ejusdem substantiae cum sint, cujus et ipse, perfectas, et impassibiles, et semper similes cum eo perseverare, qui eas emisit.

8. Non igitur jam Logos quasi tertium ordinem generationis habens ignoravit Patrem, quemadmodum docent hi: hoc enim in hominum quidem generatione fortasse putabitur verisimile esse, eo quod saepe ignorant suos parentes; in Logo autem Patris omnimodo impossibile est. Si enim exsistens in Patre cognoscit, hunc in quo est, hoc est semetipsum, non ignorat: et quae ab hoc sunt emissiones, virtutes ejus exsistentes, et semper ei assistentes, non ignorabunt eum, qui se emisit, quemadmodum nec radii solem. Non capit igitur Dei Sophiam, eam quae intra Pleroma est, cum sit a tali emissione, sub passione cecidisse, et talem ignorantiam concepisse. Possibile est autem eam, quae est a Valentino, sapientiam, cum sit de diaboli emissione, in omni passione fieri, et profundum ignorantiae fructificare. Ubi enim ipsi testimonium perhibent de Matre sua, dicentes eam Aeonis errantis generationem esse, jam non quaerere oportet causam, propter quam filii hujusmodi Matris ignorantiae semper natent in profundo.

9. Praeter has autem emissiones ego quidem jam non intelligo alteram posse eos dicere; sed ne ipsi quidem alteram quamdam proprietatem emissam reddentes aliquando, cogniti sunt nobis, licet valde multam de hujusmodi speciebus quaestionem habuerimus cum eis: hoc autem solum dicunt, quoniam emissi sunt unusquisque illorum, et illum tantum cognovisse, qui se emisit, ignorans autem eum, qui ante illum est. Jam non autem cum ostensione progrediuntur, quemadmodum emissi sunt, aut quomodo capit tale quid in spiritalibus fieri.

Pero si es impío atribuir ignorancia y pasión al Padre de todos, ¿cómo dicen que fue emitido por él un Eón pasible, y, atribuyendo esa misma impiedad a la Sophia misma de Dios, se dirán religiosos?

7. Pero si dijeren que sus Eones tuvieron sus emisiones como los rayos del sol, entonces, siendo todos de la misma sustancia y del mismo origen, o todos serán capaces de pasión junto con el que los emitió, o todos permanecerán impasibles. Pues a partir de semejante emisión ya no pueden confesar que unos son impasibles y otros pasibles. Si, pues, dicen que todos son impasibles, ellos mismos deshacen su trama. Pues ¿cómo padeció el Eón menor, si todos eran impasibles? Pero si dicen que todos participaron de esta pasión, como algunos se atreven a decir, que comenzó en Logos, pero que su derivación fue hacia Sophia, entonces, remontando la pasión a Logos, y a este Nus del Propator, quedarán convictos de confesar que tanto el Nus del Propator como el Padre mismo estuvieron en pasión. Pues el Padre de todos no es una especie de ser vivo compuesto, distinto de Nus, como hemos mostrado antes; sino que Nus es el Padre, y el Padre es Nus. Es necesario, por tanto, que también el Logos que procede de él, o más bien el mismo Nus, siendo Logos, sea perfecto e impasible; y que las emisiones que proceden de él, siendo de la misma sustancia que él, permanezcan perfectas, e impasibles, y siempre semejantes al que las emitió.

8. No es verdad, pues, que Logos, por tener el tercer orden de la generación, desconociera al Padre, como enseñan estos: pues esto quizá se tendrá por verosímil en la generación de los hombres, porque a menudo desconocen a sus padres; pero en el Logos del Padre es de todo punto imposible. Pues si, existiendo en el Padre, conoce a aquel en quien está, no se desconoce a sí mismo: y las emisiones que proceden de él, siendo sus poderes y asistiéndolo siempre, no desconocerán al que las emitió, como tampoco los rayos al sol. No cabe, pues, que la Sophia de Dios, la que está dentro del Pleroma, siendo de semejante emisión, cayera bajo la pasión y concibiera semejante ignorancia. Pero es posible que la sabiduría que procede de Valentín, siendo de la emisión del diablo, llegue a estar en toda pasión, y dé por fruto una profundidad de ignorancia. Pues cuando ellos mismos dan testimonio de su Madre, diciendo que es generación de un Eón errante, ya no hay que buscar la causa por la que los hijos de semejante Madre naden siempre en la profundidad de la ignorancia.

9. Fuera de estas emisiones, yo, por mi parte, no entiendo qué otra puedan nombrar; ni se nos ha dado a conocer que ellos mismos hayan dado alguna vez otra propiedad de la emisión, aunque hemos tenido con ellos muchísima discusión acerca de tales especies: solo dicen esto, que fue emitido cada uno de ellos, y que conoció solo al que lo emitió, pero desconocía al que estaba antes de aquel. Pero no avanzan con demostración alguna para mostrar cómo fueron emitidos, o cómo cabe que tal cosa suceda entre los seres espirituales.

Quacunque enim progressi fuerint, obligabuntur, et a recta ratione circumeuntes circa veritatem, in tantum uti eum, qui est a Nu Propatoris ipsorum emissus Sermo, in deminorationem eum emissum dicant, (Nun enim perfectum a perfecto Bytho progeneratum jam non potuisse eam, quae ex eo est, emissionem facere perfectam, sed obcaecatam circa agnitionem et magnitudinem Patris: et Salvatorem symbolum mysterii hujus ostendisse in eo, qui a nativitate caecus fuit, quoniam sic caecus emissus est a Monogene Aeon, id est ignorantia,) ignorantiam et caecitatem commentientes Verbo Dei, secundam secundum eos a Propatore emissionem habenti. Admirabiles sophistae, et altitudines investigantes incogniti Patris, et supercoelestia sacramenta enarrantes, in quae cupiunt angeli prospicere! uti discant quoniam a Nu ejus Patris, qui super omnia est, emissum Verbum, caecum emissum, id est ignorans Patrem, qui se emisit.

10. Et quemadmodum, o vanissimi sophistae, Nus Patris, imo etiam ipse Pater, cum sit Nus et perfectus in omnibus, imperfectum et caecum Aeonem emisit suum Logon, cum possit statim et agnitionem Patris cum eo emittere? Quemadmodum Christum postgenitum quidem reliquis, perfectum autem dicitis emissum; multo magis igitur, qui est eo aetate provectior Logos, ab eodem Nu perfectus utique emitteretur, et non caecus: nec ille rursus plus caecos quam se Aeonas emitteret, quoadusque Sophia vestra semper excaecata, tantam malorum enixa est substantiam. Et hujus malitiae causa est Pater vester; magnitudinem enim et virtutem Patris causas ignorantiae esse dicitis, Bytho assimilantes eum, et nomen hoc ei apponentes innominabili Patri. Si autem ignorantia malum, omnia autem mala ex ea floruisse definitis, hujus autem causam magnitudinem et virtutem Patris dicentes, malorum factorem eum ostenditis. Id enim, quod non potuerit contemplari magnitudinem ejus, causam dicitis mali. Sed si quidem impossibile erat Patri notum semetipsum ab initio his, quae ab eo facta sunt, facere; inincusabilis erat, qui non poterat ignorantiam auferre eorum, qui post se sunt. Si autem postea volens, eam quae secundum progressionem emissionum aucta fuerat, ignorantiam et inseminatam Aeonibus, auferre potuit, multo magis prius eam, quae nondum erat, ignorantiam volens non permitteret fieri.

11. Quoniam igitur quando voluit agnitus est, non tantum Aeonibus, sed et his, qui in novissimis temporibus erant hominibus; non volens autem ab initio agnosci, ignoratus est: causa ignorantiae secundum vos est voluntas Patris. Si enim praesciebat haec sic futura, quare utique, priusquam fieret, non abscidit ignorantiam ipsorum, quam postea, velut ex poenitentia, curat per emissionem Christi? Quam enim per Christum agnitionem omnibus fecit, multo ante poterat facere per Logon, qui et primogenitus erat Monogenus.

Pues por dondequiera que avancen, quedarán atados, y, rodeando la verdad lejos de la recta razón, llegan hasta decir que el Discurso que fue emitido del Nus de su Propator fue emitido en disminución (pues Nus, dicen, engendrado perfecto del perfecto Bythus, ya no pudo hacer perfecta la emisión que procede de él, sino cegada en cuanto al conocimiento y a la grandeza del Padre: y el Salvador mostró un símbolo de este misterio en el que fue ciego de nacimiento, porque así fue emitido ciego por Monogenes el Eón, es decir, la ignorancia), atribuyendo falsamente ignorancia y ceguera al Verbo de Dios, que según ellos tiene la segunda emisión a partir del Propator. ¡Admirables sofistas, que indagan las alturas del Padre desconocido, y narran los misterios supracelestes en los que los ángeles desean asomarse (1 Pe 1,12)! para que aprendan que el Verbo emitido del Nus de aquel Padre que está sobre todas las cosas fue emitido ciego, es decir, ignorando al Padre que lo emitió.

10. ¿Y cómo, oh vanísimos sofistas, el Nus del Padre, o más aún el Padre mismo, siendo Nus y perfecto en todo, emitió a su Logos como un Eón imperfecto y ciego, pudiendo emitir enseguida junto con él también el conocimiento del Padre? Así como decís que Cristo, nacido después de los demás, fue sin embargo emitido perfecto; mucho más, pues, el Logos, que es más avanzado en edad que él, habría sido emitido perfecto por el mismo Nus, y no ciego: ni él a su vez habría emitido Eones más ciegos que él, hasta que vuestra Sophia, cegada para siempre, dio a luz tan grande sustancia de males. Y la causa de esta malicia es vuestro Padre; pues decís que la grandeza y el poder del Padre son causas de la ignorancia, asemejándolo a Bythus, y poniendo este nombre al Padre innombrable. Pero si la ignorancia es un mal, y establecéis que todos los males han brotado de ella, y decís que su causa es la grandeza y el poder del Padre, mostráis que él es el hacedor de los males. Pues decís que la causa del mal es el no haber podido contemplar su grandeza. Pero si era imposible para el Padre darse a conocer desde el principio a los que fueron hechos por él, era inculpable, puesto que no podía quitar la ignorancia de los que vienen después de él. Pero si después, queriéndolo, pudo quitar la ignorancia que había crecido con el avance de las emisiones y había sido sembrada en los Eones, mucho más, queriéndolo, no habría permitido antes que llegara a existir esa ignorancia que aún no existía.

11. Puesto que, pues, cuando quiso, fue conocido, no solo por los Eones, sino también por los hombres que vivían en los últimos tiempos; pero, no queriendo ser conocido desde el principio, fue desconocido: la causa de la ignorancia, según vosotros, es la voluntad del Padre. Pues si sabía de antemano que estas cosas habían de ser así, ¿por qué no cortó su ignorancia antes de que llegara a ser, la ignorancia que después, como por penitencia, cura mediante la emisión de Cristo? Pues el conocimiento que dio a todos por medio de Cristo, podía haberlo dado mucho antes por medio de Logos, que era también el primogénito de Monogenes.

Vel si praesciens voluit fieri haec, semper perseverant ignorantiae opera, et nunquam praetereunt. Quae enim ex voluntate Propatoris vestri facta sunt, perseverare oportet cum voluntate ejus qui voluit: vel si praetereunt haec, cum his praeteriet et voluntas ejus, qui substantiam ea habere voluit. Quid enim et discentes requieverunt Aeones, et perfectam agnitionem perceperunt, quoniam incapabilis est et incomprehensibilis Pater? Hanc autem agnitionem habere potuerunt priusquam in passionibus fierent: non enim deminorabatur magnitudo Patris ab initio scientibus his, quia incapabilis et incomprehensibilis est Pater. Si enim propter immensam magnitudinem ignorabatur, et propter immensam dilectionem impassibiles debebat conservare eos qui ex se nati erant: quoniam nihil prohibebat, sed magis utile erat, ab initio cognovisse eos, quoniam incapabilis et incomprehensibilis est Pater.

Caput XVIII

Sophiam nec ignorantia laborare, nec quidquam, Patrem investigando, pati, aut in apertum discrimen venire potuisse. Enthymesin ejus ab illa separari non potuisse, multo minus proprias affectiones habere.

1. Quomodo autem non vanum est, quod etiam Sophiam ejus dicunt in ignorantia, et in deminoratione, et in passione fuisse? Haec enim aliena sunt a Sophia, et contraria; sed nec affectiones ejus sunt. Ubi enim est improvidentia et ignorantia utilitatis, ibi Sophia non est. Non jam igitur Sophiam passum Aeonem vocent; sed aut vocabulum ejus, aut passiones praetermittant. Et Plenitudinem autem universam non dicant spiritalem, si intra ipsam Aeon hic, cum esset in passionibus tantis, conversatus est. Haec enim ne anima quidem fortis, non dicam spiritalis substantia, percipiet.

2. Quomodo autem rursus Enthymesis ejus cum passione procedens separatim poterat fieri? Enthymesis enim esse intelligitur erga aliquem; ipsa autem seorsum nunquam fiet. Exterminatur enim et absorbetur mala a bona enthymesi, quemadmodum aegrimonium ab incolumitate. Quae enim erat prior Enthymesis passionis? Exquirere Patrem, et magnitudinem ejus considerare. Quid autem suasa est postea, et convaluit? Quoniam incomprehensibilis, et qui inveniri non possit, est Pater. Non igitur bonum erat, quod vellet cognoscere Patrem; et propter hoc est et passibile; sed quando suasa est quoniam investigabilis esset Pater; et convalescens. Sed ille ipse Nus, qui quaerebat Patrem, cessavit secundum eos adhuc quaerere, discens quoniam incomprehensibilis est Pater.

O si, sabiéndolo de antemano, quiso que estas cosas llegaran a ser, las obras de la ignorancia perduran para siempre, y nunca pasan. Pues lo que fue hecho por voluntad de vuestro Propator debe perdurar junto con la voluntad del que lo quiso; o, si estas cosas pasan, con ellas pasará también la voluntad del que quiso que tuvieran sustancia. Pues ¿qué fue lo que aprendieron los Eones para hallar reposo y recibir el conocimiento perfecto? ¿Que el Padre es incontenible e incomprensible? Pero este conocimiento podían haberlo tenido antes de llegar a estar en pasiones: pues no habría disminuido la grandeza del Padre si ellos hubieran sabido desde el principio que el Padre es incontenible e incomprensible. Pues si era desconocido a causa de su grandeza inmensa, también debía, a causa de su inmenso amor, conservar impasibles a los que habían nacido de él: ya que nada lo impedía, sino que era más útil que ellos hubieran conocido desde el principio que el Padre es incontenible e incomprensible.

Capítulo 18

Que Sophia no pudo padecer ignorancia, ni sufrir nada al indagar al Padre, ni caer en peligro manifiesto. Que su Enthymesis no pudo separarse de ella, y mucho menos tener afecciones propias.

1. ¿Y cómo no es vano lo que dicen, que también su Sophia estuvo en ignorancia, y en disminución, y en pasión? Pues estas cosas son ajenas a Sophia, y contrarias; ni son tampoco afecciones suyas. Pues donde hay imprevisión e ignorancia de lo útil, allí no está Sophia. Que no llamen ya, pues, Sophia al Eón que padeció; sino que renuncien o a su nombre o a sus pasiones. Y que no llamen espiritual a la Plenitud entera, si dentro de ella vivió este Eón estando en tantas pasiones. Pues ni siquiera un alma fuerte, por no decir una sustancia espiritual, padecerá estas cosas.

2. ¿Y cómo, a su vez, podía su Enthymesis, saliendo con la pasión, llegar a existir por separado? Pues la Enthymesis se entiende como existente respecto de alguien; por sí sola nunca llegará a existir. Pues la mala enthymesis es expulsada y absorbida por la buena, como la enfermedad por la salud. Pues ¿cuál era la Enthymesis anterior a la pasión? Indagar al Padre, y considerar su grandeza. ¿Y de qué fue persuadida después, de modo que se restableció? De que el Padre es incomprensible, y no puede ser hallado. No era bueno, pues, que quisiera conocer al Padre; y por eso es también pasible; pero cuando fue persuadida de que el Padre era inescrutable, entonces se iba también restableciendo. Pero el mismo Nus, que buscaba al Padre, dejó, según ellos, de buscarlo más, al aprender que el Padre es incomprensible.

3. Quemadmodum igitur Enthymesis poterat separata concipere passiones, quae et ipsae affectiones ejus erant? Affectio enim erga aliquem fit, ipsa autem seorsum non potest esse, nec constare. Non solum autem instabile hoc est, sed etiam contrarium ei, quod est a Domino nostro dictum: Quaerite, et invenietis. Dominus enim quaerendo et inveniendo Patrem, perfectos consummat discipulos; is autem, qui sursum est, Christus ipsorum, per id quod praecepit Aeonibus non quaerere Patrem, suadens quoniam etsi multum laboraverint, non eum invenient, perfectos eos consummavit. Et siquidem perfectos aiunt in eo, quod dicant invenisse Bythum ipsorum; Aeonas autem in eo, quod suasi sint quoniam investigabilis est, qui ab eis inquirebatur.

4. Cum igitur ipsa Enthymesis non posset sine Aeone separatim consistere, adhuc majus inferunt mendacium de passione ejus, separatim rursus dividentes eam, et hanc esse substantiam dicentes materiae. Quasi non esset lumen Deus, nec adesset sermo qui posset eos arguere et evertere nequitiam ipsorum. Utique enim quodcunque sentiebat Aeon, hoc et patiebatur; et quod patiebatur hoc et sentiebat: et non aliud erat apud eos Enthymesis ejus nisi passio incomprehensibilem comprehendere excogitantis, et passio Enthymesis: impossibilia enim sentiebat. Quemadmodum itaque poterat affectio et passio ab Enthymesi seorsum separari, et substantia tantae materiae fieri, quando et ipsa Enthymesis passio erat, et passio Enthymesis? Nec igitur Enthymesis sine Aeone, nec affectiones sine Enthymesi separatim habere possunt substantiam; et soluta est et hic rursus regula ipsorum.

5. Quemadmodum autem et solvebatur et patiebatur Aeon? Siquidem ejusdem substantiae, cujus et Pleroma, erat; Pleroma autem universum ex Patre. Quod enim simile est, in simili non dissolvetur in nihilum, nec perire periclitabitur, sed magis perseverabit et augescet; quemadmodum ignis in igne, et spiritus in spiritu, et aqua in aqua: quae autem sunt contraria, a contrariis patiuntur, et vertuntur, et exterminantur. Et sic si fuisset luminis emissio, non pateretur, nec periclitaretur in simili lumine, sed magis effulgesceret et augesceret, quemadmodum dies a sole: etenim Bythum imaginem Patris sui esse dicunt. Quaecunque sunt peregrina, et sibi extranea animalia, atque contraria natura, periclitantur et corrumpuntur: quae autem sibi assueta sunt, et cognata, nullum patiuntur periculum in eo conversantia, sed et salutem et vitam ex eo acquirunt.

3. ¿Cómo, pues, podía la Enthymesis, separada, concebir pasiones, que eran ellas mismas afecciones suyas? Pues la afección se da respecto de alguien; por sí sola no puede ser, ni subsistir. Y no solo es esto inestable, sino también contrario a lo que fue dicho por nuestro Señor: Buscad, y hallaréis (Mt 7,7). Pues el Señor hace perfectos a sus discípulos buscando y hallando al Padre; pero aquel que está arriba, su Cristo, hizo perfectos a los Eones mandándoles no buscar al Padre, persuadiéndolos de que, aunque se esforzaran mucho, no lo hallarían. Y así dicen que ellos mismos son perfectos en cuanto afirman haber hallado a su Bythus; y que los Eones lo son en cuanto fueron persuadidos de que es inescrutable aquel a quien buscaban.

4. Puesto que, pues, la Enthymesis misma no podía subsistir por separado sin el Eón, introducen una mentira todavía mayor acerca de su pasión, dividiéndola de nuevo por separado, y diciendo que ella es la sustancia de la materia. Como si Dios no fuera luz, ni hubiera a mano una palabra que pudiera refutarlos y derrocar su maldad. Pues, en efecto, todo lo que el Eón sentía, eso también padecía; y lo que padecía, eso también sentía: y su Enthymesis no era, para ellos, otra cosa que la pasión del que maquinaba comprender lo incomprensible, y la pasión era la Enthymesis: pues sentía cosas imposibles. ¿Cómo, pues, podía la afección y la pasión separarse aparte de la Enthymesis, y llegar a ser sustancia de tanta materia, cuando la Enthymesis misma era la pasión, y la pasión era la Enthymesis? Así pues, ni la Enthymesis sin el Eón, ni las afecciones sin la Enthymesis, pueden tener sustancia por separado; y también aquí queda de nuevo deshecha su regla.

5. ¿Y cómo el Eón se iba disolviendo y padecía? Si es que era de la misma sustancia que el Pleroma; y el Pleroma entero procede del Padre. Pues lo que es semejante no se disolverá en la nada dentro de lo semejante, ni correrá peligro de perecer, sino que más bien perdurará y crecerá; como el fuego en el fuego, y el espíritu en el espíritu, y el agua en el agua: pero las cosas que son contrarias padecen por las contrarias, y se transforman, y son destruidas. Y así, si hubiera sido una emisión de luz, no habría padecido, ni corrido peligro, en una luz semejante, sino que más bien habría resplandecido y crecido, como el día por el sol: pues dicen que Bythus es la imagen de su Padre. Todos los seres vivos que son extraños y ajenos entre sí, y contrarios por naturaleza, corren peligro y se corrompen: pero los que están habituados unos a otros, y son afines, no sufren ningún peligro al convivir, sino que incluso adquieren de ello seguridad y vida.

Si igitur ejusdem substantiae, cujus et universum Pleroma, ex eo emissus fuisset hic Aeon, nunquam demutationem perciperet, cum esset in similibus et assuetis conversans, spiritalis in spiritalibus. Timor enim, et expavescentia, et passio, et dissolutio, et talia, in his quidem quae sunt secundum nos, et corporalibus, fortassis fiant a contrariis: in spiritalibus autem, et diffusum habentibus lumen, jam non tales consequuntur calamitates. Sed mihi videntur ejus passionem, qui est apud comicum Menandrum valde amans et odibilis, Aeoni suo circumdedisse. Magis enim infeliciter amantis cujusdam hominis apprehensionem, et mentis conceptionem habuerunt, qui haec finxerunt, quam spiritalis et divinae substantiae.

6. Super haec quoque excogitare de quaerendo perfectum Patrem; et velle intra eum fieri, et habere ejus comprehensionem; non ignorantiam, nec passionem poterat inficere, et hoc Aeoni spiritali; sed magis perfectionem, et impassibilitatem, et veritatem. Nec enim ipsi, cum sint homines, excogitantes de eo, qui ante ipsos est, et velut jam comprehendentes perfectum, et intra ejus constituti agnitionem, dicunt semetipsos in passione consternationis esse, sed magis in agnitione et apprehensione veritatis. Etenim Salvatorem, Quaerite et invenietis, discipulis propter hoc dixisse dicunt, ut eum, qui ab ipsis per excogitationem fictus est, super fabricatorem omnium, inenarrabilem Bythum quaerant: et semetipsos perfectos esse volunt, quoniam inquirentes invenerunt perfectum, cum adhuc sint in terra: eum autem, qui intra Pleroma sit, Aeonem, totum spiritalem, quaerentem Propatorem, et intra magnitudinem ejus conantem fieri, et comprehensionem paternae veritatis concupiscentem habere, in passionem dicunt recidisse: et passionem talem, ut nisi ei occurrisset virtuti, quae omnia firmat, dissolutus fuisset in universam substantiam, et exterminatus.

7. Vesana est haec praesumptio, et vere destitutorum a veritate sensus hominum. Quoniam Aeon hic melior est quam ipsi, et vetustior, ipsi quoque confitentur, secundum suam regulam, dicentes se esse conceptum Enthymeseos ejus Aeonis qui passus est; ita ut sit hic Aeon Matris ipsorum pater, id est avus ipsorum. Et posterioribus quidem nepotibus exquisitio Patris veritatem, et perfectionem, et confirmationem, et eliquationem a fluxibili materia facit, sicut dicunt, et reconciliationem ad Patrem: avo autem ipsorum haec eadem inquisitio ignorantiam, et passionem, et expavescentiam, et timorem, et consternationem infecit, ex quibus et substantiam materiae factam dicunt.

Si, pues, este Eón hubiera sido emitido de él con la misma sustancia que el Pleroma entero, nunca habría sufrido cambio, ya que vivía entre cosas semejantes y habituales, espiritual entre espirituales. Pues el temor, y el espanto, y la pasión, y la disolución, y cosas tales, en las cosas que son nuestras, y en las corporales, quizá se produzcan por los contrarios: pero en los seres espirituales, y que tienen la luz difundida, ya no se siguen semejantes calamidades. Pero me parece que han revestido a su Eón con la pasión de aquel que, en el poeta cómico Menandro, está muy enamorado y es odiado. Pues los que fingieron estas cosas tuvieron en la mente la aprehensión y la concepción de algún hombre infelizmente enamorado, más que de una sustancia espiritual y divina.

6. Además, el pensar en buscar al Padre perfecto, y el querer estar dentro de él, y tener comprensión de él, no podía producir ignorancia ni pasión, y eso en un Eón espiritual; sino más bien perfección, e impasibilidad, y verdad. Pues ellos mismos, siendo hombres, al pensar en aquel que es anterior a ellos, y como si ya comprendieran al perfecto y estuvieran establecidos dentro de su conocimiento, no dicen que ellos mismos están en una pasión de consternación, sino más bien en el conocimiento y en la aprehensión de la verdad. Pues dicen que el Salvador dijo a los discípulos: Buscad, y hallaréis (Mt 7,7), para que buscaran a aquel que fue fingido por ellos, por excogitación, por encima del fabricador de todas las cosas, el inenarrable Bythus: y pretenden que ellos mismos son perfectos porque, indagando, hallaron al perfecto, estando todavía en la tierra; pero dicen que el Eón que está dentro del Pleroma, todo espiritual, buscando al Propator, y esforzándose por llegar a estar dentro de su grandeza, y deseando tener la comprensión de la verdad paterna, cayó en pasión: y en una pasión tal que, si no le hubiera salido al encuentro el Poder que afianza todas las cosas, se habría disuelto en la sustancia universal, y habría sido destruido.

7. Vesánica es esta presunción, y verdaderamente propia del entendimiento de hombres destituidos de la verdad. Pues que este Eón es mejor que ellos, y más antiguo, también ellos mismos lo confiesan, según su propia regla, diciendo que son la concepción de la Enthymesis de aquel Eón que padeció; de modo que este Eón es el padre de su Madre, es decir, su abuelo. Y a los nietos posteriores la búsqueda del Padre les procura la verdad, y la perfección, y el afianzamiento, y la depuración de la materia fluyente, según dicen, y la reconciliación con el Padre; pero en su abuelo esta misma indagación produjo ignorancia, y pasión, y espanto, y temor, y consternación, de las cuales dicen que fue hecha también la sustancia de la materia.

Exquirere ergo et investigare perfectum Patrem, et concupiscentiam communicationis cum eo et unitatis, sibi quidem salutare fieri; Aeoni autem, a quo et genus habent, dissolutionis et perditionis causam fuisse dicentes, quomodo non per omnia incongruum, et fatuum, et irrationabile? Et qui assentiunt his, vere caeci, caecis ducatoribus utentes, juste et corruunt in subjacentem ignorantiae profundum.

Caput XIX

Futilia et vana esse quae de semine suo asserunt haeretici. Alienissimum esse ab omni ratione, Demiurgum in se suscepisse hoc semen, et id tamen, et quae superiora sunt ignorasse, ac animalem esse: cum ipsi suscepta duntaxat ejusdem particula spiritales se esse, et omnia intelligere glorientur.

1. Qualis est autem et de semine ipsorum sermo, conceptum quidem illum secundum figurationem eorum qui sunt erga Salvatorem, angelorum a Matre informe, et sine specie, et imperfectum; depositum autem in Demiurgum, nesciente eo, ut per eum in eam animam, quae erat ab eo, seminatum, perfectionem et formationem percipiat? Primum quidem est dicere, quoniam imperfecti, et infigurati, et informes hi sunt angeli, qui sunt erga Salvatorem ipsorum: siquidem secundum illorum speciem conceptum tale quid generatum est.

2. Post deinde, quod dicant ignorasse Fabricatorem eam; quae fuit seminis in eum demissio, et iterum eam, quae facta est per eum in hominem seminatio; futile verbum et vanum, quod nullo modo ostendi possit. Quemadmodum enim ignoravit illud, si substantiam aliquam et qualitatem propriam habuisset ipsum semen? Si autem sine substantia, et sine qualitate, et nihil erat, consequenter ignoravit illud. Quae enim propriam quamdam motionem et qualitatem, vel caliditatis, vel velocitatis, vel dulcedinis habent, vel claritatis cujusdam differentiam, nec homines quidem lateant, cum sint cum hominibus; in tantum abest ut fabricatorem hujus universitatis Deum; apud quem juste non est agnitum semen ipsorum, cum sit sine qualitate universae utilitatis, et sine substantia omnis actionis, et in totum nihil exsistens. Et propter hoc mihi videtur etiam Dominus dixisse: Omnis sermo otiosus quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die judicii. Omnes enim, quicunque tales sunt, otiosos sermones in aures hominum immittentes, assistent in judicio, rationem reddituri de his, quae vane conjecerunt, et mentiti sunt adversus Deum; in tantum ut semetipsos dicant propter seminis substantiam agnoscere spiritale Pleroma, eo homine, qui est intus, demonstrante eis verum Patrem (opus enim esse animali sensibilibus erudimentis): Demiurgum autem universum semen hoc, Matre deponente, suscipientem in semetipsum, omnia omnino ignorasse, et nullum sensum eorum, quae erga Pleroma sunt, habuisse.

Decir, pues, que inquirir e indagar al Padre perfecto, y el deseo de comunicación con él y de unidad, se vuelve salvador para ellos; pero que para el Eón de quien tienen incluso su linaje fue causa de disolución y de perdición: ¿cómo no es esto en todo incongruente, y necio, e irracional? Y los que asienten a ellos, verdaderamente ciegos, valiéndose de guías ciegos, caen también con justicia en la profundidad de la ignorancia que está debajo.

Capítulo 19

Que es fútil y vano lo que los herejes afirman de su simiente. Que es del todo ajeno a toda razón que el Demiurgo recibiera en sí esta simiente y, sin embargo, la ignorara a ella y lo que está arriba, y sea animal, mientras ellos se glorían de ser espirituales y de entenderlo todo por haber recibido solo una partícula de ella.

1. ¿Y qué clase de discurso es el suyo acerca de la simiente, que fue concebida por la Madre según la figuración de los ángeles que rodean al Salvador, informe, y sin forma, e imperfecta; y depositada en el Demiurgo sin que él lo supiera, para que, sembrada por medio de él en el alma que procedía de él, recibiera la perfección y la formación? En primer lugar, hay que decir que estos ángeles que rodean a su Salvador son imperfectos, y sin figura, e informes, si es que, concebida según su forma, se generó tal cosa.

2. Después, lo que dicen, que el Fabricador ignoró el descenso de la simiente a él, y a su vez la siembra en el hombre hecha por medio de él, es palabra fútil y vana, que de ningún modo puede mostrarse. Pues ¿cómo la ignoró, si la simiente misma tenía alguna sustancia y una cualidad propia? Pero si era sin sustancia, y sin cualidad, y no era nada, en consecuencia la ignoró. Pues las cosas que tienen algún movimiento y cualidad propios, ya de calor, ya de velocidad, ya de dulzura, o alguna diferencia de claridad, no se ocultarían ni siquiera a los hombres, estando con los hombres; cuánto menos a Dios, el Fabricador de este universo; por quien con justicia no fue conocida su simiente, siendo sin cualidad de utilidad alguna, y sin sustancia de acción alguna, y no siendo nada en absoluto. Y por esto me parece que también el Señor dijo: De toda palabra ociosa que hayan dicho los hombres darán cuenta en el día del juicio (Mt 12,36). Pues todos los que son tales, que meten palabras ociosas en los oídos de los hombres, comparecerán en el juicio para dar cuenta de lo que vanamente conjeturaron y de lo que mintieron contra Dios; hasta el punto de decir que ellos mismos, por la sustancia de la simiente, conocen el Pleroma espiritual, mostrándoles el hombre interior al Padre verdadero (pues el hombre animal, dicen, necesita enseñanzas sensibles): pero que el Demiurgo, recibiendo en sí mismo toda esta simiente al depositarla la Madre, lo ignoró todo en absoluto, y no tuvo ningún entendimiento de las cosas que rodean al Pleroma.

3. Et se quidem spiritales esse, quoniam particula quaedam universitatis Patris in anima ipsorum deposita est; cum ex eadem substantia habeant animas, ex qua et Demiurgus, sicut dicunt: hunc autem semel universum suscipientem semen a Matre, et habentem in se, animalem perseverasse, et nihil in totum sensisse eorum, quae sunt superiora, quae hi semetipsos intelligere, dum adhuc sunt in terra, gloriantur, quomodo hoc non super omnem irrationabilitatem est? Etenim idipsum semen horum quidem animabus agnitionem attribuisse et perfectionem; ei autem, qui eos fecit Deo, ignorantiam attribuisse putare, vere vesanorum est, et in totum mente destitutorum.

4. Adhuc etiam vanissimum est quod dicunt, in hac depositione figurari illud, et augescere, et paratum fieri ad susceptionem perfectae rationis. Erit enim ei materiae admistio, quam ex ignorantia et labe volunt habuisse substantiam, aptior et utilior, quam fuit paternum lumen ipsorum: siquidem secundum illius inspectionem natum, informe et infiguratum fuit; ex hac autem formationem, et speciem, et augmentum, et perfectionem assumpsit. Si enim quod est a Pleromate lumen causa fuit spiritali, ut nec formam, nec magnitudinem haberet propriam; quae autem huc est descensio, haec universa addidit ei, et ad perfectionem deduxit: multo operabilior et utilior videbitur, quae est hic, conversatio, quam et tenebras dicunt, quam fuit paternum lumen ipsorum. Quomodo autem non est ridiculum, Matrem quidem ipsorum in materiam periclitatam dicere, uti pene suffocaretur, et paulo minus corrumperetur, nisi vix tunc superextendisset se et exilisset ex semetipsa, adjumentum percipiens a Patre; semen autem ejus in hac eadem materia augescere, et formari, et aptum ad susceptionem perfecti sermonis expediri; et hoc in dissimilibus, et in insuetis ebulliens: sicut ipsi dicunt, contrarium esse terrenum spiritali, et spiritale terreno? Quomodo igitur in contrariis et in insuetis parvum emissum; quemadmodum dicunt, et augescere, et formari, et ad perfectionem pervenire potuit?

5. Adhuc etiam et ad haec quae dicta sunt requiretur: utrumne semel enixa sit Mater illorum semen, ut vidit angelos, an particulatim? Sed si quidem simul et semel, quod exinde conceptum, nunc jam non erit infantile: superflua est igitur in eos, qui nunc sunt, homines descensio ejus. Si autem particulatim, jam non secundum figuram eorum quos vidit angelos, fecit conceptionem; simul enim eos et semel videns et concipiens, semel enixionem debebat fecisse, quorum inde semel conceperat figuras.

3. Y que ellos mismos son espirituales, porque una cierta partícula del Padre del universo ha sido depositada en su alma, aunque, según dicen, tienen sus almas de la misma sustancia que el Demiurgo; pero que él, habiendo recibido de una vez toda la simiente de la Madre y teniéndola en sí, siguió siendo animal, y no percibió en absoluto nada de las cosas superiores, que estos se glorían de entender mientras están todavía en la tierra: ¿cómo no está esto por encima de toda irracionalidad? Pues pensar que la misma simiente atribuyó conocimiento y perfección a las almas de estos, pero atribuyó ignorancia al Dios que los hizo, es verdaderamente propio de vesánicos, y de hombres del todo destituidos de mente.

4. Además, es vanísimo lo que dicen, que en este depósito ella es figurada, y crece, y se prepara para la recepción de la razón perfecta. Pues la mezcla con la materia, que pretenden que tuvo su sustancia de la ignorancia y del defecto, le será más apta y más útil que lo que fue su luz paterna: si es que, nacida según la contemplación de aquella, fue informe y sin figura; pero de esta tomó formación, y forma, y crecimiento, y perfección. Pues si la luz que procede del Pleroma fue causa para lo espiritual de que no tuviera ni forma ni tamaño propios; y el descenso aquí le añadió todas estas cosas y lo llevó a la perfección: mucho más eficaz y más útil parecerá el modo de vida de aquí, a la que llaman también tinieblas, que lo que fue su luz paterna. ¿Y cómo no es ridículo decir que su Madre corrió peligro en la materia, hasta el punto de casi ahogarse y faltar poco para corromperse, si no se hubiera entonces a duras penas extendido por encima y salido de sí misma, recibiendo ayuda del Padre; pero que su simiente crece en esta misma materia, y es formada, y se dispone apta para la recepción de la palabra perfecta; y eso hirviendo en cosas desemejantes y desacostumbradas: puesto que ellos mismos dicen que lo terreno es contrario a lo espiritual, y lo espiritual a lo terreno? ¿Cómo, pues, algo pequeño emitido entre cosas contrarias y desacostumbradas, según dicen, pudo crecer, y ser formado, y llegar a la perfección?

5. Además, también se preguntará acerca de lo que se ha dicho: ¿dio a luz su Madre la simiente de una sola vez, cuando vio a los ángeles, o por partes? Pero si fue a la vez y de una sola vez, lo que fue concebido desde entonces ya no será ahora infantil: superfluo es, pues, su descenso a los hombres que existen ahora. Pero si fue por partes, entonces ya no concibió según la figura de los ángeles que vio; pues, viéndolos y concibiéndolos a la vez y de una sola vez, debía haber dado a luz de una sola vez a aquellos cuyas figuras había concebido de una sola vez.

6. Quid autem, quod angelos cum Salvatore simul videns, illorum quidem imagines concepit, Salvatoris autem non, qui est decorior super illos? Annunquid non placuit ei hic; et propter hoc non concepit in eum? Quomodo autem Demiurgus, quem psychicum vocant, propriam, secundum eos, magnitudinem et figuram habens, emissus est secundum suam substantiam perfectus; quod autem spiritale est, quod etiam operosius oportet esse quam animale, imperfectum emissum est; et opus ei fuit, ut in animam descenderet, ut in ea formaretur, et ita perfectum exsistens, paratum fiat ad suscipiendum perfectum verbum? Si igitur in terrenis hominibus, et in animalibus formatur, jam non secundum angelorum similitudinem est, quos dicunt lumina; sed secundum eorum, qui sunt hic homines. Non enim angelorum habebit similitudinem et speciem, sed animarum in quibus et formatur (quomodo aqua in vas missa, ipsius vasis habebit formam; et jam si gelaverit in eo, speciem habebit vasculi, in quo gelavit), quando ipsae animae corporis habeant figuram; ipsi enim adaptatae sunt vasi, quemadmodum praediximus. Si igitur et illud semen hic coagulatur et formatur, hominis figura erit; sed non angelorum formam habens. Quomodo igitur ad imagines angelorum illud semen est, quod secundum similitudinem hominum figuratur? Quid autem, cum spiritale esset, opus ei fuit ut in carnem descenderet? Caro enim eget spiritali, si tamen incipiet salvari, ut in eo sanctificetur, et clarificetur, et absorbeatur mortale ab immortalitate; spiritali autem in totum non est opus eorum, quae sunt hic. Non enim nos illud, sed illud nos meliores facit.

7. Adhuc autem manifestius, qui est de semine ipsorum, sermo arguitur falsus, et a quolibet perspici potest, in eo quod dicant eas animas, quae habuerint a Matre semen, meliores reliquis fieri: quapropter et honoratas a Demiurgo, et principes, et reges, et sacerdotes ordinatas esse. Si enim erat hoc verum, primus utique Caiphas summus sacerdos, et Annas, et reliqui summi sacerdotes, et legis doctores, et principes populi credidissent Domino, in eam cognationem concurrentes; et ante hos etiam Herodes rex. Quoniam autem nec hic, nec summi sacerdotes, nec qui praeerant, neque clari de populo accurrerunt ei; sed e contrario qui erant in viis mendici sedentes, surdi et caeci, et a reliquis conculcabantur et contemnebantur, quemadmodum et Paulus ait: Videte enim vocationem vestram, fratres, quoniam non multi sapientes apud vos, nec nobiles, neque fortes; sed quae fuerunt contemptibilia mundi, elegit Deus. Non itaque erant meliores tales animae propter seminis depositionem, neque propter hoc honorificabantur a Demiurgo.

6. ¿Y por qué, viendo a los ángeles juntamente con el Salvador, concibió sus imágenes, pero no la del Salvador, que es más hermoso que ellos? ¿Acaso no le agradó este; y por eso no concibió al mirarlo? ¿Y cómo el Demiurgo, al que llaman psíquico, teniendo, según ellos, una grandeza y una figura propias, fue emitido perfecto según su sustancia; mientras que lo espiritual, que debe ser más eficaz que lo animal, fue emitido imperfecto; y necesitó descender a un alma, para ser formado en ella, y así, siendo perfecto, quedar preparado para recibir la palabra perfecta? Si, pues, es formado en hombres terrenos, y en hombres animales, ya no es según la semejanza de los ángeles, a los que llaman luces, sino según la de los hombres que están aquí. Pues no tendrá la semejanza y la forma de los ángeles, sino la de las almas en las que es formada (como el agua echada en un vaso tendrá la forma del vaso mismo; y si se congela en él, tendrá la forma del vasito en que se congeló), puesto que las almas mismas tienen la figura del cuerpo; pues han sido adaptadas al vaso mismo, como dijimos antes. Si, pues, también aquella simiente se cuaja y se forma aquí, tendrá figura de hombre, y no tendrá forma de ángeles. ¿Cómo, pues, es aquella simiente a imagen de los ángeles, si es figurada según la semejanza de los hombres? ¿Y por qué, siendo espiritual, necesitó descender a la carne? Pues la carne necesita de lo espiritual, si es que ha de ser salvada, para que en ello sea santificada, y glorificada, y lo mortal sea absorbido por la inmortalidad; pero lo espiritual no necesita en absoluto de las cosas que están aquí. Pues no somos nosotros quienes lo hacemos mejor a ello, sino ello a nosotros.

7. Además, el discurso que tienen acerca de su simiente se convence de falso aún más manifiestamente, y puede ser descubierto por cualquiera, en cuanto dicen que las almas que tuvieron la simiente de la Madre llegan a ser mejores que las demás: y que por eso son honradas por el Demiurgo, y establecidas como príncipes, y reyes, y sacerdotes. Pues si esto fuera verdad, Caifás el sumo sacerdote, el primero, habría creído sin duda en el Señor, y Anás, y los demás sumos sacerdotes, y los doctores de la Ley, y los príncipes del pueblo, acudiendo a ese parentesco; y antes que ellos también el rey Herodes. Pero puesto que ni este, ni los sumos sacerdotes, ni los que estaban al frente, ni los notables del pueblo acudieron a él; sino, por el contrario, los que estaban sentados mendigando en los caminos, los sordos y los ciegos, y los que eran pisoteados y despreciados por los demás, como también dice Pablo: Mirad, pues, vuestra vocación, hermanos: no hay entre vosotros muchos sabios, ni nobles, ni fuertes; sino que lo despreciable del mundo eligió Dios (1 Cor 1,26-27). No eran, pues, mejores tales almas por el depósito de la simiente, ni eran por eso honradas por el Demiurgo.

8. Et de eo quidem, quod sit regula ipsorum infirma et instabilis, adhuc etiam et vana, sufficiunt quae dicta sunt. Nec enim oportet, quod solet dici, universum ebibere mare eum, qui velit discere, quoniam aqua ejus salsa est. Sed quemadmodum statua de luto facta, colorata autem superficie, ut putetur aurea esse quae sit lutea, quicunque accipiet ex ea particulam qualemcunque, et exaperiens ostenderit lutum, liberabit eos qui veritatem quaerunt a falsa opinione: eodem modo et nos non modicam partem, sed ea, quae sunt maxima continentia regulae ipsorum, resolventes capitula, omnibus quotquot non seduci scientes volunt, quod est nequam, et dolosum, et seductorium, et perniciosum, de schola eorum, qui sunt a Valentino, et a reliquis haereticorum, quotquot Demiurgum, id est, fabricatorem et factorem hujus universitatis, solum existentem Deum male tractant, ostendimus, dissolubilem eorum viam manifestantes.

9. Quis enim sensum habens, et veritatis vel modicum attingens, sustinebit dicentes, super Demiurgum Deum esse alterum Patrem; et alterum quidem esse Monogenem, alterum autem Verbum Dei, quem et in deminoratione emissum dicunt; alterum autem Christum, quem et posteriorem reliquis Aeonibus cum Spiritu sancto factum esse dicunt: et alterum Salvatorem, quem ne a Patre quidem universorum, sed ab his, qui in deminoratione facti sunt, Aeonibus collatum et congestum dicunt, et necessarie propter deminorationem emissum? ut nisi in ignorantia et deminoratione fuissent Aeones, secundum eos nec Christus emissus fuisset, nec Spiritus sanctus, nec Horos, nec Soter, nec Angeli, nec Mater ipsorum, nec semen ejus, nec reliqua mundi fabricatio; sed fuissent omnia deserta ac destituta tot bonis. Non solum itaque in fabricatorem tantum irreligiosi sunt, labis eum dicentes fructum; sed et in Christum, et in Spiritum sanctum, propter labem dicentes eos emissos; et Salvatorem autem similiter post labem. Quis enim sustinebit reliquum eorum vaniloquium, quod astute parabolis adaptare conantes, et se, et eos, qui sibi credunt, in maximam converterunt impietatem?

Caput XX

Demonstrat inanes esse probationes, quibus Aeonis duodecimi perturbationes et angustias asseverabant, nec per Judae apostasiam et defectionem ipsas posse confirmari. Demum variis antithesibus ostendit, passionem Domini nostri nihil commune, aut affine habere cum ficta Aeonis passione.

8. Y acerca de que su regla es débil e inestable, y además vana, basta con lo que se ha dicho. Pues, como suele decirse, no hace falta que se beba el mar entero el que quiera aprender que su agua es salada. Pero así como, de una estatua hecha de barro y coloreada en la superficie para que se la tenga por de oro siendo de barro, cualquiera que tome de ella un trocito cualquiera y, abriéndolo, muestre el barro, librará de una falsa opinión a los que buscan la verdad: del mismo modo también nosotros, deshaciendo no una pequeña parte, sino los capítulos que son lo principal del contenido de su regla, hemos mostrado a todos los que a sabiendas quieren no ser seducidos lo que hay de perverso, y engañoso, y seductor, y pernicioso en la escuela de los que proceden de Valentín, y de los demás herejes, cuantos tratan mal al Demiurgo, es decir, al Fabricador y Hacedor de este universo, el único que existe como Dios, poniendo de manifiesto que su camino puede deshacerse.

9. Pues ¿quién que tenga entendimiento, y alcance aunque sea un poco de la verdad, soportará a los que dicen que por encima del Dios Demiurgo hay otro Padre; y que uno es Monogenes, y otro el Verbo de Dios, del que dicen además que fue emitido en disminución; y otro Cristo, del que dicen además que fue hecho después de los demás Eones junto con el Espíritu Santo; y otro el Salvador, del que dicen que fue reunido y amontonado, no ya por el Padre de todas las cosas, sino por los Eones que llegaron a ser en disminución, y que fue emitido por necesidad a causa de la disminución? de modo que, si los Eones no hubieran estado en ignorancia y disminución, según ellos no habría sido emitido ni Cristo, ni el Espíritu Santo, ni Horos, ni Soter, ni los Ángeles, ni su Madre, ni la simiente de esta, ni el resto de la fabricación del mundo; sino que todas las cosas habrían quedado desiertas y privadas de tantos bienes. Así pues, no solo son irreligiosos contra el Fabricador, llamándolo fruto del defecto; sino también contra Cristo y contra el Espíritu Santo, diciendo que fueron emitidos a causa del defecto; y asimismo el Salvador, después del defecto. Pues ¿quién soportará el resto de su palabrería vana, con la cual, intentando astutamente adaptarla a las parábolas, se han vuelto, ellos y los que les creen, a la mayor impiedad?

Capítulo 20

Demuestra que son vanas las pruebas con que afirmaban las turbaciones y angustias del duodécimo Eón, y que no pueden confirmarse por la apostasía y defección de Judas. Por último muestra con diversas antítesis que la pasión de nuestro Señor no tiene nada en común ni afín con la fingida pasión del Eón.

1. Quoniam et parabolas, et actus Domini improprie et inconsequenter inferunt figmento suo, ita ostendimus. Illam enim, quam erga duodecimum Aeonem dicunt accidisse, passionem, conantur ostendere, quod Salvatoris passio a duodecimo apostolorum facta sit, et in duodecimo mense. Uno enim anno volunt eum post baptismum praedicasse. Sed in illa quae fluxum sanguinis patiebatur, manifeste dicunt ostensum; duodecim enim annis passa est mulier, et tangens fimbriam Salvatoris, consecuta est sanitatem ab illa virtute, quae egressa est a Salvatore, quam praeesse dicunt. Illa enim, quae passa est, virtus extensa, et in immensum effluens, ita ut periclitaretur per omnem substantiam dissolvi, cum tetigisset primam quaternationem, quae per fimbriam significatur, stetit et a passione cessavit.

2. Hoc ergo, quod dicunt, duodecimi Aeonis passionem per Judam demonstrari; quomodo potest in similitudinem comparari Judas, qui ejectus est de numero duodecimo, nec restitutus est in locum suum? Aeon enim cujus typum Judam dicunt esse, separata ejus enthymesi, restituta est, sive revocata; Judas autem abdicatus est, et ejectus, et in locum ejus Matthias ordinatus est, secundum quod scriptum est: Et episcopatum ejus accipiat alius. Debuerunt itaque dicere, duodecimum Aeonem ejectum esse de Pleromate, et in locum ejus alium prolatum sive emissum; si tamen in Juda ostenditur. Adhuc autem ipse quidem Aeon quod sit passus dicunt; Judas autem quod sit proditor. Patiens autem Christus venit ad passionem, et non Judas; et ipsi confitentur. Quomodo igitur Judas traditor ejus, qui pro nostra salute pati habuit, typus et imago esse poterat passi Aeonis?

3. Sed neque Christi passio similis est passioni Aeonis, neque in similibus facta. Aeon enim passus est passionem dissolutionis, et perditionis, ita ut periclitaretur ipse, qui patiebatur, et corrumpi: Dominus autem noster Christus passus est passionem validam, et quae non cederet; non solum ipse non periclitatus corrumpi, sed et corruptum hominem firmavit robore suo, et in incorruptionem revocavit. Et Aeon quidem passus est passionem ipse requirens Patrem, et non praevalens invenire: Dominus autem passus est, ut eos qui erraverunt a Patre, ad agnitionem, et juxta eum adduceret. Et illi quidem inquisitio magnitudinis Patris fiebat passio perditionis; nobis autem Dominus passus, agnitionem Patris conferens, salutem donavit. Et illius quidem passio fructificavit fructum femineum, sicut dicunt, invalidum, et infirmum, et informem, et inefficacem; istius autem passio fructificavit fortitudinem et virtutem. Ascendens enim in altitudinem Dominus per passionem, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus, et contulit credentibus in se super serpentes et scorpiones calcare, et super omnem virtutem inimici, id est principis apostasiae.

1. Que introducen en su ficción tanto las parábolas como los hechos del Señor de manera impropia e incoherente, lo mostramos así. Pues aquella pasión que, según dicen, le sobrevino al duodécimo Eón, intentan mostrarla por esto: que la pasión del Salvador fue llevada a cabo por el duodécimo de los apóstoles, y en el duodécimo mes. Pues pretenden que predicó durante un año después de su bautismo. Y en la que padecía flujo de sangre, dicen, quedó claramente mostrado; pues la mujer padeció doce años, y tocando la orla del Salvador obtuvo la curación de aquel poder que salió del Salvador, el cual, según dicen, preside. Pues aquel poder que padeció, extendido y derramándose en lo inmenso, de modo que corría peligro de disolverse en toda su sustancia, al tocar el primer cuaternario, que es significado por la orla, se detuvo y cesó de su pasión.

2. En cuanto a lo que dicen, pues, que la pasión del duodécimo Eón se muestra por Judas: ¿cómo puede compararse en semejanza Judas, que fue arrojado del número de los doce y no fue restituido a su lugar? Pues el Eón del que dicen que Judas es tipo fue restituido, o vuelto a llamar, una vez separada de él su Enthymesis; pero Judas fue depuesto y arrojado, y Matías fue ordenado en su lugar, según lo que está escrito: Y que otro reciba su episcopado (Hch 1,20; Sal 109,8). Debieron, pues, decir que el duodécimo Eón fue arrojado del Pleroma, y que otro fue proferido, o emitido, en su lugar; si es que en Judas se muestra. Además, del Eón mismo dicen que padeció; pero de Judas, que fue el traidor. Pero el que vino a la pasión fue Cristo, que padeció, y no Judas; y ellos mismos lo confiesan. ¿Cómo, pues, podía Judas, el que entregó a aquel que había de padecer por nuestra salvación, ser tipo e imagen del Eón que padeció?

3. Pero tampoco la pasión de Cristo es semejante a la pasión del Eón, ni se cumplió en circunstancias semejantes. Pues el Eón padeció una pasión de disolución y de perdición, de modo que el mismo que padecía corría peligro incluso de corromperse; pero nuestro Señor Cristo padeció una pasión fuerte y que no cedía: no solo él mismo no corrió peligro de corromperse, sino que aun fortaleció con su propia fuerza al hombre corrompido y lo volvió a llamar a la incorrupción. Y el Eón padeció una pasión buscando él mismo al Padre y no logrando encontrarlo; pero el Señor padeció para conducir a los que se habían extraviado lejos del Padre al conocimiento, y junto a él. Y para aquel la búsqueda de la grandeza del Padre se volvió pasión de perdición; pero a nosotros el Señor, padeciendo y otorgando el conocimiento del Padre, nos dio la salvación. Y la pasión de aquel dio un fruto femenino, como dicen, débil, y enfermo, e informe, e ineficaz; pero la pasión de este dio por fruto fortaleza y poder. Pues el Señor, subiendo a lo alto por su pasión, llevó cautiva la cautividad, dio dones a los hombres (Ef 4,8; Sal 68,19), y concedió a los que creen en él pisar sobre serpientes y escorpiones, y sobre todo el poder del enemigo (Lc 10,19), es decir, del príncipe de la apostasía.

Et Dominus quidem per passionem mortem destruxit; et solvit errorem, corruptionemque exterminavit, et ignorantiam destruxit; vitam autem manifestavit, et ostendit veritatem, et incorruptionem donavit. Illorum autem Aeon cum fuisset perpessus, ignorantiam substituit, substantiam informem peperit, ex qua omnia materialia opera prolata sunt, secundum eos, mors, corruptio, error, et his similia.

4. Non ergo Judas, duodecimus discipulus, typus erat passi Aeonis; sed neque Domini nostri passio; per omnia enim dissimile et inconveniens invicem sibi ostensum est, non solum in his quae praediximus, sed et secundum ipsum numerum. Proditor enim Judas, quod sit duodecimus, apud omnes consonat, duodecim denominatis apostolis in Evangelio; hic autem Aeon non duodecimus, sed tricesimus est: non enim duodecim tantum Aeones voluntate Patris prolati sunt, secundum haec, neque duodecimus ordine emissus est; in tricesimo loco annumerantes eum emissum. Quomodo ergo duodecimus ordine Judas, ejus qui in tricesimo ordine est Aeon, potest esse typus et imago?

5. Si autem Judam pereuntem, imaginem enthymeseos ejus esse dicunt, nec sic imago similis erit ejus, quae secundum eum est veritatis. Enthymesis enim separata ab Aeone, ipsa postea formata a Christo, dehinc prudens facta a Salvatore, et omnia quae sunt extra Pleroma operata secundum imaginem eorum qui sunt in Pleromate, in novissimo in Pleroma recepta dicitur ab his, et secundum conjugationes unita Salvatori ei, qui ex omnibus factus est. Judas autem semel ejectus nunquam revertitur in discipulorum numerum: alioquin nunquam alius in locum ejus annumeraretur. Et Dominus autem dixit de eo: Vae homini per quem Filius hominis tradetur. Et, Melius erat ei si natus non fuisset, et filius perditionis dictus est ab eo. Si autem non separatae ab Aeone Enthymeseos dicunt Judam esse typum, sed perplexae ei passionis; nec sic numerus duodecim numero trium possunt esse typus. Hic enim Judas ejectus est, et Matthias pro eo ordinatus: illic autem Aeon periclitatus dissolvi, et perisse dicitur, et Enthymesis, et passio; separatim enim Enthymesin quoque a passione secernunt: et faciunt Aeonem quidem restitui, enthymesin autem formari, passionem vero ab his separatam, esse materiam. Tribus itaque exsistentibus his, Aeone, et enthymesi, et passione, Judas et Matthias duo exsistentes, non possunt typus esse.

Caput XXI

Duodecim Apostolos Aeonum typum non esse.

Y el Señor por su pasión destruyó la muerte, y disolvió el error, y desterró la corrupción, y destruyó la ignorancia; pero manifestó la vida, y mostró la verdad, y otorgó la incorrupción. Pero su Eón, después de haber padecido, puso en su lugar la ignorancia y dio a luz una sustancia informe, de la cual fueron proferidas todas las obras materiales, según ellos: la muerte, la corrupción, el error y cosas semejantes.

4. Judas, pues, el duodécimo discípulo, no era tipo del Eón que padeció; ni tampoco la pasión de nuestro Señor; pues en todo se ha mostrado que son desemejantes e incongruentes entre sí, no solo en lo que hemos dicho antes, sino también en el número mismo. Pues que Judas el traidor era el duodécimo, en ello concuerdan todos, ya que en el Evangelio se nombran doce apóstoles; pero este Eón no es el duodécimo, sino el trigésimo: pues no fueron proferidos por voluntad del Padre solo doce Eones, según estas cosas, ni fue emitido el duodécimo en orden; lo cuentan como emitido en el trigésimo lugar. ¿Cómo, pues, puede Judas, duodécimo en orden, ser tipo e imagen de aquel Eón que está en el trigésimo orden?

5. Pero si dicen que Judas, al perecer, es imagen de su Enthymesis, tampoco así será la imagen semejante a la verdad que le corresponde. Pues la Enthymesis, separada del Eón, formada después ella misma por Cristo, luego hecha prudente por el Salvador, y habiendo obrado todas las cosas que están fuera del Pleroma a imagen de las que están en el Pleroma, fue recibida al final en el Pleroma, según dicen ellos, y unida según los emparejamientos al Salvador, el que fue hecho de todos. Pero Judas, una vez arrojado, nunca vuelve al número de los discípulos: de lo contrario, nunca se habría contado a otro en su lugar. Y el Señor dijo también de él: ¡Ay del hombre por quien el Hijo del hombre será entregado! (Mt 26,24) Y: Más le valdría no haber nacido (Mc 14,21); y fue llamado por él el hijo de la perdición (Jn 17,12). Pero si dicen que Judas es tipo, no de la Enthymesis separada del Eón, sino de la pasión entrelazada con él, tampoco así puede el número doce ser tipo del número tres. Pues aquí Judas fue arrojado, y Matías ordenado en su lugar; pero allí se dice que el Eón corrió peligro de disolverse y que pereció, y están la Enthymesis y la pasión; pues separan también la Enthymesis de la pasión, y hacen que el Eón sea restituido, que la Enthymesis sea formada, y que la pasión, separada de ellos, sea la materia. Siendo, pues, tres estos, el Eón, y la Enthymesis, y la pasión, Judas y Matías, que son dos, no pueden ser su tipo.

Capítulo 21

Que los doce apóstoles no son tipo de los Eones.

1. Si autem duodecim apostolos dicunt typum esse illius solius duodecim Aeonum prolationis, quam Homo cum Ecclesia protulit; et reliquorum decem Aeonum, qui, ut dicunt, a Verbo et Vita prolati sunt, dent typum alios decem apostolos. Irrationabile est enim juniores quidem Aeones, et propter hoc minores, ostendi a Salvatore per electionem apostolorum; seniores autem horum, et ob hoc meliores, non jam praeostendi: cum possit Salvator (si tamen apostolos ideo elegit, ut per eos ostendat Aeonas, qui sunt in Pleromate) et alios decem apostolos eligere, et ante hos quoque alios octo, ut illam principalem et primam ostendat ogdoadem, per apostolorum numerum typum factum; possit ostendere neque secunda decade: post enim duodecim apostolos, lxx alios Dominus noster ante se misisse invenitur; septuaginta autem nec octonario numero, neque denario, nec tricenario typus esse possunt. Quae igitur causa est, minores quidem, sicut praedixi, Aeones per apostolos ostendi: meliores autem, ex quibus et hi facti sunt, non jam praefigurari? Et duodecim autem apostoli, si propter hoc electi sunt, ut per eos numerus duodecim Aeonum significetur; et septuaginta in typum Aeonum septuaginta electi esse debuerunt: non jam triginta numero Aeonas, sed octoginta et duos factos dicant. Qui enim secundum typum eorum, qui in Pleromate sunt, Aeonum electionem facit apostolorum, nunquam aliorum quidem faceret, aliorum vero non faceret; sed per omnes apostolos tentasset servare imaginem, et ostendere typum eorum qui sunt in Pleromate Aeonum.

2. Sed neque de Paulo quidem tacendum est, sed exigendum ab his, in cujus Aeonis typum Apostolus nobis traditus est: nisi forte in Salvatoris compositi eorum, qui et ex omnium collatione subsistit, quem et omnia nuncupant, eo quod sit ex omnibus: de quo et Hesiodus poeta splendide significavit Pandoram, id est, omnium munus, nominans eum, ob hoc quod ex omnibus optimum munus in eo sit collocatum. In quibus ratio haec est: Hermes (sicut Graeco sermone exprimitur) Αἰμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος Ἐς αὐτοὺς κάτθετο, ut hoc ipsum Latino sermone dicamus: Fraudulentiae, sive seductionis verba, et subinvolantes mores indidit eorum sensibus, ad seducendum stultos hominum, ut credant figmentis eorum. Mater enim, hoc est Leto, occulte commovit eos (unde et Leto nuncupata est secundum Graeci sermonis significantiam, eo quod occulte homines commoveret) nesciente Demiurgo, enuntiare profunda et inenarrabilia mysteria prurientibus aures. Et non solum per Hesiodum hoc operata est Mater eorum mysterium dici, sed et Pindari Lyrici sapienter valde, ut caelet Demiurgo in Pelope, cujus caro in partes a patre divisa est, et ab omnibus diis collecta, et allata, et compacta, Pandoram hoc modo significavit: ex qua et isti compuncti eadem secundum eos dicentes, ejusdem generis et spiritus sunt cum illis.

1. Pero si dicen que los doce apóstoles son tipo de aquella sola prolación de doce Eones que Hombre profirió con Iglesia, que den también, como tipo de los otros diez Eones, que, según dicen, fueron proferidos por Verbo y Vida, otros diez apóstoles. Pues es irrazonable que los Eones más jóvenes, y por eso menores, sean mostrados por el Salvador mediante la elección de los apóstoles, y que los mayores que estos, y por eso mejores, no sean mostrados de antemano: pues el Salvador podía (si es que eligió a los apóstoles para esto, para mostrar por ellos a los Eones que están en el Pleroma) elegir también otros diez apóstoles, y antes de estos también otros ocho, para mostrar aquella principal y primera Ogdóada, haciéndose el tipo por el número de los apóstoles; podía mostrar también la segunda Década: pues después de los doce apóstoles se encuentra que nuestro Señor envió delante de sí a otros setenta; pero setenta no pueden ser tipo ni del número ocho, ni del diez, ni del treinta. ¿Qué razón hay, pues, para que los Eones menores, como dije antes, sean mostrados por los apóstoles, y los mejores, de los que también estos fueron hechos, no sean prefigurados? Y si los doce apóstoles fueron elegidos para esto, para que por ellos se significara el número de los doce Eones, también los setenta debieron ser elegidos como tipo de setenta Eones: digan, pues, que los Eones hechos ya no son treinta en número, sino ochenta y dos. Pues el que hace la elección de los apóstoles según el tipo de los Eones que están en el Pleroma, nunca la haría de unos y de otros no; sino que habría procurado guardar la imagen por medio de todos los apóstoles, y mostrar el tipo de los Eones que están en el Pleroma.

2. Pero tampoco hay que callar acerca de Pablo, sino exigirles de qué Eón nos fue dado el Apóstol como tipo: a no ser, quizá, de su Salvador compuesto, que subsiste por la aportación de todos, al que también llaman el Todo, porque es de todos; del cual también Hesíodo el poeta dio espléndida señal, llamándolo Pandora, es decir, don de todos, porque en él fue puesto el mejor don de todos. En lo cual la razón es esta: Hermes (como se expresa en lengua griega) Αἰμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος Ἐς αὐτοὺς κάτθετο, para decir esto mismo en lengua latina: «Palabras de fraude, o de seducción, y costumbres furtivas puso en su entendimiento», para seducir a los necios de entre los hombres, a fin de que crean sus ficciones. Pues la Madre, es decir, Leto, los movió ocultamente (de donde también se la llama Leto, según la significación de la lengua griega, porque movía ocultamente a los hombres), sin saberlo el Demiurgo, a pronunciar misterios profundos e inenarrables a los que tienen comezón de oídos. Y no solo por Hesíodo obró su Madre que este misterio fuera dicho, sino también, muy sabiamente, por las palabras del lírico Píndaro, para ocultarlo al Demiurgo, en Pélope, cuya carne fue dividida en partes por su padre, y recogida, y traída, y compuesta de nuevo por todos los dioses: de este modo significó a Pandora; y también estos, movidos por ella y diciendo lo mismo que aquellos poetas, son del mismo linaje y espíritu que ellos.

Caput XXII

Triginta Aeonas per tricesimum annum, quo Christum baptizatum dicunt, non repraesentari: nec Christum duodecimo post baptismum mense passum esse, sed quadragenario majorem mortuum fuisse; quae peculiaris Irenaeo sententia est.

1. Quia autem et tricenarius numerus eorum omnis excidit, secundum eos aliquando quidem paucis, aliquando autem plurimis Aeonibus statim in Pleromate inventis, ostendimus. Non ergo triginta Aeones sunt, nec ob hoc Salvator triginta annorum exsistens venit ad baptismum, ut ostenderet tacitos Aeones eorum triginta: alioquin ipsum primum erunt discernentes et ejicientes de Pleromate omnium. Duodecimo autem mense dicunt eum passum, ut sit anno uno post baptismum praedicans, et ex propheta tentant hoc ipsum confirmare (scriptum est enim: Vocare annum Domini acceptum, et diem retributionis) vere caecutientes, qui profunda Bythi adinvenisse se dicunt, et non intelligentes ab Isaia dictum annum Domini acceptabilem, nec diem retributionis. Neque enim de die, quae duodecim horarum habet spatium, dictum est in propheta; nec de anno duodecim mensium habente mensuram. Quia enim prophetae in parabolis et allegoriis, et non secundum sonum ipsarum dictionum plurima dixerunt, et ipsi confitentur.

2. Dies ergo retributionis dictus est, in qua retribuet Dominus unicuique secundum opera sua, hoc est judicium. Annus autem Domini acceptabilis, tempus hoc, in quo vocantur ab eo hi qui credunt ei, et acceptabiles fiunt Deo: hoc est, omne ab adventu ejus tempus usque ad consummationem, in quo, ut fructus, eos qui salvantur acquirit. Sequitur enim, secundum dictionem prophetae, annum dies retributionis; et erit mentitus propheta, si anno tantummodo Dominus praedicavit, et de eo dicit. Ubi est enim dies retributionis? transivit enim annus, et nondum dies retributionis est; sed adhuc solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. Et persecutionem quidem patiuntur justi, et affliguntur, et occiduntur; in abundantia autem sunt peccatores, et cum cithara et psalterio bibunt, opera autem Domini non intendunt. Debent autem secundum dictionem copulari, et sequens esse anno dies retributionis. Dictum est enim, vocare annum Domini acceptum, et diem retributionis.

Capítulo 22

Que los treinta Eones no están representados por el año trigésimo en que dicen que Cristo fue bautizado; y que Cristo no padeció en el duodécimo mes después de su bautismo, sino que murió siendo mayor de cuarenta años: opinión que es propia de Ireneo.

1. Que todo su número de treinta se viene abajo, encontrándose en el Pleroma, según ellos, unas veces pocos y otras veces muchísimos Eones a la vez, lo hemos mostrado. No hay, pues, treinta Eones, ni por esto vino el Salvador al bautismo teniendo treinta años, para mostrar sus treinta Eones silenciosos: de lo contrario, estarán apartando ante todo a él mismo y arrojándolo del Pleroma de todos. Y dicen que padeció en el duodécimo mes, de modo que estuvo predicando un año después de su bautismo, e intentan confirmar esto mismo por el profeta (pues está escrito: Llamar el año aceptable del Señor, y el día de la retribución (Is 61,2)), verdaderamente ciegos, ellos que dicen haber descubierto las profundidades de Bythus, y que no entienden el año aceptable del Señor dicho por Isaías, ni el día de la retribución. Pues el profeta no habló de un día que tiene el espacio de doce horas, ni de un año que tiene la medida de doce meses. Pues que los profetas dijeron la mayor parte de las cosas en parábolas y alegorías, y no según el sonido de las palabras mismas, también ellos lo confiesan.

2. El día de la retribución, pues, es aquel en que el Señor retribuirá a cada uno según sus obras (Rom 2,6), es decir, el juicio. Y el año aceptable del Señor es este tiempo en que son llamados por él los que le creen, y se hacen aceptables a Dios: es decir, todo el tiempo desde su venida hasta la consumación, en el cual adquiere como fruto a los que se salvan. Pues según las palabras del profeta el día de la retribución sigue al año; y el profeta habrá mentido si el Señor predicó solamente un año, y de ese año habla. Porque ¿dónde está el día de la retribución? Pues el año ha pasado, y todavía no es el día de la retribución; sino que todavía hace salir su sol sobre buenos y malos, y llueve sobre justos e injustos (Mt 5,45). Y los justos padecen persecución, y son afligidos, y son muertos; pero los pecadores viven en la abundancia, y beben con cítara y salterio, pero no atienden a las obras del Señor (Is 5,12). Pero según las palabras deben ir unidos, y el día de la retribución debe seguir al año. Pues está dicho: llamar el año aceptable del Señor, y el día de la retribución (Is 61,2).

Bene itaque intelligitur tempus hoc, in quo vocantur et salvantur a Domino, annus Domini acceptus: quem subsequitur dies retributionis, id est judicium. Et non solum autem annus tempus hoc dicitur; sed et dies nominatur, et a Propheta, et a Paulo; in quibus et Apostolus memor Scripturae, in Epistola, quae est ad Romanos, ait: Sicut scriptum est: Propter te morte afficimur tota die, aestimati sumus ut oves occisionis. Nunc autem tota die pro omni hoc tempore dictum est, in quo persecutionem patimur, et ut oves occidimur. Sicut ergo dies haec non illam, quae in xii horis substitit, significat, sed omne tempus, in quo patiuntur et interficiuntur propter Christum credentes ei: ita et illic annus, non qui est ex duodecim mensibus dicitur, sed omne fidei tempus, in quo audientes praedicationem credunt homines, et acceptabiles Domino fiunt, qui se ei copulant.

3. Est autem valde admirari, quonam modo profunda Dei adinvenisse se dicentes, non scrutati sunt in Evangeliis, quoties secundum tempus Paschae Dominus post baptisma ascenderit in Hierusalem, secundum quod moris erat Judaeis ex omni regione, omni anno, tempore hoc convenire in Hierusalem, et illic diem festum Paschae celebrare. Et primum quidem ut fecit vinum ex aqua in Cana Galilaeae, ascendit in diem festum Paschae, quando et scriptum est: Quia multi crediderunt in eum, videntes signa quae faciebat, sicut Joannes Domini discipulus meminit. Dehinc iterum subtrahens se invenitur in Samaria, quando et cum Samaritana disputabat, et filium Centurionis absens verbo curavit, dicens: Vade, filius tuus vivit. Et post haec iterum secunda vice ascendit in diem festum Paschae in Hierusalem, quando paralyticum, qui juxta natatoriam jacebat xxxviii annos, curavit, jubens ut surgeret et auferret grabbatum suum, et iret. Et iterum inde secedens trans mare Tyberiadis, ubi et cum multa turba eum fuisset secuta, de quinque panibus satiavit omnem illam multitudinem, et superaverunt duodecim cophini fragmentorum. Deinde cum Lazarum suscitasset ex mortuis, et insidiae fierent a Pharisaeis, secedit in Ephrem civitatem: et inde ante sex dies Paschae veniens in Bethaniam scribitur, et de Bethania ascendens in Hierosolymam, et manducans Pascha, et sequenti die passus. Quoniam autem tria haec Paschae tempora non sunt unus annus, omnis quilibet confitebitur. Et ipsum autem mensem, in quo Pascha celebratur, in quo et passus est Dominus, non duodecimum, sed primum esse, qui omnia se scire jactant, si nesciunt, a Moyse possunt discere. Falsa ergo ostensa est et anni, et duodecimi mensis absolutio eorum, et debent aut absolutionem suam, aut Evangelium reprobare: alioquin quomodo uno anno tantum Dominus praedicavit?

Con razón, pues, se entiende como año aceptable del Señor este tiempo en que los hombres son llamados y salvados por el Señor, al cual sigue el día de la retribución, es decir, el juicio. Y no solo se llama año a este tiempo, sino que también es nombrado día, tanto por el Profeta como por Pablo; y entre ellos también el Apóstol, recordando la Escritura, dice en la Epístola a los Romanos: Como está escrito: Por tu causa se nos da muerte todo el día; somos contados como ovejas para el matadero (Rom 8,36). Ahora bien, todo el día se dice por todo este tiempo en que padecemos persecución y somos muertos como ovejas. Así como este día no significa aquel que consta de doce horas, sino todo el tiempo en que los que creen en Cristo padecen y son muertos por él: así también allí el año no se dice del que consta de doce meses, sino de todo el tiempo de la fe, en el que los hombres, oyendo la predicación, creen, y se hacen aceptables al Señor los que se unen a él.

3. Es muy de admirar cómo, diciendo haber descubierto las profundidades de Dios, no han investigado en los Evangelios cuántas veces, en el tiempo de la Pascua, el Señor subió a Jerusalén después de su bautismo, según era costumbre de los judíos de toda región reunirse cada año en este tiempo en Jerusalén y celebrar allí la fiesta de la Pascua. Y primero, cuando hizo vino del agua en Caná de Galilea, subió a la fiesta de la Pascua, cuando también está escrito que muchos creyeron en él, viendo las señales que hacía (Jn 2,23), como recuerda Juan, el discípulo del Señor. Después, retirándose de nuevo, se le encuentra en Samaria, cuando también conversó con la samaritana, y curó estando ausente, con su palabra, al hijo del centurión, diciendo: Ve, tu hijo vive (Jn 4,50). Y después de esto subió de nuevo, por segunda vez, a la fiesta de la Pascua en Jerusalén, cuando curó al paralítico que yacía junto a la piscina desde hacía treinta y ocho años, mandándole que se levantara, tomara su camilla y se fuera. Y otra vez, retirándose de allí al otro lado del mar de Tiberíades, donde lo había seguido una gran muchedumbre, sació con cinco panes a toda aquella multitud, y sobraron doce canastos de pedazos. Luego, después de haber resucitado a Lázaro de entre los muertos, y como los fariseos le tendían asechanzas, se retira a la ciudad de Efraín; y de allí, seis días antes de la Pascua, está escrito que vino a Betania, y que subiendo de Betania a Jerusalén comió la Pascua y padeció al día siguiente. Que estos tres tiempos de la Pascua no son un año, cualquiera lo confesará. Y que el mes mismo en que se celebra la Pascua, en el que también padeció el Señor, no es el duodécimo sino el primero, los que se jactan de saberlo todo, si no lo saben, pueden aprenderlo de Moisés. Falsa, pues, se ha mostrado su solución tanto del año como del duodécimo mes, y deben rechazar o su solución o el Evangelio: de lo contrario, ¿cómo predicó el Señor un año solamente?

4. Triginta quidem annorum exsistens cum veniret ad baptismum, deinde magistri aetatem perfectam habens, venit Hierusalem, ita ut ab omnibus juste audiret magister: non enim aliud videbatur et aliud erat, sicut inquiunt qui putativum introducunt; sed quod erat, hoc et videbatur. Magister ergo exsistens, magistri quoque habebat aetatem, non reprobans, nec supergrediens hominem, neque solvens legem in se humani generis, sed omnem aetatem sanctificans per illam, quae ad ipsum erat, similitudinem. Omnes enim venit per semetipsum salvare: omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et parvulos, et pueros, et juvenes, et seniores. Ideo per omnem venit aetatem, et infantibus infans factus, sanctificans infantes; in parvulis parvulus, sanctificans hanc ipsam habentes aetatem, simul et exemplum illis pietatis effectus, et justitiae, et subjectionis; in juvenibus juvenis, exemplum juvenibus fiens, et sanctificans Domino. Sic et senior in senioribus, ut sit perfectus magister in omnibus, non solum secundum expositionem veritatis, sed et secundum aetatem, sanctificans simul et seniores, exemplum ipsis quoque fiens: deinde et usque ad mortem pervenit, ut sit primogenitus ex mortuis, ipse primatum tenens in omnibus, princeps vitae, prior omnium, et praecedens omnes.

5. Illi autem, ut figmentum suum de eo quod est scriptum, vocare annum Domini acceptum, affirment, dicunt uno anno eum praedicasse, et duodecimo mense passum: contra semetipsos obliti sunt, solventes ejus omne negotium, et magis necessariam, et magis honorabilem aetatem ejus auferentes, illam, inquam, provectiorem, in qua et docens praeerat universis. Quomodo enim habuit discipulos, si non docebat? Quomodo autem docebat, magistri aetatem non habens? Ad baptismum enim venit nondum qui triginta annos suppleverat, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum: (ita enim, qui ejus annos significavit Lucas, posuit: Jesus autem erat quasi incipiens triginta annorum, cum veniret ad baptismum) et a baptismate uno tantum anno praedicavit; complens tricesimum annum passus est, adhuc juvenis exsistens, et qui necdum provectiorem haberet aetatem. Quia autem triginta annorum aetas prima indolis est juvenis, et extenditur usque ad quadragesimum annum, omnis quilibet confitebitur; a quadragesimo autem et quinquagesimo anno declinat jam in aetatem seniorem; quam habens Dominus noster docebat, sicut Evangelium et omnes seniores testantur, qui in Asia apud Joannem discipulum Domini convenerunt, id ipsum tradidisse eis Joannem. Permansit autem cum eis usque ad Trajani tempora. Quidam autem eorum non solum Joannem, sed et alios apostolos viderunt, et haec eadem ab ipsis audierunt, et testantur de hujusmodi relatione. Quibus magis oportet credi? Utrumne his talibus, an Ptolemaeo, qui apostolos nunquam vidit, vestigium autem apostoli ne in somniis quidem assecutus est?

4. Teniendo treinta años cuando vino al bautismo, luego, con la edad perfecta de maestro, vino a Jerusalén, de modo que con justicia fuera llamado maestro por todos: pues no parecía una cosa y era otra, como dicen los que introducen uno aparente; sino que lo que era, eso también parecía. Siendo, pues, maestro, tenía también la edad de maestro, sin rechazar ni sobrepasar al hombre, ni abolir en sí la ley del género humano, sino santificando toda edad por aquella semejanza que tenía con él. Pues vino a salvar a todos por sí mismo: a todos, digo, los que por él renacen en Dios, infantes, y párvulos, y niños, y jóvenes, y ancianos. Por eso vino a través de toda edad, hecho infante para los infantes, santificando a los infantes; párvulo entre los párvulos, santificando a los que tienen esta misma edad, y hecho a la vez para ellos ejemplo de piedad, y de justicia, y de sumisión; joven entre los jóvenes, haciéndose ejemplo para los jóvenes, y santificándolos para el Señor. Así también anciano entre los ancianos, para ser maestro perfecto en todo, no solo en la exposición de la verdad, sino también en la edad, santificando a la vez también a los ancianos, haciéndose ejemplo también para ellos; después llegó hasta la muerte, para ser el primogénito de entre los muertos, teniendo él mismo el primer lugar en todas las cosas (Col 1,18), el príncipe de la vida, anterior a todos, y que precede a todos.

5. Pero ellos, para afirmar su ficción a partir de lo que está escrito, llamar el año aceptable del Señor, dicen que predicó un año y que padeció en el duodécimo mes: se han olvidado de sí mismos, para su propia ruina, deshaciendo toda su obra y quitándole su edad más necesaria y más honorable, aquella, digo, más avanzada, en la que, también enseñando, presidía a todos. Pues ¿cómo tuvo discípulos, si no enseñaba? ¿Y cómo enseñaba, si no tenía la edad de maestro? Pues vino al bautismo no como quien había cumplido ya treinta años, sino como quien comenzaba a tener unos treinta años (así, en efecto, lo puso Lucas, que indicó sus años: Y Jesús tenía como treinta años al comenzar, cuando vino al bautismo (Lc 3,23)); y desde el bautismo habría predicado un solo año; cumpliendo su trigésimo año habría padecido, siendo todavía joven, y sin tener aún una edad más avanzada. Pero que la edad de treinta años es la primera de la flor de un joven, y se extiende hasta el año cuarenta, cualquiera lo confesará; pero desde el año cuarenta y cincuenta declina ya hacia la vejez, la cual tenía nuestro Señor mientras enseñaba, como atestiguan el Evangelio y todos los ancianos que en Asia se reunieron con Juan, el discípulo del Señor, que Juan les transmitió eso mismo. Y él permaneció con ellos hasta los tiempos de Trajano. Y algunos de ellos vieron no solo a Juan, sino también a otros apóstoles, y oyeron de ellos estas mismas cosas, y dan testimonio de tal relato. ¿A quiénes hay que creer más? ¿A estos, o a Ptolomeo, que nunca vio a los apóstoles, y que ni en sueños alcanzó la huella de un apóstol?

6. Sed et ipsi, qui tunc disputabant cum Domino Jesu Christo Judaei, apertissime hoc ipsum significaverunt. Quando enim eis dixit Dominus: Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum, et vidit, et gavisus est, responderunt ei: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti? Hoc autem consequenter dicitur ei, qui jam xl annos excessit, quinquagesimum autem annum nondum attigit, non tamen multum a quinquagesimo anno absistat. Ei autem, qui sit xxx annorum, diceretur utique: Quadraginta annorum nondum es. Qui enim volebant eum mendacem ostendere, non utique in multum extenderent annos ultra aetatem, quam eum habere conspiciebant; sed proxima aetatis dicebant, sive vere scientes ex conscriptione census, sive conjicientes secundum aetatem, quam videbant habere eum super quadraginta; sed ut non quae esset triginta annorum. Irrationabile est enim omnino, viginti annos mentiri eos, volentes eum juniorem ostendere temporibus Abrahae. Quod autem videbant, hoc et loquebantur; qui autem videbatur, non erat putativus, sed veritas. Non ergo multum aberat a quinquaginta annis: et ideo dicebant ei: Quinquaginta annorum nondum es, et Abraham vidisti? Non ergo anno uno praedicavit, nec duodecimo mense anni passus est. Tempus enim a tricesimo anno usque ad quinquagesimum nunquam erit unus annus, nisi si apud Aeones eorum tam magni anni sunt deputati his, qui apud Bythum in Pleromate ex ordine resident, de quibus et Homerus poeta dixit, et ipse inspiratus a Matre eorum erroris:

Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ.

Quod Latine ita interpretabimur:

Dii autem apud Jovem considentes tractabant In aureo loco.

Caput XXIII

Mulierem profluvio sanguinis laborantem perturbati Aeonis typum non esse.

1. Sed et de illa muliere, quae profluvio sanguinis laborans, tetigit fimbriam vestimenti Domini, et sanata est, aperta est eorum ignorantia: (dicunt enim per eam ostendi passam illam duodecimam Virtutem, et in infinitum defluxam, id est duodecimum Aeonem) primum quidem, quia, secundum sectam eorum, duodecimus non est iste Aeon, sicut ostendimus. Ut autem ex superfluo eis et hoc detur, duodecim Aeonibus exsistentibus, undecim quidem impassibiles perseverasse dicuntur, duodecimus autem passus; mulier autem e contrario duodecimo anno sanata, manifestum est quoniam undecim quidem annis habuit perseverantem passionem, duodecimo autem sanata est. Si quidem undecim Aeones in passione insanabili fuisse dicerentur, sanatus autem duodecimus, suasorium erat dicere typum eorum esse mulierem.

6. Pero también los mismos judíos que entonces disputaban con el Señor Jesucristo significaron esto mismo clarísimamente. Pues cuando el Señor les dijo: Abraham, vuestro padre, se alegró de ver mi día, y lo vio, y se gozó, le respondieron: Aún no tienes cincuenta años, ¿y has visto a Abraham? (Jn 8,56-57) Ahora bien, esto se dice con propiedad a quien ya ha pasado los 40 años, pero no ha alcanzado aún el año cincuenta, aunque no esté muy lejos del año cincuenta. Pero a quien tuviera 30 años se le habría dicho sin duda: «Aún no tienes cuarenta años». Pues los que querían mostrarlo mentiroso no habrían alargado mucho los años más allá de la edad que veían que tenía; sino que hablaban de lo cercano a su edad, ya lo supieran de verdad por la inscripción del censo, ya lo conjeturaran según la edad que veían que tenía, por encima de los cuarenta; pero no una edad de treinta años. Pues es del todo irrazonable que mintieran en veinte años, queriendo mostrarlo más joven que los tiempos de Abraham. Y lo que veían, eso también decían; y el que era visto no era aparente, sino la verdad. No estaba, pues, muy lejos de los cincuenta años; y por eso le decían: Aún no tienes cincuenta años, ¿y has visto a Abraham? (Jn 8,57) No predicó, pues, un solo año, ni padeció en el duodécimo mes del año. Pues el tiempo desde el año treinta hasta el cincuenta nunca será un solo año, a no ser que entre sus Eones se hayan asignado años tan grandes a los que están sentados por orden junto a Bythus en el Pleroma, de los cuales también habló el poeta Homero, inspirado él también por la Madre de su error:

Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ.

Lo cual traduciremos en latín así:

«Y los dioses, sentados junto a Júpiter, deliberaban / sobre un suelo de oro».

Capítulo 23

Que la mujer que padecía flujo de sangre no es tipo del Eón perturbado.

1. Pero también en lo de aquella mujer que, padeciendo flujo de sangre, tocó la orla del vestido del Señor y fue sanada, queda al descubierto su ignorancia (pues dicen que por ella se mostró aquel duodécimo Poder que padeció y se derramó hasta el infinito, es decir, el duodécimo Eón): primero, porque, según su propia secta, ese Eón no es el duodécimo, como hemos mostrado. Pero aunque se les conceda también esto por añadidura, que existían doce Eones, de los cuales se dice que once permanecieron impasibles y que el duodécimo padeció: la mujer, al contrario, fue sanada en el duodécimo año, y es manifiesto que durante once años tuvo una pasión perdurable, y en el duodécimo fue sanada. Si se dijera que once Eones estuvieron en una pasión incurable y que el duodécimo fue sanado, habría sido persuasivo decir que la mujer era su tipo.

Quia autem haec undecim quidem annis passa est, et non est sanata, duodecimo autem anno sanata est; quomodo potest esse typus duodecimi Aeonis, ex quibus undecim omnino nihil passi sunt, solus autem duodecimus participatus est passionem? Typus enim et imago secundum materiam, et secundum substantiam aliquoties a veritate diversus est: secundum autem habitum et lineamentum, debet servare similitudinem, et similiter ostendere per praesentia illa quae non sunt praesentia.

2. Et non solum in hac muliere anni infirmitatis descripti sunt, quos coaptari dicunt figmento suo, sed ecce et alia mulier similiter xviii annis infirmata, sanata est, de qua Dominus ait: Hanc autem filiam Abrahae, quam alligavit Satanas decem et octo annis, non oportebat solvi in die Sabbati? Si ergo illa typus erat duodecimi Aeonis passi, et haec typus esse decimi octavi Aeonis passi debet. Sed non habent ostendere: alioquin prima et principalis eorum ogdoas connumerabitur compassis Aeonibus. Sed et alius autem quidam sanatur a Domino xxxviii annos habens in sua passione: et tricesimum et octavum passum Aeonem dicant. Si enim quae a Domino facta sunt, typos esse dicunt eorum, quae sunt in Pleromate; typus in omnibus debet servari. Sed neque eam, quae post xviii annos curata est, nec eum qui post xxxviii annos curatus est, possunt adaptare suo figmento. Insulsum autem et inconveniens est omnino dicere in quibusdam quidem servasse typum Salvatorem, in quibusdam autem non servasse. Dissimilis ergo et mulieris typus negotio Aeonum ostenditur.

Caput XXIV

Vana et insulsa esse argumenta quae ex numeris, litteris et syllabis ducunt haeretici.

1. Adhuc autem et falsum demonstrat commentum eorum, et instabile figmentum eorum etiam hoc ipsum, quod per numeros aliquando quidem, et per syllabas nominum, aliquando autem et per syllabarum litteras, aliquando vero et per numeros, qui secundum Graecos in litteris continentur, tentant inferre probationes. Apertissime consternationem, sive confusionem, et instabilitatem scientiae eorum, et extortum demonstrant. Jesus enim nomen alterius linguae exsistens ad Graecorum numerum transferentes, aliquando quidem episemon esse dicunt, sex habens litteras: aliquando autem plenitudinem ogdoadum dccclxxxviii numerum habens. Graecum autem nomen ejus, quod est Soter, id est, Salvator, quia non convenit figmento eorum, nec secundum numerum nec secundum litteras, tacuerunt. Et quidem si ex providentia Patris Dominica nomina accepissent, per numerum, et per litteras significantia numerum in Pleromate, Soter nomen Graecum exsistens secundum Graecitatem et per litteras, et per numeros, Pleromatis debuit ostendere mysterium. Sed non ita habet, quia quinque quidem est litterarum, numerus autem mccccviii. Haec autem in nullo communicant Pleromati eorum: non ergo vera est illa, quae ab eis in Pleromate dicitur negotiatio.

Pero ya que ella padeció once años y no fue sanada, sino que fue sanada en el duodécimo año, ¿cómo puede ser tipo del duodécimo Eón, si de ellos once no padecieron nada en absoluto, y solo el duodécimo participó de la pasión? Pues el tipo y la imagen a veces difieren de la verdad en la materia y en la sustancia; pero en la forma exterior y en el trazo deben guardar la semejanza, y mostrar de modo semejante, por medio de lo presente, aquello que no está presente.

2. Y no solo en esta mujer están consignados años de enfermedad, que dicen que se ajustan a su ficción, sino que he aquí también otra mujer, enferma igualmente durante 18 años, fue sanada, de la cual dice el Señor: Y a esta hija de Abraham, a quien Satanás tuvo atada dieciocho años, ¿no convenía soltarla en el día del sábado? (Lc 13,16) Si, pues, aquella era tipo del duodécimo Eón que padeció, también esta debe ser tipo de un decimoctavo Eón que padeció. Pero no pueden mostrarlo: de lo contrario, su primera y principal Ogdóada será contada entre los Eones que padecieron juntamente. Y también otro es sanado por el Señor, que llevaba 38 años en su pasión: digan también que hay un trigésimo octavo Eón que padeció. Pues si dicen que las cosas hechas por el Señor son tipos de las que están en el Pleroma, el tipo debe guardarse en todas. Pero ni a la que fue curada después de 18 años, ni al que fue curado después de 38 años, pueden adaptarlos a su ficción. Y es del todo insulso e inconveniente decir que el Salvador guardó el tipo en algunos casos, y en otros no lo guardó. El tipo de la mujer, pues, se muestra también desemejante al asunto de los Eones.

Capítulo 24

Que son vanos e insulsos los argumentos que los herejes sacan de números, letras y sílabas.

1. Además, también esto mismo demuestra que su artificio es falso y su ficción inestable: que intentan aducir pruebas unas veces por los números y por las sílabas de los nombres, otras por las letras de las sílabas, y otras por los números que, según los griegos, están contenidos en las letras. Muestran clarísimamente la consternación, o confusión, y la inestabilidad de su ciencia, y su retorcimiento. Pues trasladando el nombre de Jesús, que es de otra lengua, al número de los griegos, unas veces dicen que es el episemon, por tener seis letras; y otras, que es la plenitud de las Ogdóadas, por tener el número 888. Pero su nombre griego, que es Soter, es decir, Salvador, lo han callado, porque no conviene a su ficción ni por el número ni por las letras. Y ciertamente, si los nombres del Señor se hubieran recibido por providencia del Padre, significando por el número y por las letras el número del Pleroma, Soter, siendo un nombre griego, habría debido mostrar, según la lengua griega, el misterio del Pleroma tanto por las letras como por los números. Pero no es así, porque es de cinco letras, y su número es 1408. Y estas cosas en nada concuerdan con su Pleroma: no es verdadero, pues, aquel asunto que ellos dicen que hay en el Pleroma.

2. Jesus autem nomen, secundum propriam Hebraeorum linguam, litterarum est duarum et dimidiae, sicut periti eorum dicunt, significans Dominum eum, qui continet coelum et terram: quia Jesus secundum antiquam Hebraicam linguam coelum est, terra autem iterum sura user dicitur. Verbum ergo quod coelum et terra habet, ipse est Jesus. Falsa est ergo et episemi eorum redditio, et numerus eorum eversus est manifeste. Secundum enim propriam eorum linguam, quinque litterarum est Graeco vocabulo Soter: Jesus autem iterum, secundum Hebraicam linguam, duas et dimidiam habet litteras. Corruit ergo numerus calculi, qui est in dccclxxxviii. Et per omnia autem Hebraeorum litterae non conveniunt numero Graecorum, quae maxime deberent, antiquiores et firmiores exsistentes, salvare supputationem nominum. Ipsae enim antiquae, et primae Hebraeorum litterae, et sacerdotales nuncupatae, decem quoque quidem sunt numero, (scribuntur autem per xv) novissima littera copulata primae. Et ideo quidem quaedam secundum subsequentiam scribunt, sicuti et nos: quaedam autem retrorsum a dextra parte in sinistram retorquentes litteras. Et Christus autem supputationem nominis convenientem Aeonis Pleromatis eorum habere debuit, qui ad stabilitatem et correctionem Pleromatis eorum prolatus est, secundum quod dicunt. Et Pater autem similiter et per litteras, et per numerum, continere debuit numerum eorum, qui ab eo prolati sunt Aeonum; sed et Bythus similiter; nihilominus autem et Unigenitus, et maxime autem super omnia nomen quod dicitur Deus, quod et ipsum Hebraice Baruch dicitur, et duas et dimidiam habet litteras. Ex hoc ergo quod firmiora nomina secundum Hebraicam et Graecitatis linguam, nec secundum numerum litterarum, nec secundum supputationem conveniunt figmento eorum, manifesta est de reliquis impudenter extorta supputatio.

3. Etenim ex lege, eligentes quaecunque concurrunt sectae eorum numero, tentant violenter probationes facere. Si autem erat propositum Matri eorum, sive Salvatori, per Demiurgum typos eorum, quae sunt in Pleromate ostendere, in verioribus et sanctioribus fieri typos fuissent operati: et maxime autem in ipsa arca Testamenti, per quam et omne tabernaculum testimonii compositum est. Facta est autem haec, longitudo quidem ejus cubitis duobus et dimidio, latitudo autem ejus uno cubito et dimidio, et altitudo cubito uno et dimidio: numerus autem iste cubitorum in nullo convenit figmento eorum, per quem maxime typus ostendi debuit. Et propitiatorium autem similiter in nullo convenit expositionibus eorum. Adhuc autem et mensa propositionis, duobus cubitis longitudo, et unius cubiti latitudo, altitudo autem ejus unius cubiti et dimidii, (haec ante sancta sanctorum) per quae ne una quidem quantitas numeri significantiam quaternationis, sive octonationis, aut reliqui Pleromatis eorum continet. Quid autem candelabrum septem quidem habens calamiscos, lucernas autem septem? Et si quidem secundum typum facta fuissent, calamiscos octo, totidemque lucernas habere debuit, ad typum primae octonationis, quae praefulget in Aeonibus, et illuminat omnem plenitudinem.

2. Pero el nombre de Jesús, en la lengua propia de los hebreos, es de dos letras y media, como dicen sus entendidos, y significa el Señor que contiene el cielo y la tierra: porque Jesús en la antigua lengua hebrea es cielo, y la tierra a su vez se dice sura user. El Verbo, pues, que contiene el cielo y la tierra, es él mismo Jesús. Falsa es, por tanto, también su interpretación del episemon, y su número queda manifiestamente derrocado. Pues en su propia lengua, Soter, vocablo griego, es de cinco letras; pero Jesús, a su vez, en la lengua hebrea, tiene dos letras y media. Se viene abajo, pues, el número de su cálculo, que está en 888. Y en todo las letras de los hebreos no concuerdan con el número de los griegos, siendo así que ellas, más antiguas y más firmes, debían sobre todo salvar el cómputo de los nombres. Pues las antiguas y primeras letras de los hebreos, llamadas también sacerdotales, son diez en número (pero se escriben por diez y cinco), estando la última letra unida a la primera. Y por eso escriben unas cosas según el orden, como también nosotros, y otras al revés, volviendo las letras de la derecha hacia la izquierda. Y también Cristo, que fue proferido para la estabilidad y corrección de su Pleroma, según lo que dicen, debería haber tenido un cómputo de su nombre que concordara con el Eón de su Pleroma. Y también el Padre, del mismo modo, debería haber contenido, tanto por las letras como por el número, el número de los Eones que fueron proferidos por él; y Bythus igualmente; y no menos también el Unigénito; y sobre todo el nombre que se dice Dios, el cual en hebreo se dice Baruch, y también tiene dos letras y media. Por esto, pues, que los nombres más firmes, en la lengua hebrea y en la griega, no concuerdan con su ficción ni por el número de las letras ni por el cómputo, queda manifiesto el cómputo desvergonzadamente arrancado del resto.

3. Pues, eligiendo de la Ley todo lo que concuerda con el número de su secta, intentan hacer pruebas por la fuerza. Pero si era propósito de su Madre, o del Salvador, mostrar por medio del Demiurgo tipos de las cosas que están en el Pleroma, habrían obrado que los tipos se hicieran en cosas más verdaderas y más santas: y sobre todo en la misma arca del Testamento, por la cual se compuso también todo el tabernáculo del testimonio. Ahora bien, esta fue hecha con una longitud de dos codos y medio, una anchura de un codo y medio, y una altura de un codo y medio: y este número de codos en nada concuerda con su ficción, siendo así que por él debía mostrarse sobre todo el tipo. Y el propiciatorio tampoco concuerda en nada con sus exposiciones. Además, la mesa de la proposición, de dos codos de longitud y un codo de anchura, y su altura de un codo y medio (estas cosas estaban delante del santo de los santos): por las cuales ni una sola cantidad de número contiene la significación del cuaternario, o del octonario, o del resto de su Pleroma. ¿Y qué del candelabro, que tenía siete brazos y siete lámparas? Y si se hubieran hecho según el tipo, debería haber tenido ocho brazos, y otras tantas lámparas, según el tipo del primer octonario, que resplandece entre los Eones e ilumina toda la Plenitud.

Atria autem decem exsistentia diligenter numeraverunt, typum ea dicentes decem Aeonum; pelles autem jam non numeraverunt secundum numerum undecim factas. Sed neque ipsorum atriorum magnitudinem mensi sunt, viginti et octo cubitorum longitudinem unumquodque atrium habens. Et columnarum longitudinem factam decem cubitorum exponunt propter decadem Aeonum: Latitudo autem unius et dimidii cubiti erat uniuscujusque columnae, non jam exponunt, neque numerum omnium columnarum, neque serarum earum, quoniam non communicat argumento eorum. Quid autem oleum unctionis, quod omne tabernaculum sanctificavit? Fortasse latuit Salvatorem, aut dormiente Matre eorum Demiurgus a semetipso de pondere praecepit: unde et dissonat ad Pleroma eorum, Smyrnae quidem habens siclos quingentos: ireos D, cinnamomi CCL, calamisci CCL, et super haec oleum, ita ut ex quinque commistionibus subsistat. Et incensum autem similiter de stacte, et ungula, et galbano, et hedyosmo, et thure, quae in nullo communicare possunt, neque commistionibus, neque pondere, argumento eorum. Irrationabile est ergo et omnino rusticanum, in sublimibus quidem et elegantioribus legis non servatos esse typos; in caeteris autem, sicubi aliquis numerus concurrit cum his quae ipsi dicunt, typos esse asseverare eorum, quae sunt in Pleromate, cum omnis numerus multifarie in Scripturis sit positus: ita ut possit qui velit, non solum octonationem, et decadem, et duodecada, sed quemlibet ex Scripturis constituere numerum, et hunc typum esse commentati a se erroris.

4. Quia autem hoc verum est, numerus iste, qui quinque dicitur, in nullo communicans argumento eorum, nec concurrens figmento eorum, nec conveniens eis ad typicam eorum, quae sunt in Pleromate, demonstrationem, ex Scripturis sic suscipiet probationem. Soter nomen quinque litterarum, et Pater autem habet quinque litteras; sed et Agape nomen sunt litterae quinque, et Dominus noster panes quinque benedicens, satiavit hominum quinque millia; sapientes virgines a Domino sunt quinque dictae, et stultae similiter quinque. Iterum quinque viri cum Domino fuisse dicuntur, quando testimonio Patris occurrit, scilicet Petrus, et Jacobus, et Joannes, et Moyses, et Helias; quintus autem ingressus Dominus ad mortuam puellam, suscitavit eam: Nullum enim, inquit, permisit intrare, nisi Petrum, et Jacobum, et patrem et matrem puellae. Ille dives apud inferos ait habere se quinque fratres, ad quos unum ire rogat ex mortuis resurgentem. Natatoria piscina quinque habebat porticus, unde Dominus paralyticum sanum in suam domum ire praecepit.

Los atrios, que son diez, los contaron con diligencia, diciendo que son tipo de los diez Eones; pero las pieles, hechas en número de once, ya no las contaron. Ni midieron tampoco el tamaño de los atrios mismos, teniendo cada atrio una longitud de veintiocho codos. Y exponen la longitud de las columnas, hecha de diez codos, a causa de la Década de los Eones; pero que la anchura de cada columna era de un codo y medio ya no lo exponen, ni el número de todas las columnas, ni el de sus barras, porque no concuerda con su argumento. ¿Y qué del óleo de la unción, que santificó todo el tabernáculo? Quizá se le escapó al Salvador, o, mientras dormía su Madre, el Demiurgo dispuso por sí mismo lo del peso: de donde desentona también con su Pleroma, pues tiene quinientos siclos de mirra, de lirio 500, de canela 250, de cálamo aromático 250, y además de esto aceite, de modo que consta de cinco mezclas. Y el incienso, igualmente, de estacte, y de uña aromática, y de gálbano, y de hierbabuena, y de incienso puro, que en nada pueden concordar con su argumento, ni por las mezclas ni por el peso. Es irrazonable, pues, y del todo rústico, que en las cosas sublimes y más elegantes de la Ley no se hayan guardado los tipos, y que en las demás, dondequiera que algún número coincide con lo que ellos dicen, afirmen que son tipos de las cosas que están en el Pleroma, siendo así que todo número está puesto de muchas maneras en las Escrituras: de modo que quien quiera podría constituir a partir de las Escrituras no solo un octonario, y una Década, y una Dodécada, sino cualquier número, y decir que es tipo del error que él ha maquinado.

4. Pero que esto es verdad, este número que se llama cinco, que en nada concuerda con su argumento, ni coincide con su ficción, ni conviene a su demostración típica de las cosas que están en el Pleroma, recibirá de las Escrituras su prueba así. Soter es un nombre de cinco letras, y Pater también tiene cinco letras; y también el nombre Agape son cinco letras; y nuestro Señor, bendiciendo cinco panes, sació a cinco mil hombres; el Señor habló de cinco vírgenes sabias, y de cinco necias igualmente. De nuevo, se dice que cinco hombres estuvieron con el Señor cuando salió al encuentro del testimonio del Padre, a saber, Pedro, y Santiago, y Juan, y Moisés, y Elías; y el Señor, entrando como quinto donde estaba la niña muerta, la resucitó: Pues a nadie, dice, permitió entrar, sino a Pedro, y a Santiago, y al padre y a la madre de la niña (Lc 8,51). Aquel rico en los infiernos dice que tiene cinco hermanos, a los cuales pide que vaya uno que resucite de entre los muertos. La piscina natatoria tenía cinco pórticos, de donde el Señor mandó al paralítico, ya sano, ir a su casa.

Et ipse habitus crucis, fines et summitates habet quinque, duos in longitudine, et duos in latitudine, et unum in medio, in quo requiescit qui clavis affigitur. Unaquaeque manus nostra digitos quinque habet; sed et sensus habemus quinque: et quae in nostris sunt visceribus, in quinque possunt numerari, cor, et hepar, pulmones, splen et renes. Adhuc etiam totus homo in hunc numerum potest dividi, caput, pectus, venter, femora, pedes. Quinque aetates transit humanum genus: primum infans, deinde puer, deinde parvulus, et post hoc juvenis, sic deinde senior.

In quinque libris legem populo Moyses tradidit. Unaquaeque tabula, quam accepit a Deo, praecepta habebat quinque. Velamen sanctum sanctorum cooperiens columnas habebat quinque. Et holocausti altare, altitudo ejus erat quinque cubitorum. Sacerdotes in eremo electi sunt quinque, scilicet Aaron, Nadab, Abiud, Eleazar et Ithamar. Talaris, et Logium, et reliqua sacerdotalis compositio de quinque contexta sunt; habebant enim aurum, et hyacinthum, et purpuram, et coccinum, et byssum. Et quinque reges Amorrhaeorum in speluncis concludens Jesus Nave, capita eorum inculcari dedit populo. Et alia quoque multa millia hujusmodi, et in hoc numero, et in quo quis voluerit, sive ex Scripturis, sive ex subjacentibus naturae operibus colligere potest: et non jam ob hoc quinque Aeonas esse dicimus super Demiurgum, nec quinionem, quasi ut divinam rem aliquam, consecramus, nec instabilia, nec deliramenta per vanum istum laborem confirmare tentamus, neque creaturam bene aptatam a Deo cogimus male in typos non exsistentium transferri, et impia et nefaria dogmata introducere, cum detectio et eversio ab omnibus sensum habentibus possit exsistere.

5. Quis enim concedat eis ccclxv tantum dies habere annum, ut sint duodecim menses triginta diebus, in typum duodecim Aeonum, dissimili et typo exsistente? Illic enim unusquisque Aeonum tricesima pars est universi Pleromatis, mensis autem duodecima pars anni ab ipsis esse dicitur. Si quidem annus in triginta divideretur, et mensis in duodecim, conveniens putaretur typus esse mendacio eorum. Nunc autem in contrarium. Pleroma quidem eorum in triginta dividitur, pars autem ejus aliqua in duodecim: hic autem omnis quidem annus in duodecim dividitur partes, pars autem ejus aliqua in triginta. Insulse itaque Salvator mensem quidem universi Pleromatis typum fecit fieri, annum autem ejus, quae in Pleromate est, duodecadis; magis enim conveniebat annum quidem in triginta dividere, sicut et totum Pleroma; mensem autem in duodecim, sicut et sunt in Pleromate eorum Aeones. Et illi quidem omne Pleroma in tres dividunt, id est, in octonationem, et decadem, et duodecadem: hic autem annus in quatuor dividitur, id est, vernum, aestatem, autumnum et hiemem.

Y la forma misma de la cruz tiene cinco extremos y puntas, dos en la longitud, y dos en la anchura, y uno en medio, en el que descansa el que es clavado con los clavos. Cada una de nuestras manos tiene cinco dedos; y también tenemos cinco sentidos; y lo que está en nuestras entrañas puede contarse en cinco: el corazón, y el hígado, los pulmones, el bazo y los riñones. Además, el hombre entero puede dividirse en este número: cabeza, pecho, vientre, muslos, pies. El género humano pasa por cinco edades: primero infante, luego niño, luego párvulo, y después de esto joven, y así luego anciano.

En cinco libros entregó Moisés la Ley al pueblo. Cada tabla que recibió de Dios tenía cinco preceptos. El velo que cubría el santo de los santos tenía cinco columnas. Y el altar del holocausto: su altura era de cinco codos. Cinco sacerdotes fueron elegidos en el desierto, a saber, Aarón, Nadab, Abiú, Eleazar e Itamar. La túnica talar, y el oráculo, y el resto del atuendo sacerdotal estaban tejidos de cinco cosas; pues tenían oro, y jacinto, y púrpura, y escarlata, y lino fino. Y Josué, hijo de Nun, encerrando en las cuevas a cinco reyes de los amorreos, entregó sus cabezas al pueblo para que las pisoteara. Y cualquiera puede reunir otros muchos miles de cosas semejantes, tanto en este número como en el que quiera, ya de las Escrituras, ya de las obras de la naturaleza que tenemos delante: y sin embargo no decimos por esto que haya cinco Eones por encima del Demiurgo, ni consagramos el quinario como si fuera algo divino, ni intentamos confirmar cosas inestables y delirios por medio de ese vano trabajo, ni forzamos a la creación, bien ajustada por Dios, a ser trasladada torcidamente a tipos de cosas que no existen, y a introducir doctrinas impías y nefandas, cuando su desenmascaramiento y su derrocamiento pueden ser obra de todos los que tienen entendimiento.

5. Pues ¿quién les concedería que el año tiene solo 365 días, para que haya doce meses de treinta días, como tipo de los doce Eones, siendo además desemejante el tipo? Pues allí cada uno de los Eones es la trigésima parte de todo el Pleroma, mientras que el mes es, según dicen ellos, la duodécima parte del año. Si el año se dividiera en treinta, y el mes en doce, se podría pensar que el tipo convenía a su mentira. Pero ahora es al contrario. Su Pleroma se divide en treinta, y una parte de él en doce; pero aquí el año entero se divide en doce partes, y una parte de él en treinta. Insulsamente, pues, hizo el Salvador que el mes fuera tipo de todo el Pleroma, y el año, de la Dodécada que está en el Pleroma; pues más convenía dividir el año en treinta, como también todo el Pleroma, y el mes en doce, como también son los Eones en su Pleroma. Y ellos dividen todo el Pleroma en tres, es decir, en el octonario, y la Década, y la Dodécada; pero aquí el año se divide en cuatro, es decir, primavera, verano, otoño e invierno.

Sed neque menses, quos dicunt typum esse tricenarii, praefinitive triginta habent dies, sed alii quidem plures, alii autem minus, eo quod quinque dies superponantur eis. Et dies autem non semper praefinitas duodecim habet horas, sed a novem usque ad xv ascendit, et iterum a xv in novem descendit. Non jam propter triginta Aeonas facti sunt menses triginta dierum; alioquin haberent praefinitas tricenarias dies: neque iterum dies horum, ut duodecim Aeonas per duodecim horas figurarent: haberent enim et ipsi praefinitas semper duodecim horas.

6. Adhuc autem materialia sinistram vocantes, et ex necessitate quae sunt sinistrae, in corruptionem cedere dicentes, et Salvatorem venisse ad ovem perditam, ut eam transferat ad dextram, id est ad illas quae sunt salutis nonaginta et novem oves, quae non perierunt, sed in ovili permanserunt: sinistrae manus exsistentes levamen, non esse salutis, consentire eos necesse est. Et hoc quod non similiter eumdem numerum habet, cogentur sinistrae, id est corruptionis confiteri: et hoc nomen quod Graece dicitur Agape, secundum Graecorum litteras, per quas apud eos supputatio signatur, nonaginta et tres numerum habens, similiter sinistrae manus levamen est: et Alethia quoque similiter, secundum supradictam rationem, sexaginta quatuor numerum habens, in parte materialium subsistit: et omnia omnino quaecunque sanctorum nomina non adimplent numerum centum, sed sinistrae tantum habent numeros, corruptibilia et materialia esse confiteri cogentur.

Caput XXV

Solvit objectionem, et ostendit Deum non esse ad litteras, syllabas et numeros exigendum, sed numeros, et ea quae facta sunt, regula veritatis pensari debere. Omnia ex uno et eodem Deo esse, nec curiosius investiganda quae mentis humanae, Deo longe inferioris, captum superant.

1. Si quis autem ad haec dixerit: Quid ergo? in vanum est, et ut provenit et nominum positiones sunt, et apostolorum electio, et Domini operatio, et eorum quae facta sunt compositio? Dicemus eis: Non quidem; sed magna sapientia, et diligentia ad liquidum apta et ornata omnia a Deo facta sunt, et antiqua, et quaecunque in novissimis temporibus Verbum ejus operatum est; et debent ea, non numero xxx, sed subjacenti copulare argumento, sive rationi: neque de Deo inquisitionem ex numeris, et

Ni tampoco los meses, que dicen que son tipo del treinta, tienen fijamente treinta días, sino que unos tienen más y otros menos, porque se les añaden por encima cinco días. Y el día tampoco tiene siempre fijas doce horas, sino que sube de nueve hasta 15, y de nuevo baja de 15 a nueve. No fueron hechos, pues, los meses de treinta días a causa de los treinta Eones; de lo contrario tendrían fijamente treinta días: ni tampoco los días de estos, para figurar a los doce Eones por doce horas; pues también ellos tendrían siempre fijas doce horas.

6. Además, llamando izquierda a lo material, y diciendo que lo que es de la izquierda va por necesidad a la corrupción, y que el Salvador vino a la oveja perdida para trasladarla a la derecha, es decir, a aquellas noventa y nueve ovejas que son de la salvación, que no perecieron sino que permanecieron en el redil: es necesario que convengan en que lo que cae en la cuenta de la mano izquierda no es de la salvación. Y lo que no tiene igualmente ese mismo número se verán obligados a confesar que es de la izquierda, es decir, de la corrupción: y este nombre que en griego se dice Agape, que según las letras de los griegos, por las que entre ellos se señala el cómputo, tiene el número noventa y tres, es igualmente cuenta de la mano izquierda; y también Alethia igualmente, según la razón dicha antes, que tiene el número sesenta y cuatro, subsiste en la parte de lo material: y se verán obligados a confesar que absolutamente todos los nombres de las cosas santas que no completan el número cien, sino que tienen solo los números de la izquierda, son corruptibles y materiales.

Capítulo 25

Resuelve una objeción, y muestra que a Dios no hay que medirlo por letras, sílabas y números, sino que los números, y las cosas que han sido hechas, deben ponderarse por la regla de la verdad. Que todas las cosas proceden de uno y el mismo Dios, y que no ha de indagarse con demasiada curiosidad lo que supera la capacidad de la mente humana, muy inferior a Dios.

1. Pero si alguno dice a esto: «¿Qué, pues? ¿Es en vano y al azar como se dieron los nombres, y la elección de los apóstoles, y la operación del Señor, y la composición de las cosas que han sido hechas?» Les diremos: «No, por cierto; sino que con gran sabiduría y diligencia todas las cosas han sido hechas por Dios, ajustadas y adornadas a la perfección, tanto las antiguas como cuantas obró su Verbo en los últimos tiempos; y deben unirlas, no al número 30, sino al argumento subyacente, o a la razón; y no tomar la indagación acerca de Dios de los

syllabis, et litteris accipere (infirmum est enim hoc propter multifarium et varium eorum, et quod possit omne argumentum hodie aeque commentatum ab aliquo, contraria veritati ex ipsis sumere testimonia, eo quod in multa transferri possint); sed ipsos numeros, et ea quae facta sunt aptare debent subjacenti veritatis argumento. Non enim regula ex numeris, sed numeri ex regula: nec Deus ex factis, sed ea quae facta sunt, ex Deo. Omnia enim ex uno et eodem Deo.

2. Quia autem varia et multa sunt, quae facta sunt; et ad omnem quidem facturam bene aptata, et bene consonantia; quantum autem spectat ad unumquodque eorum, sunt sibi invicem contraria et non convenientia: sicut citharae sonus per uniuscujusque distantiam consonantem unam melodiam operatur, ex multis et contrariis sonis subsistens. Debet ergo amator veri non traduci distantia uniuscujusque soni, nec alium quidem hujus, alium autem illius artificem suspicari et factorem: neque alium quidem acutiores, alium autem vastiores, alium vero medietates aptasse; sed unum et ipsum ad totius operis et sapientiae demonstrationem, et justitiae, et bonitatis, et muneris. Hi vero qui audiunt melodiam, debent laudare et glorificare artificem, et aliorum quidem extensionem mirari, aliorum autem laxamentum intendere, aliorum vero inter utrumque temperamentum exaudire, aliorum autem typum considerare, et ad quid unumquodque referat, et eorum causam inquirere; nusquam transferentes regulam, neque errantes ab artifice, neque abjicientes fidem, quae est in unum Deum, qui fecit omnia, neque blasphemantes nostrum conditorem.

3. Si autem et aliquis non invenerit causam omnium quae requiruntur, cogitet quia homo est in infinitum minor Deo, et qui ex parte acceperit gratiam, et qui nondum aequalis, vel similis sit factori, et qui omnium experientiam et cogitationem habere non possit, ut Deus; sed in quantum minor est ab eo, qui factus non est, et qui semper idem est, ille qui hodie factus est, et initium facturae accepit; in tantum secundum scientiam, et ad investigandum causas omnium, minorem esse eo qui fecit. Non enim infectus es, o homo, neque semper coexsistebas Deo, sicut proprium ejus Verbum; sed propter eminentem bonitatem ejus, nunc initium facturae accipiens, sensim discis a Verbo dispositiones Dei, qui te fecit.

4. Ordinem ergo serva tuae scientiae, et ne ut bonorum ignarus supertranscendas ipsum Deum; non enim transibilis est: neque super Demiurgum requiras quid sit; non enim invenies. Indeterminabilis est enim artifex tuus: neque tanquam hunc totum mensus sis, et tanquam qui per omnem ejus fabricam veneris, et omne, quod est in eo profundum, et altitudinem, et longitudinem consideraveris, super ipsum alium excogites Patrem. Non enim excogitabis, sed contra naturam sentiens, eris insipiens; et si in hoc perseveraveris, incides in insaniam, sublimiorem teipsum melioremque factore tuo existimans, et quod pertranseas regna ejus.

números, y de las sílabas, y de las letras (pues esto es débil, por su multiplicidad y variedad, y porque cualquier argumento, inventado hoy por cualquiera, podría igualmente sacar de ellos testimonios contrarios a la verdad, ya que pueden trasladarse a muchas cosas); sino que deben ajustar los números mismos, y las cosas que han sido hechas, al argumento subyacente de la verdad». Pues no viene la regla de los números, sino los números de la regla; ni Dios de las cosas hechas, sino las cosas que han sido hechas, de Dios. Pues todas las cosas proceden de uno y el mismo Dios.

2. Pero las cosas que han sido hechas son variadas y muchas; y en relación con toda la cosa hecha están bien ajustadas y bien concordes, pero en lo que toca a cada una de ellas son contrarias entre sí y no concuerdan: así como el sonido de la cítara, por el intervalo de cada sonido, produce una sola melodía concorde, subsistiendo de muchos y contrarios sonidos. Así pues, el amante de la verdad no debe dejarse extraviar por el intervalo de cada sonido, ni sospechar que uno es el artífice y hacedor de esto y otro el de aquello, ni que uno ajustó los más agudos, otro los más graves, y otro los medios; sino uno y el mismo, para la demostración de toda la obra y de la sabiduría, y de la justicia, y de la bondad, y del don. Y los que oyen la melodía deben alabar y glorificar al Artífice, y admirar la tensión de unos sonidos, y atender a la distensión de otros, y escuchar la templanza de otros entre los dos extremos, y considerar el tipo de otros, y a qué se refiere cada uno, e indagar su causa; sin trasladar nunca la regla, ni apartarse del Artífice, ni desechar la fe que es en un solo Dios que hizo todas las cosas, ni blasfemar de nuestro Creador.

3. Y si alguno no encuentra la causa de todas las cosas que se buscan, piense que el hombre es infinitamente inferior a Dios, y que ha recibido la gracia en parte, y que todavía no es igual ni semejante a su Hacedor, y que no puede tener la experiencia y el pensamiento de todas las cosas, como Dios; sino que, en la medida en que el que fue hecho hoy y recibió el comienzo de su hechura es inferior al que no fue hecho y que es siempre el mismo, en esa misma medida es inferior al que lo hizo en la ciencia y en la investigación de las causas de todas las cosas. Pues tú no eres no hecho, oh hombre, ni coexistías siempre con Dios, como su propio Verbo; sino que, por su eminente bondad, recibiendo ahora el comienzo de tu hechura, aprendes poco a poco del Verbo las disposiciones de Dios que te hizo.

4. Guarda, pues, el orden de tu ciencia, y no quieras, como ignorante de los bienes, sobrepasar a Dios mismo; pues no se le puede traspasar: ni busques qué hay por encima del Demiurgo; pues no lo encontrarás. Pues tu Artífice es ilimitado: y no idees otro Padre por encima de él, como si lo hubieras medido entero, y como si hubieras recorrido toda su obra, y hubieras considerado toda la profundidad que hay en él, y la altura, y la longitud. Pues no lo idearás; sino que, pensando contra la naturaleza, serás necio; y si perseveras en esto, caerás en la locura, teniéndote por más elevado y mejor que tu Hacedor, y pensando que traspasas sus reinos.

Caput XXVI

Imperitos et idiotas Deum sincere diligentes praeferendos esse iis qui inflati sunt vanae scientiae persuasione. A curiosis ac superfluis quaestionibus temperandum.

1. Melius est ergo et utilius, idiotas et parum scientes exsistere, et per charitatem proximum fieri Deo quam putare multum scire, et multa expertos in suum Deum blasphemos inveniri, alterum Deum Patrem fabricantes. Et ideo Paulus clamavit: Scientia inflat, charitas autem aedificat; non quia veram scientiam de Deo culparet, alioquin seipsum primum accusaret; sed quia sciebat quosdam sub occasione scientiae elatos excidere a dilectione Dei, et ob hoc opinari seipsos esse perfectos, imperfectum autem Demiurgum introducentes, abscidens eorum ob hujusmodi scientiam supercilium, ait: Scientia inflat, charitas autem aedificat. Major autem hac non est alia inflatio, quam ut opinetur quis se meliorem et perfectiorem esse eo, qui fecerit, et plasmaverit, et spiramen vitae dederit, et hoc ipsum esse praestiterit. Melius itaque est, sicuti praedixi, nihil omnino scientem quempiam, ne quidem unam causam cujuslibet eorum quae facta sunt, cur factum sit, credere Deo, et perseverare eos in dilectione, aut per hujusmodi scientiam inflatos excidere a dilectione, quae hominem vivificat: nec aliud inquirere ad scientiam, nisi Jesum Christum Filium Dei, qui pro nobis crucifixus est, aut per quaestionum subtilitates et minutiloquium in impietatem cadere.

2. Quid enim si per hos conatus paululum quis elatus, eo quod Dominus dixerit, quia et capilli capitis vestri omnes numerati sunt, curiose inquirere voluerit numerum uniuscujusque capitis, capillorum, et causam exquirere per quam hic quidem tantos, ille autem tantos capillos habeat, non omnibus ex aequo habentibus, sed multis millibus super millia aliis atque aliis numeris inventis, eo quod alii quidem majora, alii autem minora habeant capita; et alii quidem spissos capillos semper, alii autem raros, alii vero et omnino paucos capillos habeant; et hi, qui putant se numerum invenisse capillorum, tentent referre ad testimonium suae sectae, quam excogitaverunt? Aut iterum si quis ob hoc quod dictum sit in Evangelio: Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex his non cadet super terram sine Patris vestri voluntate? enumerare voluerit captos ubique quotidie passeres, sive in unaquaque regione, et causam requirere ob quam heri quidem tantos, ac pridem tantos, hodie autem iterum tanti sint qui capti sunt; et adnectat passerum numerum ad suum argumentum: nonne seipsum seducit omnino, et eos, qui ei acquiescunt, in magnam insaniam cogit, semper promptis hominibus, ut in talibus amplius quid quam magistri eorum putentur invenisse?

Capítulo 26

Que los inexpertos e iletrados que aman a Dios sinceramente han de ser preferidos a los que están hinchados por la presunción de una ciencia vana. Que hay que abstenerse de cuestiones curiosas y superfluas.

1. Es mejor, pues, y más útil, ser iletrados y saber poco, y acercarse a Dios por la caridad, que creer saber mucho y, teniendo mucha experiencia, encontrarse blasfemos contra su propio Dios, fabricando otro Dios Padre. Y por eso Pablo exclamó: La ciencia hincha, pero la caridad edifica (1 Cor 8,1); no porque censurara la verdadera ciencia de Dios, pues de lo contrario se habría acusado a sí mismo el primero; sino porque sabía que algunos, engreídos con pretexto de la ciencia, caen del amor de Dios, y por eso se creen perfectos, mientras introducen un Demiurgo imperfecto, cortando su altivez a causa de tal ciencia, dice: La ciencia hincha, pero la caridad edifica. Y no hay hinchazón mayor que esta: que alguien se crea mejor y más perfecto que el que lo hizo, y lo plasmó, y le dio el aliento de vida, y le concedió el ser mismo. Es mejor, pues, como dije antes, no saber absolutamente nada, ni siquiera una sola causa de cualquiera de las cosas que han sido hechas, de por qué fue hecha, y creer a Dios, y perseverar en su amor, que, hinchados por tal ciencia, caer del amor que vivifica al hombre; y no buscar para la ciencia otra cosa que a Jesucristo, el Hijo de Dios, que fue crucificado por nosotros, antes que caer en la impiedad por las sutilezas de las cuestiones y las minucias.

2. Pues ¿qué si alguno, un poco engreído por tales intentos, porque el Señor dijo que también los cabellos de vuestra cabeza están todos contados (Mt 10,30), quisiera indagar con curiosidad el número de los cabellos de cada cabeza, y buscar la causa por la que este tiene tantos y aquel tantos, ya que no todos los tienen por igual, sino que se encuentran muchos miles sobre miles de números diversos, porque unos tienen la cabeza más grande y otros más pequeña; y unos tienen siempre el cabello espeso, otros ralo, y otros muy poco cabello; y los que creen haber hallado el número de los cabellos intentaran referirlo al testimonio de la secta que han ideado? O también, si alguno, porque se dijo en el Evangelio: ¿No se venden dos pájaros por un as? Y ni uno de ellos caerá sobre la tierra sin la voluntad de vuestro Padre (Mt 10,29), quisiera contar los pájaros que se cazan cada día en todas partes, o en cada región, y buscar la causa por la que ayer tantos, y anteayer tantos, y hoy de nuevo tantos fueron cazados; y atara el número de los pájaros a su propio argumento: ¿no se seduce a sí mismo del todo, y empuja a una gran locura a los que le hacen caso, siendo los hombres siempre propensos a que se piense que en tales cosas han hallado algo más que sus maestros?

3. Quid autem si quis interroget nos, si omnis numerus omnium quae sunt facta, et quae fiunt, scitur a Deo, et si secundum illius providentiam unusquisque eorum eam, quae secundum se est, accepit quantitatem: nobisque consentientibus et confitentibus, quia nihil omnino horum quae facta sunt, et quae fiunt, et fient scientiam Dei fugit, sed per illius providentiam unumquodque eorum et habitum, et ordinem, et numerum, et quantitatem accipere et accepisse propriam, et nihil omnino neque vane, nec ut provenit factum aut fieri, sed cum magna aptatione et conscientia sublimi, et esse admirabilem rationem, et vere divinam quae possit hujusmodi et discernere, et causas proprias enuntiare: accipiens a nobis hujusmodi testimonium et consensum, pergat ad hoc, ut et arenam enumeret, et calculos terrae, sed et fluctus maris, et stellas coeli, et causas excogitare numeri qui putatur inventus: nonne in vanum laborans, et delirus hic talis, et irrationabilis ab omnibus, qui sensum habent, juste dicetur? Et quo magis praeter caeteros in hujusmodi quaestionibus occupatur, et quo plus aliis adinvenire se existimat, reliquos imperitos, et idiotas, et animales vocans, eo quod non suscipiant ejus tam vanum laborem; hoc magis est insanus et stupidus, tanquam fulmine percussus, in nullo cedens Deo; sed per scientiam quam invenisse se putat, ipsum mutat Deum, et jaculatur sententiam suam super magnitudinem factoris.

Caput XXVII

Ex parabolis, quibus multiplex potest subesse sensus, obscura explicanda non esse, sed ex iis quae clare et aperte posita sunt in Scripturis.

1. Sensus autem sanus, et qui sine periculo est, et religiosus, et amans verum, quae quidem dedit in hominum potestatem Deus, et subdidit nostrae scientiae, haec prompte meditabitur, et in ipsis proficiet, diuturno studio facilem scientiam eorum efficiens. Sunt autem haec, quae ante oculos nostros occurrunt, et quaecunque aperte et sine ambiguo ipsis dictionibus posita sunt in Scripturis. Et ideo parabolae debent non ambiguis adaptari; sic enim et qui absolvit, sine periculo absolvit, et parabolae ab omnibus similiter absolutionem accipient; et a veritate corpus integrum, et simili aptatione membrorum, et sine concussione perseverat. Sed quae non aperte dicta sunt, neque ante oculos posita, populare absolutionibus parabolarum, quas unusquisque prout vult adinvenit. Sic enim apud nullum erit regula veritatis; sed quanti fuerint, qui absolvent parabolas, tantae videbuntur veritates pugnantes semet invicem, et contraria sibimet dogmata statuentes, sicut et gentilium philosophorum quaestiones.

3. ¿Y qué si alguno nos preguntara si todo número de todas las cosas que han sido hechas y que se hacen es conocido por Dios, y si cada una de ellas ha recibido, según su providencia, la cantidad que le corresponde; y, consintiendo y confesando nosotros que nada en absoluto de las cosas que han sido hechas, y que se hacen, y que se harán, escapa a la ciencia de Dios, sino que por su providencia cada una de ellas recibe y ha recibido su propia forma, y orden, y número, y cantidad, y que nada en absoluto ha sido hecho ni se hace en vano ni al azar, sino con gran ajuste y sublime conciencia, y que hay una razón admirable y verdaderamente divina que puede tanto discernir tales cosas como declarar sus causas propias: él, recibiendo de nosotros tal testimonio y asentimiento, pasara a contar también la arena, y los guijarros de la tierra, y además las olas del mar, y las estrellas del cielo, y a idear las causas del número que cree haber hallado: ¿no sería llamado con justicia, por todos los que tienen entendimiento, uno que trabaja en vano, y delirante, e irrazonable? Y cuanto más se ocupa, por encima de los demás, en cuestiones de este tipo, y cuanto más cree descubrir más que los otros, llamando a los demás inexpertos, e iletrados, y animales, porque no emprenden un trabajo tan vano como el suyo, tanto más es insano y estúpido, como herido por un rayo, sin ceder en nada a Dios; sino que, por la ciencia que cree haber hallado, cambia a Dios mismo, y lanza su opinión por encima de la grandeza del Hacedor.

Capítulo 27

Que las cosas oscuras no han de explicarse por las parábolas, que pueden encerrar múltiples sentidos, sino por lo que está puesto clara y abiertamente en las Escrituras.

1. Un entendimiento sano, y que está libre de peligro, y piadoso, y amante de la verdad, meditará con prontitud las cosas que Dios dio en poder de los hombres y sometió a nuestra ciencia, y adelantará en ellas, haciendo fácil su ciencia con un estudio prolongado. Y estas son las cosas que se presentan ante nuestros ojos, y cuantas están puestas abiertamente y sin ambigüedad en las palabras mismas de las Escrituras. Y por eso las parábolas deben adaptarse a lo que no es ambiguo; pues así el que las resuelve, las resuelve sin peligro, y las parábolas recibirán de todos una solución semejante; y el cuerpo de la verdad permanece íntegro, con un ajuste semejante de sus miembros, y sin sacudida. ¡Pero atar lo que no se ha dicho abiertamente, ni está puesto ante los ojos, a soluciones de parábolas que cada uno inventa como quiere! Pues así nadie tendrá la regla de la verdad; sino que, cuantos sean los que resuelvan las parábolas, tantas verdades se verán combatiendo unas contra otras, y estableciendo doctrinas contrarias entre sí, como también las cuestiones de los filósofos gentiles.

2. Itaque secundum hanc rationem, homo quidem semper inquiret, nunquam autem inveniet, eo quod ipsam inventionis abjecerit disciplinam. Et cum venerit sponsus, is qui imparatam habet lampadem, nulla manifesti luminis claritate fulgentem, recurrit ad eos qui absolutiones parabolarum in tenebris distrahunt, relinquens eum qui per manifestam praedicationem gratis donat ad eum ingressum, et excluditur a thalamo ejus. Cum itaque universae Scripturae, et Prophetiae, et Evangelia in aperto, et sine ambiguitate, et similiter ab omnibus audiri possint, etsi non omnes credunt; unum et solum Deum, ad excludendos alios, praedicent omnia fecisse per Verbum suum, sive visibilia, sive invisibilia, sive coelestia, sive terrena, sive aquatilia, sive subterranea, sicut demonstravimus ex ipsis Scripturarum dictionibus, et ipsa autem creatura in qua sumus, per ea quae in aspectum veniunt, hoc ipsum testante unum esse qui eam fecerit et regat: valde hebetes apparebunt, qui ad tam lucidam adapertionem caecutiunt oculos, et nolunt videre lumen praedicationis; sed constringunt semetipsos, et per tenebrosas parabolarum absolutiones unusquisque eorum proprium putat invenisse Deum. Quia enim de excogitato eorum qui contraria opinantur, Patre, nihil aperte, neque sine controversia in nulla omnino dictum sit Scriptura; et ipsi testantur dicentes in absconso haec eadem Salvatorem docuisse non omnes, sed aliquos discipulorum, qui possunt capere, et per argumenta, et aenigmata, et parabolas ab eo significata intelligentibus. Veniunt autem ad hoc, ut dicant alium quidem esse qui praedicatur Deus, et alium Patrem, qui per parabolas et aenigmata significatur Pater.

3. Quia autem parabolae possunt multas recipere absolutiones, ex ipsis de inquisitione Dei affirmare, relinquentes quod certum, et indubitatum, et verum est, valde praecipitantium se in periculum, et irrationabilium esse, quis non amantium veritatem confitebitur? Et nunquid hoc est non in petra firma, et valida, et in aperto posita aedificare suam domum, sed in incertum effusae arenae? Unde et facilis est eversio hujusmodi aedificationis.

Caput XXVIII

Sic inquirenda esse Dei mysteria, ut a regula veritatis et a vera de Deo scientia nunquam deflectamus. Scripturis sacris adhibendam esse fidem, nec plura a nobis temere investiganda, quae Deo committi debent, ac mentis nostrae limites excedunt. Et hoc esse vitium haereticorum, quod nihil Deo reservent, sed temere omnia scrutentur. Hinc in tam portentosos errores lapsos eos esse demonstrat.

2. Y así, según este método, el hombre siempre buscará y nunca encontrará, porque ha desechado la disciplina misma del hallazgo. Y cuando venga el esposo, el que tiene su lámpara sin preparar, sin que brille con ninguna claridad de luz manifiesta, corre a los que venden en las tinieblas las soluciones de las parábolas, dejando al que por la predicación manifiesta da gratis la entrada hacia él, y queda excluido de su tálamo. Así pues, pudiendo todas las Escrituras, tanto las Profecías como los Evangelios, ser oídas abiertamente, y sin ambigüedad, y del mismo modo por todos, aunque no todos crean; y proclamando ellas que un solo y único Dios, con exclusión de otros, hizo todas las cosas por su Verbo, ya visibles, ya invisibles, ya celestes, ya terrenas, ya acuáticas, ya subterráneas, como hemos demostrado por las palabras mismas de las Escrituras; y dando testimonio de esto mismo también la creación en que estamos, por lo que se ofrece a la vista, de que es uno el que la hizo y la gobierna: muy torpes parecerán los que ciegan sus ojos ante una apertura tan luminosa, y no quieren ver la luz de la predicación; sino que se atan a sí mismos, y cada uno de ellos cree haber hallado, por tenebrosas soluciones de parábolas, un Dios propio. Pues que acerca del Padre ideado por los que opinan lo contrario no se ha dicho nada abiertamente, ni sin controversia, en ninguna Escritura en absoluto, ellos mismos lo atestiguan, diciendo que el Salvador enseñó estas mismas cosas en secreto, no a todos, sino a algunos de los discípulos que pueden contenerlas, y que fueron significadas por él por medio de alusiones, y enigmas, y parábolas a los que entienden. Y llegan a esto: a decir que uno es el Dios que es predicado, y otro el Padre que es significado por medio de parábolas y enigmas.

3. Pero ya que las parábolas pueden admitir muchas soluciones, ¿quién de los amantes de la verdad no confesará que hacer afirmaciones a partir de ellas en la indagación acerca de Dios, dejando lo que es cierto, e indudable, y verdadero, es propio de quienes se precipitan en el peligro y carecen de razón? ¿Y no es esto edificar su casa, no sobre una roca firme, y sólida, y puesta a la vista, sino sobre lo incierto de la arena movediza? De donde también es fácil el derrocamiento de semejante edificio.

Capítulo 28

Que los misterios de Dios han de indagarse de modo que nunca nos apartemos de la regla de la verdad ni de la verdadera ciencia de Dios. Que hay que dar fe a las Escrituras sagradas, y no indagar temerariamente más cosas, que deben encomendarse a Dios y exceden los límites de nuestra mente. Y que este es el vicio de los herejes: no reservar nada a Dios, sino escrutarlo todo temerariamente. De ahí demuestra que cayeron en errores tan monstruosos.

1. Habentes itaque regulam ipsam veritatem, et in aperto positum de Deo testimonium, non debemus per quaestionum declinantes in alias atque alias absolutiones ejicere firmam et veram de Deo scientiam; magis autem absolutionem quaestionum in hunc characterem dirigentes, exerceri quidem convenit per inquisitionem mysterii et dispositionis exsistentis Dei; augeri autem in charitate ejus, qui tanta propter nos fecit et facit, nunquam autem excidere ab ea suasione, qua manifestissime praedicatur, quia hic solus vere sit Deus et Pater, qui et hunc mundum fecit, et hominem plasmavit, et in sua creatura donavit incrementum, et de minoribus suis ad majora, quae apud ipsum sunt, vocans, sicut infantem quidem in vulva conceptum educit in lumen solis, et triticum, posteaquam in stipula corroboraverit, condit in horreum. Unus autem et idem Demiurgus, qui et vulvam plasmavit, et solem creavit; et unus et idem Dominus, qui et stipulam eduxit, et triticum augens multiplicavit, et horreum praeparavit.

2. Si autem omnium, quae in Scripturis requiruntur, absolutiones non possumus invenire, alterum tamen Deum, praeter eum qui est, non requiramus. Impietas enim haec maxima est. Cedere autem haec talia debemus Deo, qui et nos fecit, rectissime scientes, quia Scripturae quidem perfectae sunt, quippe a Verbo Dei et Spiritu ejus dictae; nos autem secundum quod minores sumus et novissimi a Verbo Dei et Spiritu ejus, secundum hoc et scientia mysteriorum ejus indigemus. Et non est mirum si in spiritalibus, et coelestibus, et in his quae habent revelari, hoc patimur nos: quandoquidem etiam eorum quae ante pedes sunt (dico autem quae sunt in hac creatura, quae et contrectantur a nobis, et videntur, et sunt nobiscum), multa fugerunt nostram scientiam, et Deo haec ipsa committimus. Oportet enim eum prae omnibus praecellere. Quid enim si tentemus exponere causam ascensionis Nili? Multa quidem dicimus, et fortassis suasoria, fortassis autem non suasoria: quod autem verum est, et certum, et firmum, adjacet Deo. Sed et volatilium animalium habitatio, eorum quae veris tempore adveniunt ad nos, autumni autem tempore statim recedunt, cum in hoc mundo hoc ipsum fiat, fugit nostram scientiam. Quid autem possumus exponere de Oceani accessu et recessu, cum constet esse certam causam? Quidve de his quae ultra eum sunt enuntiare qualia sint? Vel quid dicere possumus, quomodo pluviae, et coruscationes, et tonitrua, et collectiones nubium, et nebulae, et ventorum emissiones, et similia his, efficiuntur; annuntiare quoque et thesauros nivium, et grandinis, et eorum quae his proxima sunt: quae haec autem nubium praeparatio, aut qui status nebulae, quae autem causa est per quam crescit luna et decrescit, aut quae causa aquarum distantiae, et metallorum, et lapidum, et his similium? In his omnibus nos quidem loquaces erimus, requirentes causas eorum; qui autem ea facit solus Deus, veridicus est.

1. Teniendo, pues, como regla la verdad misma, y el testimonio acerca de Dios puesto abiertamente ante nosotros, no debemos, desviándonos por las cuestiones hacia unas y otras soluciones, desechar la ciencia firme y verdadera de Dios; sino más bien, dirigiendo la solución de las cuestiones a este sello, conviene ejercitarse en la indagación del misterio y de la disposición del Dios que existe, y crecer en la caridad de aquel que tantas cosas hizo y hace por nosotros, y no caer nunca de aquella convicción por la que se proclama clarísimamente que solo este es verdaderamente Dios y Padre, el que hizo este mundo, y plasmó al hombre, y dio crecimiento en su creación, llamándolo de sus cosas menores a las mayores que están junto a él, así como saca a la luz del sol al infante concebido en el seno, y guarda en el granero el trigo después de haberlo robustecido en la caña. Y uno y el mismo es el Demiurgo, que plasmó el seno y creó el sol; y uno y el mismo es el Señor, que hizo brotar la caña, y, haciendo crecer el trigo, lo multiplicó, y preparó el granero.

2. Pero si no podemos hallar las soluciones de todas las cosas que se buscan en las Escrituras, no busquemos, sin embargo, otro Dios fuera del que es. Pues esta es la mayor impiedad. Pero tales cosas debemos dejarlas a Dios, que también nos hizo, sabiendo rectísimamente que las Escrituras son ciertamente perfectas, pues fueron dichas por el Verbo de Dios y su Espíritu; pero nosotros, en cuanto somos inferiores y posteriores al Verbo de Dios y a su Espíritu, en esa misma medida carecemos de la ciencia de sus misterios. Y no es de extrañar que nos pase esto en las cosas espirituales, y celestes, y en las que han de ser reveladas: pues aun de las cosas que están ante nuestros pies (me refiero a las que están en esta creación, que son tocadas por nosotros, y vistas, y están con nosotros), muchas han escapado a nuestra ciencia, y encomendamos a Dios esas mismas cosas. Pues conviene que él sobresalga por encima de todos. Pues ¿qué, si intentamos explicar la causa de la crecida del Nilo? Decimos muchas cosas, quizá persuasivas, quizá no persuasivas: pero lo que es verdadero, y cierto, y firme, corresponde a Dios. Y también la morada de las aves, de las que vienen a nosotros en el tiempo de la primavera y en el tiempo del otoño al punto se retiran, aunque esto mismo sucede en este mundo, escapa a nuestra ciencia. ¿Y qué podemos explicar sobre el flujo y el reflujo del Océano, aunque consta que hay una causa cierta? ¿O qué podemos declarar acerca de las cosas que están más allá de él, de qué clase son? ¿O qué podemos decir de cómo se producen las lluvias, y los relámpagos, y los truenos, y las aglomeraciones de nubes, y las nieblas, y las salidas de los vientos, y cosas semejantes; o dar razón también de los depósitos de la nieve, y del granizo, y de las cosas que están más cerca de estas: y qué es esta preparación de las nubes, o cuál el estado de la niebla, y cuál la causa por la que la luna crece y mengua, o cuál la causa de la diferencia de las aguas, y de los metales, y de las piedras, y de cosas semejantes? En todas estas cosas nosotros seremos locuaces, buscando sus causas; pero el que las hace, solo Dios, dice la verdad.

3. Si ergo et in rebus creaturae quaedam quidem eorum adjacent Deo, quaedam autem et in nostram venerunt scientiam; quid mali est, si et eorum, quae in Scripturis requiruntur, universis Scripturis spiritalibus exsistentibus, quaedam quidem absolvimus secundum gratiam Dei, quaedam autem commendamus Deo; et non solum in hoc saeculo, sed et in futuro; ut semper quidem Deus doceat, homo autem semper discat quae sunt a Deo? Sicut et Apostolus dixit, reliquis partibus destructis, haec tunc perseverare, quae sunt, fides, spes et charitas. Semper enim fides, quae est ad magistrum nostrum, permanet firma, asseverans nobis quoniam solus vere Deus, et ut diligamus eum vere semper, quoniam ipse solus Pater; et speremus subinde plus aliquid accipere et discere a Deo, quia bonus est, et divitias habens indeterminabiles, et regnum sine fine, et disciplinam immensam. Si ergo secundum hunc modum, quem diximus, quaedam quidem quaestionum Deo commiserimus: et fidem nostram servabimus, et sine periculo perseverabimus, et omnis Scriptura a Deo nobis data consonans nobis invenietur, et parabolae his, quae manifeste dicta sunt, consonabunt, et manifeste dicta absolvent parabolas; et per dictionum multas voces unam consonantem melodiam in nobis sentiet laudantem hymnis Deum, qui fecit omnia. Utputa, si quis interroget: Antequam mundum faceret Deus, quid agebat? dicimus quoniam ista responsio subjacet Deo. Quoniam autem mundus hic factus est apotelestos a Deo, temporale initium accipiens, Scripturae nos docent: quid autem ante hoc Deus sit operatus, nulla Scriptura manifestat. Subjacet ergo haec responsio Deo, et non ita stultas, et sine disciplina blasphemas adinvenire velle prolationes, et per hoc quod putas te invenisse materiae prolationem, ipsum Deum, qui fecit omnia, reprobare.

4. Cogitate enim, o omnes qui talia adinvenitis, cum ipse solus Pater Deus dicatur, qui et vere est, quem vos Demiurgum dicitis; sed et cum Scripturae hunc solum sciant Deum, sed et cum Dominus hunc solum confitetur proprium Patrem, et alterum nesciat, sicut ex ipsis ejus verbis ostendemus: quando hunc ipsum labis dicitis fructum, et ignorantiae prolationem et nescientem quae sint super eum, et quaecunque alia dicitis de eo, considerate magnitudinem blasphemiae in eum, qui vere est Deus. Graviter quidem et honeste videmini dicere, vos in Deum credere; dehinc alterum Deum cum minime possitis ostendere, hunc ipsum, in quem credere vos dicitis labis fructum, et ignorantiae prolationem pronuntiatis. Haec autem caecitas, et stultiloquium inde provenit vobis, quod nihil Deo reservetis. Sed et ipsius Dei, et Ennoeae ejus, et Verbi, et Vitae, et Christi nativitates, et prolationes annuntiare vultis; et has non aliunde accipientes, sed ex affectione hominum: et non intelligitis, quia in homine quidem, qui est compositum animal, capit hujusmodi dicere, sicut praediximus, sensum hominis et ennoeam hominis; et quia ex sensu ennoea, de ennoea autem enthymesis, de enthymesi autem logos: (quem autem logon? aliud enim est secundum Graecos

3. Si, pues, también en las cosas de la creación unas corresponden a Dios, y otras han llegado a nuestra ciencia, ¿qué mal hay si también, de las cosas que se buscan en las Escrituras, siendo espirituales todas las Escrituras, resolvemos unas según la gracia de Dios, y encomendamos otras a Dios, y no solo en este siglo, sino también en el venidero, para que Dios siempre enseñe, y el hombre siempre aprenda las cosas que son de Dios? Como también dijo el Apóstol que, destruidas las demás partes, permanecen entonces estas cosas: la fe, la esperanza y la caridad (1 Cor 13,13). Pues la fe que mira a nuestro maestro permanece siempre firme, asegurándonos que solo él es verdaderamente Dios, y que lo amemos verdaderamente siempre, porque solo él es Padre; y que esperemos recibir y aprender de Dios siempre algo más, porque es bueno, y tiene riquezas ilimitadas, y un reino sin fin, y una enseñanza inmensa. Si, pues, de este modo que hemos dicho, encomendamos a Dios algunas de las cuestiones, conservaremos nuestra fe, y perseveraremos sin peligro, y toda la Escritura que Dios nos ha dado se hallará concorde para nosotros, y las parábolas concordarán con lo que está dicho claramente, y lo dicho claramente resolverá las parábolas; y por las muchas voces de las palabras se oirá en nosotros una sola melodía concorde, que alaba con himnos a Dios, que hizo todas las cosas. Por ejemplo, si alguno pregunta: «¿Qué hacía Dios antes de hacer el mundo?», decimos que esa respuesta queda a Dios. Pero que este mundo fue hecho apotelestos por Dios, recibiendo un comienzo en el tiempo, nos lo enseñan las Escrituras; pero qué obró Dios antes de esto, ninguna Escritura lo manifiesta. Esta respuesta, pues, queda a Dios, y no conviene querer inventar prolaciones tan necias, y tan indisciplinadas y blasfemas, y, por creer que has hallado la prolación de la materia, rechazar al mismo Dios, que hizo todas las cosas.

4. Pensad, pues, todos vosotros los que inventáis tales cosas: siendo así que solo el Padre es llamado Dios, el que también verdaderamente es, al que vosotros llamáis el Demiurgo; y que también las Escrituras conocen solo a este como Dios; y que también el Señor confiesa solo a este como su propio Padre, y no conoce a otro, como mostraremos por sus propias palabras: cuando a este mismo lo llamáis fruto de un defecto, y prolación de la ignorancia, e ignorante de las cosas que están por encima de él, y todo lo demás que decís de él, considerad la magnitud de la blasfemia contra aquel que verdaderamente es Dios. Con gravedad y honradez parecéis decir que creéis en Dios; luego, no pudiendo en modo alguno mostrar otro Dios, a este mismo en quien decís creer lo declaráis fruto de un defecto y prolación de la ignorancia. Y esta ceguera y estas necedades os vienen de esto: de que no reserváis nada a Dios. Pero queréis anunciar los nacimientos y las prolaciones de Dios mismo, y de su Ennoia, y de Verbo, y de Vida, y de Cristo; y no los tomáis de otra parte, sino de las afecciones de los hombres: y no entendéis que en el hombre, que es un animal compuesto, cabe hablar de este modo, como dijimos antes, del entendimiento del hombre y de la ennoia del hombre; y que del entendimiento procede la ennoia, de la ennoia la enthymesis, de la enthymesis el logos (pero ¿qué logos? pues,

logos, quod est principale quod excogitat; aliud organum, per quod emittitur logos) et aliquando quidem quiescere, et tacere hominem, aliquando autem loqui, et operari: Deus autem cum sit totus mens, totus ratio, et totus spiritus operans, et totus lux, et semper idem et similiter exsistens, sicut et utile est nobis sapere de Deo, et sicut ex Scripturis discimus; non jam hujusmodi affectus et divisiones decenter erga eum subsequentur. Velocitati enim sensus hominum propter spiritale ejus non sufficit lingua deservire, quippe carnalis exsistens: unde et intus suffocatur verbum nostrum, et profertur non de semel, sicut conceptum est a sensu; sed per partes, secundum quod lingua subministrare praevalet.

5. Deus autem totus exsistens mens, et totus exsistens Logos, quod cogitat, hoc et loquitur; et quod loquitur, hoc et cogitat. Cogitatio enim ejus Logos, et Logos mens, et omnia concludens mens, ipse est Pater. Qui ergo dicit mentem Dei, et prolationem propriam menti donat, compositum eum pronuntiat, tanquam aliud quiddam sit Deus, aliud autem principalis mens exsistens. Similiter autem rursus et de Logo tertiam prolationem ei a Patre donans, (unde et ignorat magnitudinem ejus) porro et longe Logon a Deo separavit. Et propheta quidem ait de eo: Generationem ejus quis enarrabit? Vos autem generationem ejus ex Patre divinantes, et verbi hominum per linguam factam prolationem transferentes in Verbum Dei, juste detegimini a vobis ipsis, quod neque humana, nec divina noveritis.

6. Irrationabiliter autem inflati, audaciter inenarrabilia Dei mysteria scire vos dicitis: quandoquidem et Dominus, ipse Filius Dei, ipsum judicii diem et horam concessit scire solum Patrem, manifeste dicens: De die autem illa, et hora nemo scit, neque Filius, nisi Pater solus. Si igitur scientiam diei illius Filius non erubuit referre ad Patrem, sed dixit quod verum est; neque nos erubescamus, quae sunt in quaestionibus majora secundum nos, reservare Deo. Nemo enim super magistrum est. Si quis itaque nobis dixerit: Quomodo ergo Filius prolatus a Patre est? dicimus ei, quia prolationem istam, sive generationem, sive nuncupationem, sive adapertionem, aut quolibet quis nomine vocaverit generationem ejus inenarrabilem exsistentem, nemo novit; non Valentinus, non Marcion, neque Saturninus, neque Basilides, neque Angeli, neque Archangeli, neque Principes, neque Potestates, nisi solus qui generavit Pater, et qui natus est Filius. Inenarrabilis itaque generatio ejus cum sit, quicunque nituntur generationes et prolationes enarrare, non sunt compotes sui, ea quae inenarrabilia sunt enarrare promittentes. Quoniam enim ex cogitatione et sensu verbum emittitur, hoc utique omnes sciunt homines.

según los griegos, una cosa es el logos que es lo principal que piensa, y otra el instrumento por el que se emite el logos); y que el hombre unas veces está en reposo y calla, y otras veces habla y obra: pero Dios, siendo todo mente, todo razón, y todo espíritu que obra, y todo luz, y siempre el mismo y existiendo del mismo modo, como también nos es útil pensar de Dios y como aprendemos de las Escrituras, tales afectos y divisiones ya no le corresponden convenientemente. Pues la lengua, siendo carnal, no basta para servir a la velocidad del entendimiento de los hombres, por su naturaleza espiritual: de donde también nuestra palabra se ahoga dentro, y es proferida no de una vez, como fue concebida por el entendimiento, sino por partes, según lo que la lengua alcanza a suministrar.

5. Pero Dios, siendo todo mente y todo Logos, lo que piensa, eso también dice; y lo que dice, eso también piensa. Pues su pensamiento es Logos, y el Logos es mente, y la mente que encierra todas las cosas es el Padre mismo. El que habla, pues, de la mente de Dios, y concede a la mente una prolación propia, lo declara compuesto, como si Dios fuera una cosa, y la mente principal otra. Y del mismo modo, a su vez, concediendo también al Logos una tercera prolación a partir del Padre (de donde también ignora su grandeza), ha separado al Logos lejos de Dios. Y el profeta dice de él: ¿Quién contará su generación? (Is 53,8) Pero vosotros, adivinando su generación a partir del Padre, y trasladando al Verbo de Dios la prolación de la palabra de los hombres hecha por la lengua, quedáis con justicia desenmascarados por vosotros mismos como quienes no conocen ni las cosas humanas ni las divinas.

6. Pero vosotros, hinchados sin razón, decís con audacia que conocéis los misterios inenarrables de Dios: siendo así que también el Señor, el Hijo de Dios mismo, concedió que solo el Padre sabe el día mismo y la hora del juicio, diciendo claramente: Pero de aquel día y hora nadie sabe, ni siquiera el Hijo, sino solo el Padre (Mt 24,36; Mc 13,32). Si, pues, el Hijo no se avergonzó de remitir al Padre la ciencia de aquel día, sino que dijo lo que es verdad, tampoco nosotros nos avergoncemos de reservar a Dios lo que en las cuestiones es demasiado grande para nosotros. Pues nadie está por encima del maestro (Mt 10,24; Lc 6,40). Si alguien, pues, nos dice: «¿Cómo, pues, fue proferido el Hijo por el Padre?», le decimos que esta prolación, o generación, o denominación, o apertura, o con cualquier nombre que uno llame a su generación, que es inenarrable, nadie la conoce: ni Valentín, ni Marción, ni Saturnino, ni Basílides, ni los ángeles, ni los arcángeles, ni los principados, ni las potestades, sino solo el Padre que engendró y el Hijo que nació. Siendo, pues, inenarrable su generación, todos los que se esfuerzan por narrar generaciones y prolaciones no están en su juicio, prometiendo narrar lo que es inenarrable. Pues que la palabra se emite a partir del pensamiento y del entendimiento, lo saben ciertamente todos los hombres.

Non ergo magnum quid invenerunt, qui emissiones excogitaverunt, neque absconditum mysterium, si id quod ab omnibus intelligitur, transtulerunt in unigenitum Dei Verbum: et quem inenarrabilem et innominabilem vocant, hunc, quasi ipsi obstetricaverint, primae generationis ejus prolationem et generationem enuntiant, assimilantes eum hominum verbo emissionis.

7. Hoc autem idem et de substantia materiae dicentes, non peccabimus, quoniam Deus eam protulit. Didicimus enim ex Scripturis, principatum tenere super omnia Deum. Unde autem, vel quemadmodum emisit eam, neque Scriptura aliqua exposuit, neque nos phantasmari oportet, ex opinionibus propriis infinita conjicientes de Deo; sed agnitionem hanc concedendam esse Deo. Similiter autem et causam propter quam, cum omnia a Deo facta sint, quaedam quidem transgressa sunt, et abscesserunt a Dei subjectione; quaedam autem, imo plurima, perseveraverunt et perseverant in subjectione ejus qui fecit; et cujus naturae sunt quae transgressa sunt, cujus autem naturae quae perseverant, cedere oportet Deo et Verbo ejus, cui et soli dixit: Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Nos autem adhuc in terra conversantes, nondum assidentes throno ejus. Etsi enim Spiritus Salvatoris qui in eo est, scrutatur omnia, et altitudines Dei; sed quantum ad nos, divisiones gratiarum sunt, et divisiones ministeriorum, et divisiones operationum; et nos super terram, quemadmodum et Paulus ait, ex parte quidem cognoscimus, et ex parte prophetamus. Sicut igitur ex parte cognoscimus, sic et de universis quaestionibus concedere oportet ei, qui ex parte nobis praestat gratiam. Quoniam quidem transgressoribus ignis aeternus praeparatus est, et Dominus manifeste dixit, et reliquae demonstrant Scripturae. Et quoniam praesciit Deus hoc futurum, similiter demonstrant Scripturae, quemadmodum et ignem aeternum his qui transgressuri sunt praeparavit ab initio; ipsam autem causam naturae transgredientium, neque Scriptura aliqua retulit, nec Apostolus dixit, nec Dominus docuit. Dimittere itaque oportet agnitionem hanc Deo, quemadmodum et Dominus horae et diei; nec in tantum periclitari, uti Deo quidem concedamus nihil; et haec ex parte accipientes gratiam. In eo autem cum quaerimus quae sunt super nos, et in quae attingere nobis non est, nunc in tantam audaciam venire, uti pandamus Deum, et quae nondum inventa sunt, quasi jam invenerimus, per emissionum vaniloquium ipsum omnium factorem Deum, et de defectione, et ignorantia asserere substantiam habuisse, et sic impium adversus Deum, fingere argumentum.

No han hallado, pues, nada grande, ni un misterio escondido, los que idearon emisiones, si trasladaron al Verbo unigénito de Dios lo que todos entienden: y a aquel a quien llaman inenarrable e innombrable, ellos, como si hubieran hecho de parteras, le declaran la prolación y la generación de su primera generación, asemejándolo a la emisión de la palabra de los hombres.

7. Y diciendo esto mismo también acerca de la sustancia de la materia, no pecaremos: que Dios la profirió. Pues hemos aprendido de las Escrituras que Dios tiene el primer lugar sobre todas las cosas. Pero de dónde, o de qué modo, la emitió, ni lo expuso Escritura alguna, ni debemos nosotros fantasear, conjeturando acerca de Dios cosas infinitas a partir de opiniones propias; sino que este conocimiento hay que cederlo a Dios. Del mismo modo también la causa por la cual, habiendo sido hechas todas las cosas por Dios, unas transgredieron y se apartaron de la sujeción a Dios, mientras otras, más aún, la mayor parte, perseveraron y perseveran en la sujeción al que las hizo; y de qué naturaleza son las que transgredieron, y de qué naturaleza las que perseveran: esto debemos dejarlo a Dios y a su Verbo, al único a quien dijo: Siéntate a mi derecha, hasta que ponga a tus enemigos por estrado de tus pies (Sal 110,1). Pero nosotros vivimos todavía en la tierra, sin estar aún sentados junto a su trono. Pues aunque el Espíritu del Salvador que está en él escudriña todas las cosas, y las profundidades de Dios (1 Cor 2,10), en lo que toca a nosotros, hay divisiones de gracias, y divisiones de ministerios, y divisiones de operaciones (1 Cor 12,4-6); y nosotros en la tierra, como también dice Pablo, en parte conocemos, y en parte profetizamos (1 Cor 13,9). Así pues, como conocemos en parte, así también acerca de todas las cuestiones conviene ceder ante aquel que nos concede la gracia en parte. Que el fuego eterno ha sido preparado para los transgresores, lo dijo claramente el Señor y lo demuestran las demás Escrituras. Y que Dios supo de antemano que esto sería, lo demuestran igualmente las Escrituras, como también que preparó desde el principio el fuego eterno para los que habían de transgredir; pero la causa misma de la naturaleza de los que transgreden, ni la refirió Escritura alguna, ni la dijo el Apóstol, ni la enseñó el Señor. Hay que dejar, pues, este conocimiento a Dios, como también el Señor el de la hora y el día; y no correr un peligro tan grande que no cedamos nada a Dios; y eso recibiendo la gracia en parte. ¡Pero en esto, cuando buscamos lo que está por encima de nosotros y adonde no nos es dado llegar, venir ahora a tal audacia como para abrir de par en par a Dios, y, como si ya hubiéramos hallado lo que aún no ha sido hallado, por la palabrería vana de las emisiones afirmar que Dios mismo, el Hacedor de todas las cosas, tuvo su sustancia de la deficiencia y de la ignorancia, y así fingir un argumento impío contra Dios!

8. Post deinde nullum habent testimonium ejus figmenti, quod recens ab eis adinventum est, aliquando quidem per numeros quoslibet, aliquando autem per syllabas, nonnunquam autem et per nomina; est autem quando et per eas, quae in litteris sunt, litteras, aliquando autem et per parabolas non recte exsolutas, vel per suspiciones quasdam consistere conari eam fabulosam enarrationem, quae sit ab eis effictitia. Etenim si quis exquirat causam, propter quam in omnibus Pater communicans Filio, solus scire horam et diem a Domino manifestatus est; neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec sine periculo alteram quam hanc inveniat in praesenti; [quoniam enim solus verax magister est Dominus] ut discamus per ipsum, super omnia esse Patrem. Etenim Pater, ait, major me est. Et secundum agnitionem itaque praepositus esse Pater annuntiatus est a Domino nostro ad hoc, ut et nos, in quantum in figura hujus mundi sumus, perfectam scientiam, et tales quaestiones concedamus Deo: et ne forte quaerentes altitudinem Patris investigare, in tantum periculum incidamus, uti quaeramus an super Deum alter sit Deus.

9. Si autem quis amans contentionem, contradictor fuerit his quae a nobis dicta sunt, et his quae ab Apostolo relata sunt, quoniam ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus, putet se non ex parte, sed universaliter universam cepisse eorum, quae sunt, agnitionem, Valentinus aliquis exsistens, aut Ptolemaeus, aut Basilides, vel aliquis eorum qui altitudines Dei exquisisse se dicunt; non in ea quae invisibilia sunt, vel quae ostendi non possunt, cum inani jactantia decorans semetipsum, plus quam reliquos se agnovisse glorietur; sed causas eorum quae in hoc sunt mundo, quas nos non scimus, utputa numerum capillorum capitis sui, et de his qui quotidie capiuntur passeres, et de reliquis non provisis a nobis, diligenter exquirens, et a Patre discens annuntiet nobis, ut ei de majoribus quoque credamus. Si autem ea quae in manibus sunt, et ante pedes, et in oculis, et terrenis, et praecipue dispositionem capillorum capitis sui, nondum sciunt ii qui sunt perfecti; quemadmodum eis de spiritalibus, et supercoelestibus, et de his quae super Deum vana persuasione confirmant, credemus? Et tanta quidem de numeris, et de nominibus, et de syllabis, et quaestionibus eorum, quae sunt super nos, et de eo quod improprie exponant parabolas, a nobis sit dictum, quandoquidem a te plura dici possint.

Caput XXIX

Repugnare quod asserunt haeretici animas quasdam in Pleroma, alias in medietatem abituras; corporibus salutis expertibus.

8. Además, no tienen ningún testimonio de aquella ficción suya, que ha sido inventada por ellos recientemente: unas veces por números cualesquiera, otras por sílabas, a veces también por nombres; en ocasiones también por las letras que hay en las letras, y otras por parábolas mal resueltas, o por ciertas sospechas, intentan establecer aquella narración fabulosa que ellos han fingido. Pues si alguno busca la causa por la que el Padre, que comunica con el Hijo en todas las cosas, ha sido manifestado por el Señor como el único que sabe la hora y el día, no encontrará por ahora otra más apropiada, ni más conveniente, ni libre de peligro, que esta (ya que el Señor es el único maestro veraz): que aprendamos por él que el Padre está por encima de todo. Pues el Padre, dice, es mayor que yo (Jn 14,28). Y así también en el conocimiento el Padre ha sido anunciado por nuestro Señor como puesto por encima, a fin de que también nosotros, mientras estamos en la figura de este mundo, cedamos a Dios la ciencia perfecta y tales cuestiones: y para que no caigamos, quizá, buscando investigar la profundidad del Padre, en un peligro tan grande que preguntemos si hay otro Dios por encima de Dios.

9. Pero si alguno, amante de la contienda, contradice lo que hemos dicho, y lo que ha referido el Apóstol, que en parte conocemos, y en parte profetizamos (1 Cor 13,9), y cree haber recibido, no en parte sino universalmente, el conocimiento universal de las cosas que son, siendo algún Valentín, o Ptolomeo, o Basílides, o alguno de los que dicen haber escudriñado las profundidades de Dios: que no se gloríe, adornándose con vana jactancia, de haber conocido más que los demás en las cosas que son invisibles, o que no pueden mostrarse; sino que, indagando con diligencia las causas de las cosas que están en este mundo, que nosotros no sabemos, por ejemplo el número de los cabellos de su cabeza, y de los pájaros que se cazan cada día, y de las demás cosas no previstas por nosotros, y aprendiéndolas del Padre, nos las anuncie, para que le creamos también acerca de las cosas mayores. Pero si los que son perfectos no saben todavía las cosas que están en sus manos, y ante sus pies, y en sus ojos, y las cosas terrenas, y sobre todo la disposición de los cabellos de su propia cabeza, ¿cómo les creeremos acerca de las cosas espirituales, y supracelestes, y de aquellas que con vana convicción afirman que están por encima de Dios? Y baste lo dicho por nosotros acerca de los números, y de los nombres, y de las sílabas, y de sus cuestiones sobre las cosas que están por encima de nosotros, y de que exponen las parábolas impropiamente, puesto que tú puedes decir más.

Capítulo 29

Que se contradice lo que afirman los herejes, que unas almas irán al Pleroma y otras al Medio, sin que los cuerpos tengan parte en la salvación.

1. Revertamur autem nos ad reliqua quae sunt eorum argumentationis. In consummatione enim dicentes ipsorum Matrem intra Pleroma regredi, et recipere sponsum suum Salvatorem; se autem, quoniam spiritales esse dicunt, exspoliatos animas, et spiritus intellectuales factos, sponsas futuros spiritalium angelorum: Demiurgum autem, quoniam animalem dicunt, in Matris locum cessurum: justorum autem animas requiescere in medietatis loco: psychice dicentes similia ad similia congregari, spiritalia ad spiritalia, materialia autem in materialibus perseverare: contraria sibi diffiniunt, animas jam non propter substantiam in medietatem ad similia dicentes succedere, sed propter operationem; justorum quidem dicentes illuc succedere, impiorum autem remanere ignem. Si enim propter substantiam omnes succedunt animae in refrigerium, et medietatis sunt omnes, secundum quod sunt animae, cum sint ejusdem substantiae; et superfluum est credere, superflua autem et descensio Salvatoris. Si autem propter justitiam, jam non propter id quod sint animae, sed quoniam sunt justae. Si autem animae (quae) periturae essent, (inciperent) nisi justae fuissent; justitia potens est salvare et corpora: quid utique non salvabit, quae et ipsa participaverunt justitiae? Si enim natura et substantia salvat, omnes salvabuntur animae; si autem justitia et fides, quare non salvet ea quae similiter cum animabus in corruptelam cedere incipiunt corpora? Aut enim impotens, aut injusta apparebit in hujusmodi justitia, si quaedam quidem salvat propter suam participationem, quaedam autem non.

2. Quia enim in corporibus perficiuntur ea quae sunt justitiae, manifestum est, aut universae itaque animae necessarie succedent in medietatis locum, et judicium nusquam; aut et corpora, quae participaverunt justitiae, cum animabus quae similiter participaverunt, obtinebunt refrigerii locum, si quidem potens est justitia illuc transducere ea, quae participaverunt ei; et verus, et firmus emerget de resurrectione corporum sermo. Quem quidem credimus nos; quoniam et mortalia corpora nostra custodientia justitiam resuscitans Deus, incorrupta et immortalia faciet. Deus enim melior est quam natura, habens apud semetipsum velle, quoniam bonus est: et posse, quoniam potens est: et perficere, quoniam dives et perfectus est.

3. Hi autem secundum omnia contraria sibi dicunt, non omnes animas in medietatem succedere definientes, sed solas quae sint justorum. Naturaliter enim et secundum substantiam emissa esse tria genera dicunt a Matre: primum quod quidem sit de aporia, ex taedio et timore, quod est materia; alterum autem de impetu, quod est animale: quod autem enixa est secundum visionem eorum, qui circa Christum sunt angeli, quod est spiritale.

1. Pero volvamos nosotros a lo restante de su argumentación. Pues dicen que en la consumación su Madre regresa dentro del Pleroma y recibe a su esposo, el Salvador; que ellos mismos, puesto que dicen ser espirituales, despojados de sus almas y hechos espíritus intelectuales, serán las esposas de los ángeles espirituales; que el Demiurgo, puesto que dicen que es animal, pasará al lugar de la Madre; y que las almas de los justos descansan en el lugar del Medio. Diciendo, de modo psíquico, que lo semejante se reúne con lo semejante, lo espiritual con lo espiritual, mientras que lo material permanece en lo material, definen cosas que se contradicen: dicen que las almas pasan al Medio, con sus semejantes, ya no a causa de su sustancia, sino a causa de su acción, y dicen que las de los justos pasan allí, mientras que las de los impíos quedan para el fuego. Pues si todas las almas pasan al refrigerio a causa de la sustancia, y todas son del Medio en cuanto son almas, puesto que son de la misma sustancia, entonces es superfluo creer, y superfluo también el descenso del Salvador. Pero si es a causa de la justicia, ya no es por ser almas, sino porque son justas. Pero si las almas habían de perecer de no haber sido justas, la justicia es capaz de salvar también los cuerpos: ¿por qué, en efecto, no salvará a los que también ellos participaron de la justicia? Pues si salvan la naturaleza y la sustancia, todas las almas serán salvadas; pero si la justicia y la fe, ¿por qué no salvaría a los cuerpos, que de igual modo que las almas han de ir a la corrupción? Pues la justicia aparecerá o impotente o injusta en tales cosas, si salva a unos a causa de su participación, y a otros no.

2. Pues, ya que en los cuerpos se cumplen las cosas de la justicia, es manifiesto: o bien todas las almas, por tanto, pasarán necesariamente al lugar del Medio, y no habrá juicio en ninguna parte; o bien también los cuerpos que participaron de la justicia obtendrán el lugar del refrigerio con las almas que de igual modo participaron, si es que la justicia es capaz de trasladar allí lo que participó de ella; y la palabra sobre la resurrección de los cuerpos resultará verdadera y firme. Y esto lo creemos nosotros: que Dios, resucitando también nuestros cuerpos mortales que guardan la justicia, los hará incorruptos e inmortales. Porque Dios es mejor que la naturaleza, y tiene en sí mismo el querer, porque es bueno; y el poder, porque es poderoso; y el realizar, porque es rico y perfecto.

3. Pero estos dicen cosas contrarias a sí mismas en todo, al definir que no todas las almas pasan al Medio, sino solo las de los justos. Pues dicen que tres géneros fueron emitidos por la Madre naturalmente y según la sustancia: el primero, que procede de la aporía, del tedio y del temor, que es la materia; el segundo, del ímpetu, que es lo animal; y lo que dio a luz según la visión de los ángeles que están en torno a Cristo, que es lo espiritual.

Si igitur illa quae enixa est, omni modo intra Pleroma ingrediuntur, quoniam spiritale est; quod autem est materiale, residet deorsum, quoniam est materiale, et exardescente eo, qui inest ei, igne consumetur in totum: animale quare non totum in medietatis locum cedet, in quem et Demiurgum mittunt? Quid autem est illud, quod cedet eorum intra Pleroma? Animas enim in medietatem perseverare dicunt; corpora autem, quoniam materialem habent substantiam, in materiam resoluta ardere ab eo, qui in ea est ignis. Corpore autem ipsorum corrupto, et anima remanente in medietate, nihil jam relinquitur ex homine quod intra Pleroma cedat. Sensus enim hominis, mens, et cogitatio, et intentio mentis, et ea quae sunt hujusmodi, non aliud quid praeter animam sunt; sed ipsius animae motus, et operationes, nullam sine anima habentes substantiam. Quid ergo adhuc erit eorum, quod succedit in Pleroma? Et ipsi enim, in quantum quidem animae sunt, remanent in medietate; in quantum autem corpus, cum reliqua materia ardebunt.

Caput XXX

Vesanam haereticorum impietatem castigat, qui se spiritales, Demiurgum vero animalem esse dicebant.

1. Et his sic se habentibus, super Demiurgum se ascendere dicunt insensati: et secundum hoc quod se meliores pronuntiant illo Deo, qui coelos, et terram, et maria, et omnia quae in eis sunt fecit, et ornavit, et semet quidem spiritales esse volunt inhonorate, cum sint carnales propter tantam suam impietatem; qui autem fecit angelos suos spiritus, et induitur lumine quemadmodum pallium, et velut in manu tenet gyrum terrae, apud quem inhabitantes eam velut locustae sunt deputati, et universae spiritalis substantiae Demiurgum et Deum animalem esse dicentes: indubitate et vere suam ostendunt insaniam, et velut vere de tonitruo percussi super eos qui fabulis referuntur Gigantes, extollentes sententias adversus Deum, praesumptione vana, et instabili gloria tumidi, quibus universae terrae elleborum non sufficit ad expurgationem, uti evomant tantam suam stultitiam.

2. Meliorem enim ex operibus oportet ostendi. Unde igitur semetipsos ostendunt Demiurgo meliores, (uti et nos ad impietatem propter necessitatem sermonis devergamus, Dei et insanorum hominum comparationem facientes, et in argumentationem eorum descendentes, saepe per propria ipsorum dogmata arguentes eos; sed nobis quidem propitius sit Deus; non enim illis eum comparantes, sed arguentes et evertentes, illorum insaniam, dicimus haec) ad quos stupescunt multi insensatorum, quasi plus aliquid ipsa veritate ab eis possent discere?

Si, pues, las cosas que ella dio a luz entran de todos modos dentro del Pleroma, puesto que es algo espiritual; y lo que es material permanece abajo, puesto que es material, y, al encenderse el fuego que hay en ello, será consumido por completo: ¿por qué lo animal no pasará entero al lugar del Medio, al que envían también al Demiurgo? ¿Y qué es lo suyo que pasará dentro del Pleroma? Pues dicen que las almas perduran en el Medio; y que los cuerpos, puesto que tienen una sustancia material, disueltos en la materia, arden por el fuego que hay en ella. Y una vez corrompido su cuerpo, y permaneciendo el alma en el Medio, ya no queda nada del hombre que pase dentro del Pleroma. Pues el entendimiento del hombre, la mente, y el pensamiento, y la intención de la mente, y las cosas de este tipo, no son otra cosa que el alma, sino movimientos y operaciones del alma misma, que no tienen sustancia alguna sin el alma. ¿Qué habrá todavía, pues, de lo suyo que pase al Pleroma? Pues también ellos mismos, en cuanto son almas, permanecen en el Medio; y en cuanto son cuerpo, arderán con el resto de la materia.

Capítulo 30

Reprende la impiedad vesánica de los herejes que decían que ellos eran espirituales y el Demiurgo, animal.

1. Y siendo así estas cosas, los insensatos dicen que ellos ascienden por encima del Demiurgo; y en cuanto se declaran mejores que aquel Dios que hizo y adornó los cielos, y la tierra, y los mares, y todas las cosas que hay en ellos, y quieren ser ellos espirituales, para su deshonra, siendo carnales a causa de tan grande impiedad suya; y en cuanto dicen que el que hizo a sus ángeles espíritus, y se reviste de luz como de un manto (Sal 104,4.2), y tiene como en la mano el orbe de la tierra, ante quien sus habitantes son tenidos como langostas (Is 40,12.22), es a la vez Demiurgo de toda la sustancia espiritual y un Dios animal: muestran sin duda y en verdad su locura; y, como hombres verdaderamente heridos por el trueno, más que los Gigantes de que hablan las fábulas, alzan sus pareceres contra Dios, hinchados de vana presunción y de gloria inestable, ellos, a quienes no bastaría todo el eléboro de la tierra para purgarlos, de modo que vomitaran tan grande necedad suya.

2. Pues el mejor debe mostrarse por las obras. ¿De dónde, pues, se muestran ellos mejores que el Demiurgo (de modo que también nosotros, por la necesidad del discurso, nos desviamos hacia la impiedad, al hacer la comparación de Dios con hombres insanos y al descender a su argumentación, refutándolos a menudo por sus propios dogmas; pero que Dios nos sea propicio: pues no decimos estas cosas comparándolo con ellos, sino refutando y derrocando su locura), ellos, ante quienes se pasman muchos de los insensatos, como si pudieran aprender de ellos algo más que la verdad misma?

Et illud quod scriptum est: Quaerite et invenietis, ad hoc dictum esse interpretantur, uti super Demiurgum semetipsos adinveniant, majores et meliores vocantes semetipsos quam Deum, et semetipsos spiritales, Demiurgum autem animalem: et propter hoc, superascendere eos super Deum; et se quidem intra Pleroma cedere, Deum autem in medietatis loco. Ab operibus itaque ostendant semetipsos Demiurgo meliores. Non enim in eo quod dicitur, sed in eo quod est, melior ostendi debet.

3. Quod igitur opus monstrabunt per semetipsos a Salvatore, sive a Matre ipsorum factum, aut majus, aut splendidius, aut rationabilius his quae facta sunt ab hoc, qui haec omnia disposuit? Quos coelos firmaverunt? quam terram solidaverunt? quas emiserunt stellas? vel quae luminaria elucidaverunt? quibus autem circulis infrenaverunt ea? vel quas pluvias, vel frigora; vel universa secundum tempus, et secundum unamquamque regionem aptabilia, adduxerunt terrae? Quem autem calorem, et siccitatem econtrario apposuerunt eis? aut quae flumina abundare fecerunt? quos autem eduxerunt fontes? quibus autem floribus et arboribus adornaverunt eam, quae est sub coelo? vel quam multitudinem animalium formaverunt, partim quidem rationabilium, partim autem irrationabilium, universorum forma ornatorum? Et reliqua omnia, quae per virtutem Dei sunt constituta et per sapientiam ejus gubernantur, quis poterit per singula enumerare, vel investigare magnitudinem sapientiae ejus, qui fecit, Dei? Quid autem illa, quae super coelum, et quae non praetereant, quanta sunt, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Potestates innumerabiles? Adversus quod igitur unum opus ex his semetipsos econtrario constituunt? Quid tale ostendere habent per semetipsos, vel a semetipsis factum, quando et ipsi hujus factura et plasmatio sint? Sive enim Salvator, sive Mater ipsorum (ut propria ipsorum dicamus, per sua ipsorum propria mendaces eos arguentes) usa est hoc, ut dicunt, ad faciendam imaginem eorum, quae intra Pleroma sunt, et contemplationis universae, quam vidit circa Salvatorem; tanquam meliori hoc, et aptabiliori ad faciendam voluntatem suam per eum, usa est: tantorum enim imagines nequaquam per inferiorem, sed per meliorem deformavit.

4. Erant enim et ipsi tunc, sicut ipsi dicunt, exsistentes conceptio spiritalis secundum contemplationem eorum, qui erga Pandoram sunt satellites dispositi. Et hi quidem vacui perseverabant, [nihil per eos perficiente Matre per Salvatorem] inutilis conceptio et ad nihilum apta: nihil enim per eos apparet factum.

Y aquello que está escrito: Buscad, y hallaréis (Mt 7,7), lo interpretan como dicho para esto: para que se descubran a sí mismos por encima del Demiurgo, llamándose mayores y mejores que Dios, y espirituales a sí mismos, y al Demiurgo animal; y que por esto ellos ascienden por encima de Dios, y que ellos pasan dentro del Pleroma, y Dios, en cambio, al lugar del Medio. Muéstrense, pues, por las obras mejores que el Demiurgo. Pues no en lo que se dice, sino en lo que es, debe mostrarse el mejor.

3. ¿Qué obra, pues, mostrarán, hecha por medio de ellos mismos por el Salvador o por su Madre, mayor, o más espléndida, o más razonable que las cosas que fueron hechas por este que dispuso todas estas cosas? ¿Qué cielos afirmaron? ¿Qué tierra solidificaron? ¿Qué estrellas emitieron? ¿O qué lumbreras hicieron brillar? ¿Y con qué órbitas las refrenaron? ¿O qué lluvias, o qué fríos, o todas las cosas ajustadas a cada tiempo y a cada región, trajeron a la tierra? ¿Y qué calor y qué sequedad les opusieron en contrario? ¿O qué ríos hicieron desbordar? ¿Qué fuentes hicieron brotar? ¿Y con qué flores y árboles adornaron la que está bajo el cielo? ¿O qué multitud de animales formaron, en parte racionales y en parte irracionales, todos adornados de hermosura? Y todas las demás cosas, que fueron constituidas por el poder de Dios y son gobernadas por su sabiduría, ¿quién podrá enumerarlas una por una, o investigar la grandeza de la sabiduría del Dios que las hizo? ¿Y qué de aquellas cosas que están sobre el cielo y que no pasan, cuán grandes son: ángeles, arcángeles, tronos, dominaciones, potestades innumerables? ¿Frente a cuál de estas obras, siquiera una, se ponen pues ellos en contraste? ¿Qué cosa semejante tienen que mostrar, hecha por medio de ellos mismos o por ellos mismos, cuando también ellos son cosa hecha y plasmación de este? Pues ya sea el Salvador, ya su Madre (para hablar con sus propios términos, refutándolos como mentirosos por sus propias palabras) se sirvió de este, como dicen, para hacer la imagen de las cosas que están dentro del Pleroma, y de toda la contemplación que vio en torno al Salvador, se sirvió de él como de uno mejor y más apto para hacer por medio de él su voluntad: pues de ningún modo habría configurado las imágenes de tan grandes cosas por medio de uno inferior, sino de uno mejor.

4. Pues también ellos mismos existían entonces, como ellos mismos dicen, como una concepción espiritual según la contemplación de los acompañantes que están dispuestos en torno a Pandora. Y estos permanecían ociosos (sin que la Madre llevara a cabo nada por medio de ellos por el Salvador), concepción inútil y apta para nada: pues nada aparece hecho por medio de ellos.

Qui autem emissus est, secundum eos, Deus, inferior ipsis exsistens, secundum argumentationem eorum, (animalem enim eum esse volunt) in omnia operator, et efficax, et aptabilis fuit, uti per eum omnium imagines fierent: et non tantum quae videntur haec, sed et invisibilia, Angeli, Archangeli, Dominationes, Potestates, Virtutes, per hunc omnia facta sunt, videlicet velut per meliorem, et qui possit voluntati deservire. Nihil autem per hos Matrem apparet fecisse, quemadmodum et ipsi confitentur: uti juste quis aestimet eos abortum fuisse male parientis Matris ipsorum. Non enim obstetrices eam obstetricaverunt, et propterea velut abortum projecti sunt, in nihilum utiles, ad nullum opus facti Matri. Et semet meliores vocant eo, per quem tanta et talia facta sunt, et disposita; quando et per suam argumentationem perquam inferiores multum inveniuntur?

5. Ac velut duo ferramenta operaria, vel organa duo cum sint, ex quibus alterum quidem semper in manibus, et in usu artifex habeat, et per illud faciat quanta velit, et ostendat artem et sapientiam suam; alterum autem vacuum atque otiosum perseveret, et sine operatione, per quod nihil omnino apparet faciens artifex, et in nullam actionem eo utens: deinde dicat quis inutile hoc, et vacuum, atque otiosum melius esse et pluris illo quo utitur in opere, per quod et glorificatur ipse artifex: hic igitur hebes esse juste arbitrabitur qui sit talis, et mentis suae non compos. Sic autem et hi, semet spiritales et meliores dicentes, et Demiurgum animalem, et propter hoc superascendere, et intra Pleroma penetrare ad viros suos; (sunt enim feminae, quemadmodum ipsi confitentur) Deum autem inferiorem, et propter hoc manere in medietate, et hujus nullam ostensionem afferentes: (qui enim melior est, ex operibus ostenditur: omnia enim opera a Demiurgo facta sunt; per semetipsos autem nihil dignum ratione factum ostendere habentes) insani sunt summa et insanabili insania.

6. Si autem contenderint dicere, quoniam quaecunque sunt quidem materialia, utputa coelum, et universus, qui infra eum continetur mundus, a Demiurgo facta sunt; quotquot autem spiritaliora his, illa quae sunt super coelum, utputa, Principia, Potestates, Angeli, Archangeli, Dominationes, Virtutes, per spiritalem enixionem (quod semetipsos esse dicunt) facta sunt: primo quidem ex Dominicis Scripturis ostendimus omnia, quae praedicta sunt, visibilia et invisibilia, ab uno Deo facta.

Pero el Dios que fue emitido, según ellos, siendo inferior a ellos según su argumentación (pues quieren que sea animal), fue el obrador en todas las cosas, y eficaz, y apto, de modo que por medio de él se hicieran las imágenes de todas las cosas: y no solo estas que se ven, sino también las invisibles, ángeles, arcángeles, dominaciones, potestades, virtudes, todas fueron hechas por medio de este, es decir, como por medio de uno mejor y capaz de servir a la voluntad. Pero no aparece que la Madre haya hecho nada por medio de estos, como también ellos mismos confiesan: de modo que con justicia alguien podría estimar que fueron el aborto de su Madre, que dio a luz mal. Pues no la asistieron parteras en el parto, y por eso fueron arrojados como un aborto, útiles para nada, hechos para ninguna obra de la Madre. ¿Y se llaman mejores que aquel por quien fueron hechas y dispuestas tantas y tales cosas, cuando aun por su propia argumentación se hallan muchísimo inferiores?

5. Y así como, siendo dos las herramientas de trabajo, o dos los instrumentos, de los cuales el artífice tiene siempre uno en las manos y en uso, y por él hace cuanto quiere, y muestra su arte y su sabiduría, mientras que el otro permanece vacío y ocioso, y sin operación, sin que se vea al artífice hacer absolutamente nada por medio de él ni usarlo para acción alguna: si luego alguien dijera que este inútil, vacío y ocioso es mejor y de más valor que aquel que usa en la obra, por el cual también es glorificado el artífice mismo, con justicia se estimará que quien es tal es obtuso y no está en su sano juicio. Así también estos, diciendo que ellos son espirituales y mejores, y el Demiurgo animal, y que por esto ascienden por encima y penetran dentro del Pleroma hasta sus maridos (pues son mujeres, como ellos mismos confiesan), y que Dios es inferior y por esto permanece en el Medio, sin aportar de ello demostración alguna (pues el que es mejor se muestra por las obras; y todas las obras fueron hechas por el Demiurgo, mientras que ellos no tienen nada digno de razón que mostrar hecho por ellos mismos): son insanos con una insania suprema e incurable.

6. Pero si se empeñan en decir que todas las cosas que son materiales, como el cielo y el mundo entero que está contenido debajo de él, fueron hechas por el Demiurgo, mientras que todas las que son más espirituales que estas, las que están sobre el cielo, como los principados, potestades, ángeles, arcángeles, dominaciones, virtudes, fueron hechas por medio del parto espiritual (que es lo que dicen ser ellos mismos): en primer lugar, hemos mostrado por las Escrituras del Señor que todas las cosas que se han nombrado, visibles e invisibles, fueron hechas por un solo Dios.

Non enim sunt magis idonei hi quam Scripturae: nec relinquentes nos eloquia Domini, et Moysem, et reliquos prophetas, qui veritatem praeconaverunt, his credere oportet, sanum quidem nihil dicentibus, instabilia autem delirantibus. Deinde etiam si per ipsos ea, quae sunt super coelos, facta sunt, dicant nobis, quae sit invisibilium natura; enarrent numerum Angelorum et ordinem Archangelorum; demonstrent Thronorum sacramenta, et doceant diversitates Dominationum, Principatuum, et Potestatum atque Virtutum. Sed non habent dicere: non ergo per eos facta sunt. Si autem a Demiurgo facta sunt haec, sicut et facta sunt, et sunt spiritalia et sancta: non est ergo animalis hic, qui spiritalia perfecit; et soluta est illorum magna blasphemia.

7. Quoniam enim sunt in coelis spiritales conditiones, universae clamant Scripturae; et Paulus autem testimonium perhibet, quoniam sunt spiritalia, usque ad tertium coelum raptum se esse significans; et rursum, delatum esse in paradisum, et audisse verba inenarrabilia, quae non licet homini loqui. Et quid illi prodest aut in paradisum introitus, aut usque in tertium coelum assumptio, cum sint omnia illa sub potestate Demiurgi; si eorum, quae super Demiurgum dicuntur, mysteriorum speculator et auditor inciperet fieri, quemadmodum audent quidam dicere? Si enim uti eam, quae est super Demiurgum, disceret dispositionem, nequaquam in his quae sunt Demiurgi remansisset, ne ipsa quidem universa perspeculatus; (restabat enim ei adhuc secundum illorum sermonem quartum coelum, uti appropinquaret Demiurgo, et subjectam septenationem videret) sed reciperetur fortasse vel usque ad medietatem, id est ad Matrem, uti ab ea disceret quae sunt intra Pleroma. Poterat enim qui est intus homo ejus, qui et loquebatur in eo, invisibilis exsistens, quemadmodum dicunt, non tantum usque ad tertium coelum, sed usque ad Matrem illorum pervenire. Si enim se, hoc est, ipsorum hominem statim supergredi dicunt Demiurgum, et abire ad Matrem, multo magis utique Apostoli homini hoc evenisset: nec enim prohibuisset illum Demiurgus, jam et ipse subjectus Salvatori, ut dicunt. Si autem et prohibuisset, nihil profecisset. Non enim possibile est, eum Patris providentia fortiorem esse, et haec cum interior homo invisibilis etiam a Demiurgo esse dicatur. Quoniam autem ille velut magnum aliquid et praeclarum, eam, quae fuit usque ad tertium coelum assumptionem, enarravit; non utique isti super septimum coelum ascendunt: non enim sunt meliores Apostolo. Si seipsos dicant differentiores, ex operibus arguentur: nihil enim ab illis tale jactitatum est. Et propter hoc adjecit: Sive in corpore, sive extra corpus; Deus scit; uti neque corpus particeps putaretur esse visionis ejus, quippe quasi et ipsum participaturum eorum quae vidisset et audisset: nec rursus propter pondus corporis dicat quis eum amplius non esse

Pues estos no son más dignos de crédito que las Escrituras; ni debemos, dejando los oráculos del Señor, y a Moisés, y a los demás profetas, que pregonaron la verdad, creer a estos, que no dicen nada sano, sino que deliran cosas inestables. Además, aun si las cosas que están sobre los cielos fueron hechas por medio de ellos, dígannos cuál es la naturaleza de las cosas invisibles; refieran el número de los ángeles y el orden de los arcángeles; muestren los misterios de los tronos, y enseñen las diferencias de las dominaciones, principados, y potestades y virtudes. Pero no tienen qué decir: luego no fueron hechas por medio de ellos. Pero si estas cosas fueron hechas por el Demiurgo, como en efecto fueron hechas, y son espirituales y santas, entonces no es animal este que llevó a cabo las cosas espirituales; y queda deshecha su gran blasfemia.

7. Porque que hay en los cielos creaciones espirituales lo claman todas las Escrituras; y también Pablo da testimonio de que hay cosas espirituales, cuando significa que él fue arrebatado hasta el tercer cielo, y además, que fue llevado al paraíso, y oyó palabras inenarrables, que no es lícito al hombre decir (2 Cor 12,2-4). ¿Y de qué le habría servido o la entrada en el paraíso o la elevación hasta el tercer cielo, estando todas aquellas cosas bajo la potestad del Demiurgo, si había de hacerse contemplador y oyente de los misterios que se dicen estar por encima del Demiurgo, como algunos se atreven a decir? Pues si hubiera de aprender la disposición que está por encima del Demiurgo, de ningún modo se habría quedado en las cosas que son del Demiurgo, sin haber recorrido con la mirada ni siquiera estas mismas por entero (pues le quedaba todavía, según el discurso de ellos, el cuarto cielo, para acercarse al Demiurgo y ver el septenario que está debajo), sino que tal vez habría sido recibido incluso hasta el Medio, es decir, hasta la Madre, para aprender de ella las cosas que están dentro del Pleroma. Pues el que es su hombre interior, que también hablaba en él, siendo invisible, como dicen, podía llegar no solo hasta el tercer cielo, sino hasta la Madre de ellos. Pues si dicen que ellos mismos, es decir, su hombre, sobrepasan enseguida al Demiurgo y se marchan a la Madre, mucho más le habría ocurrido esto al hombre del Apóstol: pues no lo habría impedido el Demiurgo, sometido ya también él al Salvador, como dicen. Y aun si lo hubiera impedido, nada habría conseguido. Pues no es posible que él sea más fuerte que la providencia del Padre, y esto cuando se dice que el hombre interior es invisible incluso para el Demiurgo. Y puesto que aquel narró, como algo grande y glorioso, la elevación que fue hasta el tercer cielo, de ningún modo estos ascienden por encima del séptimo cielo: pues no son mejores que el Apóstol. Si dicen que ellos son más aventajados, serán refutados por las obras: pues de nada semejante se han jactado ellos. Y por esto añadió: Si en el cuerpo o fuera del cuerpo, Dios lo sabe (2 Cor 12,3), para que ni se pensara que el cuerpo era partícipe de su visión, como si también él hubiera de participar de las cosas que había visto y oído; ni, a la inversa, dijera alguno que a causa del peso del cuerpo no fue

assumptum; sed ideo usque illuc permittatur etiam sine corpore sacramenta perspicere spiritalia, quae sunt Dei operationes, qui fecit coelos et terram, et plasmavit hominem, et posuit in paradiso, speculatores fieri eos, qui similiter, ut Apostolus, valde sunt perfecti in dilectione Dei.

8. Et spiritalia itaque hic fecit, quorum usque ad tertium coelum speculator factus est Apostolus, et inenarrabiles sermones, quos non licet homini loqui, quoniam sint spiritales; et ipse hic praestat dignis, quemadmodum vult; hujus enim est paradisus: et vere est Spiritus Dei, sed non animalis Demiurgus, alioquin nunquam spiritalia perfecisset. Si autem animalis hic, per quem facta sunt spiritalia, referant nobis. Sed neque per enixionem Matris suae (quod semetipsos esse dicunt) factum esse quid ostendere habent. Hi enim non tantum aliquid de spiritalibus, sed ne quidem muscam, aut culicem, aut tale aliquid ex his, quae sunt contemptibilia animalia pusilla, perficere possunt, praeter eam rationem, quae ab initio a Deo per seminum demissionem in his, quae sunt ejusdem generis, naturaliter facta sunt, atque fiunt animalia. Sed ne quidem a sola Matre factum aliquid: dicunt emissum hunc Demiurgum et Dominum universae operationis. Et eum quidem, qui sit universae operationis Demiurgus et Dominus, animalem esse dicunt; se autem spiritales, qui nullius operationis fabricatores sunt aut domini, non solum eorum, quae sunt extra eos, sed ne quidem corporum suorum. Multa denique saepe secundum corpus patiuntur nolentes, vocantes se spiritales et meliores Demiurgo.

9. Juste igitur a nobis arguentur porro et longe divertisse a veritate. Sive enim per hunc, quae facta sunt, fecit Salvator; non inferior ipsis, sed melior esse ostenditur, quando et horum ipsorum invenitur factor: nam et ipsi sunt ex his quae facta sunt. Quomodo itaque consequens est, hos quidem spiritales esse, hunc autem ipsum, per quem et facti sunt, animalem? Sive (quod et solum est verum, quod et per plurima ostendimus, velut liquidissimis ostensionibus) ipse a semetipso fecit libere et ex sua potestate, et disposuit, et perfecit omnia, et est substantia omnium voluntas ejus; solus hic Deus invenitur, qui omnia fecit solus omnipotens, et solus Pater condens et faciens omnia, et visibilia, et invisibilia, et sensibilia, et insensata, et coelestia, et terrena, Verbo virtutis suae; et omnia aptavit et disposuit sapientia sua,

elevado más allá; sino que por esto se concede hasta allí, aun sin el cuerpo, contemplar los misterios espirituales, que son operaciones de Dios, el que hizo los cielos y la tierra, y plasmó al hombre, y lo puso en el paraíso: que se hagan contempladores de ellos los que, como el Apóstol, son muy perfectos en el amor de Dios.

8. Y así, este hizo también las cosas espirituales, de las cuales el Apóstol se hizo contemplador hasta el tercer cielo, y las palabras inenarrables, que no es lícito al hombre decir, puesto que son espirituales; y él mismo las concede a los dignos, como quiere; pues suyo es el paraíso: y es verdaderamente espíritu de Dios, y no un Demiurgo animal; de otro modo, nunca habría llevado a cabo las cosas espirituales. Pero si es animal este por quien fueron hechas las cosas espirituales, que nos lo expliquen. Pero tampoco tienen nada que mostrar que haya sido hecho por medio del parto de su Madre (que es lo que dicen ser ellos mismos). Pues estos no solo no pueden llevar a cabo nada de las cosas espirituales, sino ni siquiera una mosca, o un mosquito, o alguna cosa semejante de los animalillos despreciables, fuera del modo en que, desde el principio, por Dios, mediante la siembra de las simientes en los de un mismo género, fueron hechos naturalmente, y se hacen, los animales. Ni siquiera por la sola Madre fue hecho algo: dicen que este fue emitido como Demiurgo y Señor de toda operación. Y a aquel que es Demiurgo y Señor de toda operación dicen que es animal; y a sí mismos, espirituales, ellos, que no son fabricadores ni señores de operación alguna, no solo de las cosas que están fuera de ellos, sino ni siquiera de sus propios cuerpos. En efecto, muchas veces padecen muchas cosas en el cuerpo sin quererlo, mientras se llaman espirituales y mejores que el Demiurgo.

9. Con justicia, pues, son refutados por nosotros como quienes se han apartado lejos, muy lejos, de la verdad. Pues, o bien el Salvador hizo por medio de este las cosas que han sido hechas, y entonces se muestra que no es inferior a ellos, sino mejor, puesto que se halla que es también el hacedor de estos mismos: pues también ellos son de las cosas que han sido hechas. ¿Cómo, pues, es consecuente que estos sean espirituales, y aquel mismo, por medio del cual también ellos fueron hechos, animal? O bien (lo cual es lo único verdadero, como hemos mostrado por muchísimas cosas, como por las demostraciones más claras) él mismo por sí mismo hizo libremente y por su propia potestad, y dispuso y perfeccionó todas las cosas, y la sustancia de todas las cosas es su voluntad: entonces se halla que solo este es Dios, el que hizo todas las cosas, el único omnipotente, y el único Padre que crea y hace todas las cosas, las visibles y las invisibles, las sensibles y las insensibles, las celestiales y las terrenas, por el Verbo de su poder (Heb 1,3); y ajustó y dispuso todas

et omnia capiens, solus autem a nemine capi potest: ipse fabricator, ipse conditor, ipse inventor, ipse factor, ipse Dominus omnium: et neque praeter ipsum, neque super ipsum, neque Mater, quam illi admentiuntur; nec Deus alter, quem Marcion affinxit; nec Pleroma xxx Aeonum, quod vanum ostensum est; neque Bythus, nec Proarche, neque coeli; nec lumen virginale, nec Aeon innominabilis, nec in totum quidquam eorum, quae ab his et ab omnibus haereticis delirantur.

Sed solus unus Deus fabricator, hic qui est super omnem Principalitatem, et Potestatem, et Dominationem, et Virtutem: hic Pater, hic Deus, hic conditor, hic factor, hic fabricator, qui fecit ea per semetipsum, hoc est per Verbum et per Sapientiam suam, coelum, et terram, et maria, et omnia quae in eis sunt: hic justus, hic bonus: hic est qui formavit hominem, qui plantavit paradisum, qui fabricavit mundum, qui diluvium induxit, qui Noe salvavit: hic Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus vivorum, quem et lex annuntiat, quem prophetae praeconant, quem Christus revelat, quem apostoli tradunt, quem Ecclesia credit. Hic Pater Domini nostri Jesu Christi, per Verbum suum, qui est Filius ejus; per eum revelatur et manifestatur omnibus, quibus revelatur: cognoscunt enim eum hi quibus revelaverit Filius. Semper autem coexsistens Filius Patri, olim et ab initio semper revelat Patrem, et Angelis, et Archangelis, et Potestatibus, et Virtutibus et omnibus, quibus vult revelare Deus.

Caput XXXI

Summatim perstringit ea fere omnia, quae toto hoc libro fuse disseruit, speciatim contra Valentinianos, eadem in reliquos etiam haereticos dici posse confirmans.

1. Destructis itaque his, qui a Valentino sunt, omnis haereticorum eversa est multitudo. Quae enim et quantum adversus Pleroma ipsorum, et ad ea quae extra sunt, diximus, ostendentes quoniam concludetur, et circumscribetur Pater universorum ab eo quod extra eum est (si tamen extra eum aliquid sit); et quoniam necesse est multos quidem Patres, multa autem Pleromata, et multas mundorum fabricationes, ab aliis quidem coeptas, ad alteros autem deficientes, esse secundum omnem partem; et universos perseverantes in suis propriis non curiose agere de aliis, in quibus neque participatio, neque communio aliqua est eis; et nullum alium omnium esse Deum, sed solam esse Omnipotentis appellationem; et adversus eos qui sunt a Marcione, et Simone, et Menandro, vel quicunque alii sunt, qui similiter dividunt eam, quae secundum nos est, conditionem a Patre, similiter erit ad eos aptatum.

las cosas por su sabiduría, y contiene todas las cosas, y él solo no puede ser contenido por nadie: él mismo el Fabricador, él mismo el Creador, él mismo el Inventor, él mismo el Hacedor, él mismo el Señor de todos; y no hay nada fuera de él ni por encima de él: ni la Madre, que aquellos inventan mintiendo; ni otro Dios, que fingió Marción; ni un Pleroma de treinta Eones, que se ha mostrado vano; ni Bythus, ni Proarche, ni cielos; ni una luz virginal, ni un Eón innombrable, ni en absoluto cosa alguna de las que deliran estos y todos los herejes.

Sino un solo Dios, el Fabricador, este que está sobre todo principado, y potestad, y dominación, y virtud: este es el Padre, este es Dios, este el Creador, este el Hacedor, este el Fabricador, el que hizo estas cosas por sí mismo, es decir, por su Verbo y por su Sabiduría: el cielo, y la tierra, y los mares, y todas las cosas que hay en ellos; este es justo, este es bueno; este es el que formó al hombre, el que plantó el paraíso, el que fabricó el mundo, el que trajo el diluvio, el que salvó a Noé; este es el Dios de Abraham, y el Dios de Isaac, y el Dios de Jacob, Dios de vivos (Mt 22,32), a quien también la Ley anuncia, a quien los profetas pregonan, a quien Cristo revela, a quien los apóstoles transmiten, en quien la Iglesia cree. Este es el Padre de nuestro Señor Jesucristo: por su Verbo, que es su Hijo, por él es revelado y manifestado a todos aquellos a quienes es revelado; pues lo conocen aquellos a quienes el Hijo lo haya revelado. Y el Hijo, que coexiste siempre con el Padre, desde antiguo y desde el principio revela siempre al Padre a los ángeles, y a los arcángeles, y a las potestades, y a las virtudes, y a todos aquellos a quienes Dios quiere revelarlo.

Capítulo 31

Recorre sumariamente casi todo lo que ha expuesto extensamente en todo este libro, especialmente contra los valentinianos, confirmando que lo mismo puede decirse también contra los demás herejes.

1. Destruidos, pues, los que proceden de Valentín, queda derrocada toda la multitud de los herejes. Pues lo que dijimos, y cuanto dijimos, contra su Pleroma y respecto de las cosas que están fuera de él, mostrando que el Padre de todas las cosas quedará encerrado y circunscrito por lo que está fuera de él (si es que hay algo fuera de él); y que es necesario que haya muchos Padres, y muchos Pleromas, y muchas fabricaciones de mundos, comenzadas por unos y que desfallecen en otros, por todas partes; y que todos, permaneciendo en sus propios dominios, no se ocupan con curiosidad de los otros, con los cuales no tienen participación ni comunión alguna; y que no hay ningún otro que sea Dios de todas las cosas, sino que el nombre de Omnipotente es solo un nombre: también se ajustará de igual modo contra los que proceden de Marción, y de Simón, y de Menandro, o cualesquiera otros que de igual modo separan del Padre nuestra creación.

Quanta autem rursus diximus adversus eos, qui dicunt omnia quidem comprehendere Patrem universorum; eam autem, quae sit secundum nos, conditionem non ab eo esse factam, sed a Virtute quadam altera, vel ab angelis ignorantibus Propatorem, in immensa magnitudine universitatis circumscriptum centri vice, velut maculam in pallio; ostendentes quoniam non est verisimile alium quemdam, eam quae secundum nos est, conditionem fecisse, quam Patrem universorum: et adversus eos qui sunt a Saturnino, et Basilide, et Carpocrate, et reliquos Gnosticorum, qui eadem similiter dicunt, idem dicetur. Quae autem de prolationibus dicta sunt, et Aeonibus, et deminoratione, et quemadmodum instabilis Mater ipsorum; similiter evertit Basilidem, et omnes qui falso cognominantur Agnitores, aliis nominibus eadem similiter dicentes; magis autem quam hi, [qui] ea quae sunt extra veritatem transferentes ad characterem suae doctrinae. Et quaecunque sunt quae de numeris diximus, adversus omnes, qui in hujusmodi speciem deducunt quae sunt veritatis, dicentur. Et quaecunque dicta sunt de Demiurgo, ostendentia quod hic solus est Deus et Pater universorum; et quaecunque adhuc dicentur in sequentibus libris, adversus omnes dico haereticos. Eos quidem, qui sunt mitiores eorum et humaniores, avertes et confundes, ut non blasphement suum conditorem, et factorem, et nutritorem, et Dominum, neque de labe et ignorantia genesim ejus affingere: feroces autem, et horribiles, et irrationabiles effugabis a te longe, ne amplius sustineas verbositates eorum.

2. Super haec arguentur qui sunt a Simone, et Carpocrate, et si qui alii virtutes operari dicuntur: non in virtute Dei, neque in veritate, neque ut benefici hominibus facientes ea, quae faciunt; sed in perniciem et errorem, per magicas elusiones, et universa fraude, plus laedentes quam utilitatem praestantes his, qui credunt eis, in eo quod seducant. Nec enim caecis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes daemones effugare, praeter eos qui ab ipsis immittuntur, si tamen et hoc faciunt; neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos: quemadmodum saepe evenit fieri secundum corporalem infirmitatem, vel earum, quae a foris accidunt, infirmitatum bonas valetudines restaurare.

Tantum autem absunt ab eo, ut mortuum excitent (quemadmodum Dominus excitavit, et apostoli per orationem; et in fraternitate saepissime propter aliquid necessarium, ea, quae est in quoquo loco, Ecclesia universa postulante per jejunium et supplicationem multam, reversus est spiritus mortui, et donatus est homo orationibus sanctorum:) ut ne quidem credant hoc in totum posse fieri: esse autem resurrectionem a mortuis, agnitionem ejus, quae ab eis dicitur, veritatis.

Y cuanto dijimos a su vez contra los que dicen que el Padre de todas las cosas abarca todas las cosas, pero que nuestra creación no fue hecha por él, sino por cierto otro Poder, o por ángeles que ignoran al Propator, creación circunscrita en la inmensa magnitud del universo a modo de centro, como una mancha en un manto, mostrando que no es verosímil que otro cualquiera, y no el Padre de todas las cosas, haya hecho nuestra creación: lo mismo se dirá contra los que proceden de Saturnino, y de Basílides, y de Carpócrates, y contra los demás gnósticos, que dicen de igual modo las mismas cosas. Y las cosas que se dijeron acerca de las prolaciones, y de los Eones, y de la disminución, y de cuán inestable es su Madre, derrocan de igual modo a Basílides y a todos los que falsamente se llaman Conocedores, que dicen de igual modo las mismas cosas con otros nombres, y aun más que estos, trasladando al sello de su propia doctrina las cosas que están fuera de la verdad. Y cuanto dijimos acerca de los números se dirá contra todos los que reducen a semejante forma las cosas de la verdad. Y todo lo que se ha dicho del Demiurgo, mostrando que solo él es Dios y Padre de todas las cosas, y todo lo que se dirá todavía en los libros siguientes, lo digo contra todos los herejes. A los que son más mansos y más humanos de entre ellos los apartarás y confundirás, para que no blasfemen contra su Creador, y Hacedor, y Nutridor, y Señor, ni le atribuyan una génesis a partir del defecto y de la ignorancia; pero a los feroces, y horribles, e irracionales los ahuyentarás lejos de ti, para no soportar más su verbosidad.

2. Además de esto, son refutados los que proceden de Simón y de Carpócrates, y cualesquiera otros de quienes se dice que obran prodigios: pues no hacen lo que hacen en el poder de Dios, ni en la verdad, ni como bienhechores de los hombres, sino para perdición y error, por medio de ilusiones mágicas y de todo fraude, causando más daño que provecho a los que les creen, en cuanto los seducen. Pues no pueden dar la vista a los ciegos, ni el oído a los sordos, ni ahuyentar a todos los demonios, salvo a los que ellos mismos envían, si es que aun esto hacen; ni curar a los débiles, o a los cojos, o a los paralíticos, o a los afligidos en alguna otra parte del cuerpo, como a menudo sucede que se hace respecto de una enfermedad corporal; ni restablecer la buena salud tras las enfermedades que sobrevienen de fuera.

Y tan lejos están de resucitar a un muerto (como resucitó el Señor, y los apóstoles por la oración; y en la fraternidad, muchísimas veces, por alguna necesidad, pidiéndolo toda la iglesia del lugar con ayuno y mucha súplica, volvió el espíritu del muerto, y el hombre fue concedido a las oraciones de los santos), que ni siquiera creen que esto pueda hacerse en absoluto, sino que creen que la resurrección de entre los muertos es el conocimiento de la que ellos llaman verdad.

3. Quando igitur apud eos quidem error, et seductio, et magica phantasia in speculatu hominum impie fiat; in Ecclesia autem miseratio, et misericordia, et firmitas, et veritas ad opitulationem hominum, non solum sine mercede et gratis perficiatur; sed et nobis ipsis quae sunt nostra erogantibus pro salute hominum, et ea quibus hi qui curantur, indigent, saepissime non habentes, a nobis accipiunt: vere et per hanc speciem arguuntur a divina substantia, et benignitate Dei, et virtute spiritali in totum extranei; fraude autem universa, et adinspiratione apostatica, et operatione daemoniaca, et phantasmate idololatriae per omnia repleti. Praecursores vero sunt draconis ejus, qui per hujusmodi phantasiam abscedere faciet in cauda tertiam partem stellarum, et dejiciet eas in terram; quos similiter atque illum devitare oportet, et quanto majore phantasmate operari dicuntur, tanto magis observare eos, quasi majorem nequitiae spiritum perceperint. Quam prophetiam si observaverit quis, eorum diurnam conversationis operationem inveniet unam et eamdem esse eis cum daemoniis conversationem.

Caput XXXII

Flagitiosa eorum dogmata confutat, qui nullum non operationis genus experiendum esse, actionesque sola opinione humana justas aut injustas, ac animam suam Jesu animae similem, imo interdum meliorem esse impie asserebant.

1. Et haec autem, quae est erga operationes, impia ipsorum sententia, quae dicit: oportere eos in omnibus operibus, etiam quibuslibet malis fieri, ex Domini doctrina dissolvetur; apud quem non solum qui moechatur, expellitur, sed et qui moechari vult; et non solum qui occidit, reus erit occisionis ad damnationem, sed et qui irascitur sine causa fratri suo; qui et non solum non odire homines, sed et inimicos diligere jussit; et non solum non perjurare, sed nec jurare praecepit; et non solum male loqui de proximis, sed ne quidem Racha et fatuum dicere aliquem; si quo minus, reos esse hujusmodi in ignem gehennae; et non tantum non percutere, sed et ipsos percussos etiam alteram praestare maxillam; et non solum non abnegare quae sunt aliena, sed etiam si sua auferantur, illis non expostulare; et non solum non laedere proximos, neque facere quid eis malum, sed et eos qui male tractantur, magnanimes esse, et benignitatem exercere erga eos, et orare pro eis, uti poenitentiam agentes salvari possint; in nullo imitantes nos reliquorum contumeliam, et libidinem, et superbiam.

3. Puesto que, pues, entre ellos se producen impíamente, a la vista de los hombres, el error, y la seducción, y la apariencia mágica, mientras que en la Iglesia se realizan la compasión, y la misericordia, y la firmeza, y la verdad para el socorro de los hombres, no solo sin paga y gratuitamente, sino gastando nosotros mismos lo que es nuestro por la salud de los hombres, y recibiendo de nosotros los que son curados, muchísimas veces, lo que necesitan y no tienen: verdaderamente también por este rasgo quedan convictos de ser del todo ajenos a la sustancia divina, y a la benignidad de Dios, y al poder espiritual, y de estar llenos en todo de todo fraude, y de inspiración apóstata, y de operación demoníaca, y del fantasma de la idolatría. Son, en verdad, precursores de aquel dragón que por semejante apariencia hará apartarse con la cola la tercera parte de las estrellas, y las arrojará a la tierra (Ap 12,4); a los cuales hay que evitar de igual modo que a él; y cuanto mayor sea el fantasma con que se dice que obran, tanto más hay que guardarse de ellos, como quienes han recibido un espíritu mayor de maldad. Si alguien observa esta profecía, hallará que la acción diaria de su modo de vida es para ellos una y la misma cosa que su trato con los demonios.

Capítulo 32

Confuta los dogmas infames de quienes afirmaban impíamente que hay que experimentar toda clase de obras, que las acciones son justas o injustas solo por la opinión humana, y que su alma es semejante al alma de Jesús, y aun a veces mejor.

1. Y también esta impía doctrina suya acerca de las obras, que dice que ellos deben estar en todas las obras, aun en cualesquiera malas, será deshecha por la doctrina del Señor; ante quien no solo es expulsado el que comete adulterio, sino también el que quiere cometer adulterio; y no solo el que mata será reo de homicidio para condenación, sino también el que se aíra sin causa contra su hermano; el cual mandó no solo no odiar a los hombres, sino también amar a los enemigos; y prescribió no solo no perjurar, sino ni siquiera jurar; y no solo no hablar mal de los prójimos, sino ni siquiera llamar a nadie «Racha» y «necio», pues de lo contrario los tales son reos para el fuego de la gehena; y no solo no golpear, sino, aun golpeados, presentar también la otra mejilla; y no solo no negar lo que es ajeno, sino, aun si les quitan lo suyo, no reclamárselo; y no solo no dañar a los prójimos ni hacerles mal alguno, sino, siendo maltratados, ser longánimes, y ejercer la benignidad para con ellos, y orar por ellos, para que, haciendo penitencia, puedan salvarse (Mt 5,21-44); de modo que no imitemos en nada la insolencia, y la lujuria, y la soberbia de los demás.

Quando igitur ille, quem isti magistrum gloriantur, et eum multo meliorem et fortiorem reliquis animam habuisse dicunt, cum magna diligentia quaedam quidem jussit fieri quasi bona et egregia, quibusdam autem abstinere non solum operibus, sed etiam his cogitationibus, quae ad opera ducunt, quasi malis, et nocivis, et nequam; quemadmodum magistrum dicentes talem fortiorem et meliorem reliquis, deinde quae sunt contraria ejus doctrinae manifeste praecipientes, non confundantur? Et si quidem nihil esset mali, aut rursus boni; opinione autem sola humana, quaedam quidem injusta, quaedam autem justa putarentur, non utique dixisset dogmatizans, id est, docens: Justi autem fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum; injustos autem et qui non faciunt opera justitiae, mittet in ignem aeternum, ubi vermis ipsorum non morietur, et ignis non exstinguetur.

2. Adhuc etiam dicentes, oportere eos in omni opere et in omni conversatione fieri, ut, si fieri possit, in una vitae adventatione omnia perficientes, ad perfectum transgrediantur; eorum quidem, quae sunt ad virtutem pertinentia, et laboriosa, et gloriosa, et artificialia, quae etiam ab omnibus bona approbantur, nequaquam inveniuntur conati facere. Si enim oportet per omne opus, et per universam ire operationem; primo quidem oportebat omnes se discere artes; quaecunque illae sive in sermonum rationibus, sive in operibus consumantur, sive per continentiam edocentur, et per laborem, et meditationem, et perseverantiam percipiuntur; utputa omnem speciem musicae, et computationis, et geometriae, et astronomiae, et universa quae in sermonum rationibus occupantur: adhuc etiam medicinam universam, et herbarum scientiam, et eas quae ad salutem humanam sunt elaboratae; et picturam, et statuarum fabricationem, et aerariam artem, et marmorariam, et similes his: ab his autem omnem speciem rusticationis, et veterinariae, et pastoralis, et opificum artes, quae dicuntur pertransire universas artes, et eas quae erga mare vacant, et corpori student, et venatorias, et militares, et regales, et quotquot sunt, quarum nec decimam, nec millesimam partem in tota vita sua elaborantes ediscere possunt. Et horum quidem nihil conantur addiscere, qui in omni dicunt semetipsos oportere fieri opere; ad voluptates autem et libidinem, et turpia facta devergentes, a semetipsis judicati cum sint secundum doctrinam suam. Quoniam enim desunt eis quae praedicta sunt omnia, ad correptionem ignis adibunt. Qui quidem Epicuri philosophiam, et Cynicorum indifferentiam aemulantes, Jesum magistrum gloriantur, qui non solum a malis operibus avertit suos discipulos, sed etiam a sermonibus et cogitationibus, quemadmodum ostendimus.

3. Dicentes autem, se ex eadem circumlatione cum Jesu habere animas, et similes ei esse, aliquando autem et meliores; ad opera producti, quae ille ad utilitatem hominum et firmitatem fecit, nihil tale, nec simile, neque secundum aliquid in comparationem quod venire possit, perficere inveniuntur.

Cuando, pues, aquel de quien estos se glorían como maestro, y del que dicen que tuvo un alma mucho mejor y más fuerte que los demás, con gran cuidado mandó que se hicieran ciertas cosas como buenas y excelentes, y que se abstuvieran de otras, no solo de las obras, sino también de los pensamientos que llevan a las obras, como malas, y nocivas, y perversas: ¿cómo no se avergüenzan, diciendo que tal maestro es más fuerte y mejor que los demás, y prescribiendo luego manifiestamente lo contrario de su doctrina? Y si no hubiera nada malo, o, a la inversa, bueno, sino que por la sola opinión humana unas cosas se tuvieran por injustas y otras por justas, ciertamente no habría dicho, dogmatizando, es decir, enseñando: Pero los justos brillarán como el sol en el reino de su Padre (Mt 13,43); pero a los injustos y a los que no hacen las obras de la justicia los enviará al fuego eterno, donde su gusano no morirá, y el fuego no se extinguirá (Mt 25,41; Mc 9,48).

2. Diciendo además que ellos deben estar en toda obra y en todo modo de vida, para que, si es posible, llevando a cabo todas las cosas en una sola venida a la vida, pasen a lo perfecto: de las cosas que pertenecen a la virtud, y que son laboriosas, y gloriosas, y propias del arte, que también son aprobadas por todos como buenas, de ningún modo se halla que hayan intentado hacer alguna. Pues si hay que pasar por toda obra y por toda acción, en primer lugar debían aprender todas las artes: cualesquiera que se consuman, ya en las razones del discurso, ya en las obras, o que se enseñan por la continencia y se adquieren por el trabajo, y el ejercicio, y la perseverancia; como toda clase de música, y de cálculo, y de geometría, y de astronomía, y todas las que se ocupan de las razones del discurso; además, toda la medicina, y la ciencia de las hierbas, y las artes que se han elaborado para la salud humana; y la pintura, y la fabricación de estatuas, y el arte del bronce, y el del mármol, y las semejantes a estas; y después de estas, toda clase de labranza, y de veterinaria, y de pastoreo, y las artes de los artesanos, de las que se dice que recorren todas las artes, y las que se ocupan del mar, y las que se aplican al cuerpo, y las de la caza, y las militares, y las regias, y cuantas hay, de las cuales, trabajando toda su vida, no podrían aprender a fondo ni la décima ni la milésima parte. Y de estas cosas no intentan aprender ninguna los que dicen que ellos deben estar en toda obra; sino que se desvían hacia los placeres, y la lujuria, y los hechos torpes, juzgados como están por sí mismos según su propia doctrina. Pues, ya que les faltan todas las cosas antes dichas, irán a la corrección del fuego. Estos, que emulan la filosofía de Epicuro y la indiferencia de los cínicos, se glorían de Jesús como maestro, el cual apartó a sus discípulos no solo de las malas obras, sino también de las palabras y de los pensamientos, como hemos mostrado.

3. Y aunque dicen que tienen almas del mismo circuito que Jesús, y que son semejantes a él, y a veces aun mejores, cuando se les lleva a las obras que él hizo para provecho y fortalecimiento de los hombres, se halla que no llevan a cabo nada semejante, ni parecido, ni que en algún respecto pueda entrar en comparación.

Sed et si aliquid faciunt, per magicam (quemadmodum diximus) operati, fraudulenter seducere nituntur insensatos: fructum quidem et utilitatem nullam praestantes, in quos virtutes perficere se dicunt; adducentes autem pueros investes, et oculos deludentes, et phantasmata ostendentes statim cessantia, et ne quidem stillicidio temporis perseverantia, non Jesu Domino nostro, sed Simoni Mago similes ostenduntur. Et ex hoc autem quod Dominus surrexit a mortuis in tertia die, [firmum est] et discipulis se manifestavit, et videntibus eis receptus est in coelum; quod ipsi morientes, et non resurgentes, neque manifestati quibusdam, arguuntur in nullo similes habentes Jesu animas.

4. Si autem et Dominum per phantasmata hujusmodi fecisse dicunt, ad prophetica reducentes eos, ex ipsis demonstrabimus, omnia sic de eo et praedicta esse, et facta firmissime, et ipsum solum esse Filium Dei. Quapropter et in illius nomine, qui vere illius sunt discipuli ab ipso accipientes gratiam, perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum unusquisque accepit donum ab eo. Alii enim daemones excludunt firmissime et vere, ut etiam saepissime credant ipsi, qui emundati sunt a nequissimis spiritibus; et sint in Ecclesia. Alii autem et praescientiam habent futurorum, et visiones, et dictiones propheticas. Alii autem laborantes aliqua infirmitate per manus impositionem curant, et sanos restituunt. Jam etiam, quemadmodum diximus, et mortui resurrexerunt, et perseveraverunt nobiscum annis multis. Et quid autem? Non est numerum dicere gratiarum, quas per universum mundum Ecclesia a Deo accipiens, in nomine Christi Jesu, crucifixi sub Pontio Pilato, per singulos dies in opitulationem gentium perficit, neque seducens aliquem, nec pecuniam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit a Deo, gratis et ministrat.

5. Nec invocationibus angelicis facit aliquid, nec incantationibus, nec reliqua prava curiositate; sed munde, et pure, et manifeste orationes dirigens ad Dominum, qui omnia fecit, et nomen Domini nostri Jesu Christi invocans, virtutes ad utilitates hominum, sed non ad seductionem perficit. Si itaque et nunc nomen Domini nostri Jesu Christi beneficia praestat, et curat firmissime et vere omnes ubique credentes in eum; sed non Simonis, neque Menandri, neque Carpocratis, nec alterius cujuscunque: manifestum est, quoniam homo factus, conversatus est cum suo plasmate, vere omnia fecit ex virtute Dei, secundum placitum Patris universorum, quomodo prophetae praedixerunt. Quae autem erant haec, in his, quae sunt ex prophetis, ostensionibus narrabuntur.

Caput XXXIII

Y aun si hacen algo, obrando por la magia (como hemos dicho), se esfuerzan por seducir fraudulentamente a los insensatos, sin aportar fruto ni provecho alguno a aquellos sobre quienes dicen obrar prodigios; sino que, presentando niños impúberes, y engañando los ojos, y mostrando fantasmas que cesan al punto y que no perduran ni siquiera una gota de tiempo, se muestran semejantes no a Jesús nuestro Señor, sino a Simón el Mago. Y también por esto, que el Señor resucitó de entre los muertos al tercer día (lo cual es cierto), y se manifestó a sus discípulos, y, viéndolo ellos, fue recibido en el cielo: puesto que ellos mismos mueren y no resucitan, ni se manifiestan a nadie, quedan convictos de no tener almas en nada semejantes a la de Jesús.

4. Y si dicen que también el Señor hizo tales cosas por medio de fantasmas, conduciéndolos a los escritos proféticos, demostraremos por ellos que todas las cosas acerca de él fueron así predichas y hechas firmísimamente, y que solo él es el Hijo de Dios. Por lo cual también en su nombre los que son verdaderamente sus discípulos, recibiendo de él la gracia, obran para beneficio de los demás hombres, según cada uno ha recibido de él el don. Pues unos expulsan a los demonios firmísima y verdaderamente, de modo que muchísimas veces también creen los mismos que han sido purificados de los espíritus perversísimos, y están en la Iglesia. Otros tienen presciencia de las cosas futuras, y visiones, y palabras proféticas. Otros curan a los que padecen alguna enfermedad por la imposición de las manos, y les restituyen la salud. Más aún, como hemos dicho, también han resucitado muertos, y han permanecido con nosotros muchos años. ¿Y qué decir? No es posible decir el número de las gracias que la Iglesia por todo el mundo, recibiéndolas de Dios en el nombre de Cristo Jesús, crucificado bajo Poncio Pilato, realiza cada día en socorro de las naciones, sin seducir a nadie ni quitarle dinero. Pues así como gratuitamente recibió de Dios, gratuitamente también ministra.

5. Ni hace nada por invocaciones de ángeles, ni por encantamientos, ni por ninguna otra curiosidad perversa; sino que, dirigiendo las oraciones al Señor que hizo todas las cosas, limpia, y pura, y abiertamente, e invocando el nombre de nuestro Señor Jesucristo, obra prodigios para provecho de los hombres, y no para seducirlos. Si, pues, también ahora el nombre de nuestro Señor Jesucristo otorga beneficios, y cura firmísima y verdaderamente a todos los que en todas partes creen en él, y no el de Simón, ni el de Menandro, ni el de Carpócrates, ni el de ningún otro: es manifiesto que, hecho hombre y habiendo convivido con su propia hechura, hizo verdaderamente todas las cosas por el poder de Dios, según el beneplácito del Padre de todas las cosas, como predijeron los profetas. Y cuáles eran estas cosas se narrará en las demostraciones que proceden de los profetas.

Capítulo 33

Animas e corporibus in corpora migrare, absurdum dogma multiplici ratione impetitum.

1. De corpore autem in corpus transmigrationem ipsorum subvertamus ex eo, quod nihil omnino eorum, quae ante fuerint, meminerint animae. Si enim ob hoc emittebantur, uti in omni fierent operatione, oportebat eas meminisse eorum quae ante facta sunt, uti ea quae deerant, adimplerent, et non circa eadem semper volutantes continuatim, miserabiliter laborarent; (non enim poterat corporis admistio in totum universam ipsorum, quae ante habita erant, exstinguere memoriam et contemplationem) et maxime ad hoc venientes. Quomodo enim nunc soporati et requiescente corpore, quaecunque anima ipsa apud se videt, et in phantasmate agit, et horum plura reminiscens communicat cum corpore; et est quando et post plurimum temporis, quaecunque per somnium quis vidit, vigilans annuntiat: sic utique reminisceretur et illorum, quae antequam in hoc corpus veniret, egit. Si enim hoc, quod in brevissimo tempore visum est, vel in phantasmate conceptum est, ab ea sola per somnium, postquam commista sit corpori, et in universum membrum dispersa, commemoratur: multo magis illorum reminisceretur, in quibus temporibus tantis et universo praeteritae vitae saeculo immorata est.

2. Ad haec Plato, vetus ille Atheniensis, qui et primus sententiam hanc introduxit, cum excusare non posset, oblivionis induxit poculum, putans se per hoc aporiam hujusmodi effugere; ostensionem quidem nullam faciens, dogmatice autem respondens, quoniam introeuntes animae in hanc vitam, ab eo, qui est super introitum daemone, priusquam in corpora intrent, potantur oblivione. Et latuit semetipsum in alteram majorem incidens aporiam. Si enim oblivionis poculum potest, posteaquam ebibitum est, omnium factorum oblitterare memoriam; hoc ipsum unde scis, o Plato, cum sit nunc in corpore anima tua, quoniam, priusquam in corpus introeat, a daemone potata est oblivionis medicamentum? Si enim daemonem, et poculum, et introitum reminisceris, et reliqua oportet cognoscas; si autem illa ignoras, neque daemon verus, neque artificiose compositum oblivionis poculum.

3. Adversus autem eos, qui dicunt ipsum corpus esse oblivionis medicamentum, occurret hoc. Quomodo igitur quodcunque per semetipsam anima videt, et in somniis, et secundum cogitationem, mentis intentionem, corpore quiescente, ipsa reminiscitur, et renuntiat proximis? Sed ne quidem ea, quae olim agnita sunt, aut per oculos, aut per auditum, meminisset anima in corpore exsistens, si esset corpus oblivio; sed simul atque ab inspectis abesset oculus, auferretur utique et ea, quae esset de his, memoria.

Que las almas pasan de unos cuerpos a otros: dogma absurdo impugnado con múltiples razones.

1. Y su transmigración de un cuerpo a otro echémosla por tierra por esto: que las almas no recuerdan absolutamente nada de las cosas que fueron antes. Pues si eran enviadas para esto, para estar en toda acción, debían recordar las cosas que se hicieron antes, para completar las que faltaban, y no, dando vueltas siempre en torno a las mismas cosas sin interrupción, trabajar miserablemente (pues la mezcla con el cuerpo no podía extinguir del todo toda su memoria y contemplación de lo que antes habían tenido), y sobre todo viniendo para esto. Pues así como ahora, estando dormidos y reposando el cuerpo, todo lo que el alma misma ve en sí y hace en fantasma, recordando muchas de estas cosas, lo comunica al cuerpo; y hay veces en que, aun después de muchísimo tiempo, uno, ya despierto, cuenta lo que vio en sueños: así ciertamente recordaría también aquellas cosas que hizo antes de venir a este cuerpo. Pues si esto, que fue visto en brevísimo tiempo, o concebido en fantasma por ella sola en sueños, es recordado después de haberse mezclado con el cuerpo y difundido por todos los miembros: mucho más recordaría aquellas cosas en las que se detuvo durante tiempos tan largos y durante todo el siglo de su vida pasada.

2. A esto, Platón, aquel antiguo ateniense, que fue también el primero en introducir esta opinión, como no podía justificarla, introdujo la copa del olvido, pensando escapar por este medio de semejante aporía; sin hacer demostración alguna, sino respondiendo dogmáticamente que a las almas que entran en esta vida les da a beber el olvido el daimon que está sobre la entrada, antes de que entren en los cuerpos. Y no advirtió que caía en otra aporía mayor. Pues si la copa del olvido, una vez bebida, puede borrar la memoria de todo lo hecho, ¿de dónde sabes esto mismo, oh Platón, estando ahora tu alma en el cuerpo: que antes de entrar en el cuerpo el daimon le dio a beber la pócima del olvido? Pues si recuerdas al daimon, y la copa, y la entrada, debes conocer también lo demás; pero si ignoras aquellas cosas, ni el daimon es verdadero, ni la copa del olvido artificiosamente compuesta.

3. Y contra los que dicen que el cuerpo mismo es la pócima del olvido, saldrá al paso esto. ¿Cómo, pues, todo lo que el alma ve por sí misma, en sueños y en el pensamiento, por la intención de la mente, mientras el cuerpo reposa, ella misma lo recuerda y lo cuenta a sus prójimos? Pero ni siquiera las cosas que se conocieron antaño, o por los ojos, o por el oído, las recordaría el alma, existiendo en el cuerpo, si el cuerpo fuera olvido; sino que, tan pronto como el ojo se apartara de lo visto, se le quitaría ciertamente también la memoria de ello.

In ipsa enim oblivione exsistens anima nihil aliud cognoscere poterat, nisi solum illud, quod in praesenti videbat. Quomodo autem et divina disceret, et meminisset ipsorum exsistens in corpore, quando sit (ut aiunt) ipsum corpus oblivio? Sed et prophetae ipsi, cum essent in terra, quaecunque spiritaliter secundum visiones coelestium vident, vel audiunt, ipsi quoque meminerunt in hominem conversi, et reliquis annuntiant; et non corpus oblivionem efficit animae eorum, quae spiritaliter visa sunt, sed anima docet corpus, et participat de spiritali ei facta visione.

4. Non enim est fortius corpus quam anima, quod quidem ab illa spiratur, et vivificatur, et augetur, et articulatur; sed anima possidet et principatur corpori. Tantum autem impeditur a sua velocitate, quantum corpus participat de ejus motione; sed non amittit suam scientiam. Corpus enim organo simile est; anima autem artificis rationem obtinet. Quemadmodum itaque artifex velociter quidem operationem secundum se adinvenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei subjectae immobilitatem, et illius mentis velocitas admista tarditati organi temperatam perficit operationem; sic et anima participans suo corpori, modicum quidem impeditur, admista velocitate ejus in corporis tarditate; non amittit autem in totum suas virtutes; sed quasi vitam participans corpori, ipsa vivere non cessat. Sic et de reliquis ei communicans, neque scientiam ipsorum perdit, neque memoriam inspectorum.

5. Si itaque nullius praeteritorum meminit, sed exsistentium scientiam hic percipit; non igitur in aliis corporibus fuit aliquando, neque egit, quae ne quidem agnoscit; neque novit, quae quidem neque videt. Sed quemadmodum unusquisque nostrum suum corpus per artem Dei sumit, sic et suam habet animam. Neque enim sic pauper, neque indigens Deus, ut non unicuique corpori propriam donaret animam, quemadmodum et proprium characterem. Et ideo adimpleto numero, quem ipse apud se ante definiit, omnes quicunque sunt scripti in vitam, resurgent, sua corpora et suas habentes animas et suos spiritus, in quibus placuerunt Deo. Qui autem poena sunt digni, abibunt in eam, et ipsi suas habentes animas, et sua corpora, in quibus abstiterunt a Dei bonitate. Et cessabunt utrique jam generare, et generari, et ducere uxorem, et nubere; ut commensurata multitudo ante praefinita a Deo generis humani perfectorum compago sive aptatio conservet Patris.

Caput XXXIV

Animas non modo quae in corpore gesserint meminisse, sed et immortales perseverare, tametsi initium habuerint.

Pues el alma, existiendo en el olvido mismo, no podría conocer otra cosa sino solo lo que viera en el presente. ¿Y cómo aprendería las cosas divinas y las recordaría existiendo en el cuerpo, siendo (como dicen) el cuerpo mismo olvido? Pero también los profetas mismos, estando en la tierra, todo lo que espiritualmente, en las visiones de las cosas celestiales, ven u oyen, también ellos lo recuerdan, vueltos a su ser de hombres, y lo anuncian a los demás; y no es el cuerpo el que produce en el alma el olvido de lo que espiritualmente fue visto, sino que el alma enseña al cuerpo, y le hace partícipe de la visión espiritual que le fue concedida.

4. Pues no es el cuerpo más fuerte que el alma, ya que por ella recibe el aliento, y es vivificado, y acrecentado, y articulado; sino que el alma posee el cuerpo y lo gobierna. Y es impedida en su velocidad tanto cuanto el cuerpo participa de su movimiento; pero no pierde su ciencia. Pues el cuerpo es semejante a un instrumento, y el alma hace las veces del artífice. Así, pues, como el artífice inventa rápidamente en sí mismo la obra, pero la realiza más lentamente en el instrumento, a causa de la inmovilidad de la cosa que tiene delante, y la velocidad de su mente, mezclada con la lentitud del instrumento, produce una obra templada; así también el alma, participando de su cuerpo, es impedida un poco, mezclada su velocidad con la lentitud del cuerpo; pero no pierde del todo sus potencias, sino que, como impartiendo la vida al cuerpo, no deja ella misma de vivir. Así también, compartiendo con él lo demás, no pierde ni la ciencia de ello ni la memoria de lo visto.

5. Si, pues, no recuerda nada de lo pasado, sino que aquí recibe la ciencia de lo que existe, entonces nunca estuvo en otros cuerpos, ni hizo cosas que ni siquiera reconoce, ni conoció cosas que ni siquiera ve. Sino que así como cada uno de nosotros recibe su propio cuerpo por el arte de Dios, así también tiene su propia alma. Pues no es Dios tan pobre ni tan necesitado que no diera a cada cuerpo su propia alma, como también su propio sello. Y por eso, completado el número que él mismo definió de antemano consigo, todos cuantos están inscritos para la vida resucitarán, teniendo sus propios cuerpos, y sus propias almas, y sus propios espíritus, en los que agradaron a Dios. Pero los que son dignos de castigo irán a él, teniendo también ellos sus propias almas y sus propios cuerpos, en los que se apartaron de la bondad de Dios. Y cesarán ya unos y otros de engendrar y de ser engendrados, de tomar mujer y de casarse; para que la multitud del género humano, medida y predefinida por Dios, la de los perfeccionados, conserve la trabazón, o ajuste, del Padre.

Capítulo 34

Que las almas no solo recuerdan lo que hicieron en el cuerpo, sino que también perduran inmortales, aunque hayan tenido comienzo.

1. Plenissime autem Dominus docuit, non solum perseverare, non de corpore in corpus transgredientes animas; sed et characterem corporis, in quo etiam adaptantur, custodire eumdem, et meminisse eas operum, quae egerunt hic, et a quibus cessaverunt, in ea relatione, quae scribitur de divite et de Lazaro eo, qui refrigerabat in sinu Abrahae: in qua ait, divitem cognoscere Lazarum post mortem, et Abraham autem similiter, et manere in suo ordine unumquemque ipsorum, et postulare mitti ei ad opem ferendam Lazarum, cui ne quidem de mensae suae micis communicabat: et de Abrahae responso, qui non tantum ea quae secundum se, sed et quae secundum divitem essent, sciebat; et praecipiebat Moysi assentire et prophetis eos, qui non mallent pervenire in illum locum poenae, et recipientes praeconium ejus, qui resurrexerit a mortuis. Per haec enim manifeste declaratum est, et perseverare animas, et non de corpore in corpus transire, et habere hominis figuram, ut etiam cognoscantur, et meminerint eorum, quae sint hic; et propheticum quoque adesse Abrahae, et dignam habitationem unamquamque gentem percipere, etiam ante judicium.

2. Si qui autem hoc in loco dicant, non posse animas eas, quae paulo ante esse coeperint, in multum temporis perseverare, sed oportere eas aut innascibiles esse, ut sint immortales; vel si generationis initium acceperint, cum ipso corpore mori; discant, quoniam sine initio et sine fine, vere et semper idem, et eodem modo se habens solus est Deus, qui est omnium Dominus. Quae autem sunt ab illo omnia, quaecunque facta sunt, et fiunt, initium quidem suum accipiunt generationis, et per hoc inferiora sunt ab eo qui ea fecit, quoniam non sunt ingenita; perseverant autem et extenduntur in longitudinem saeculorum, secundum voluntatem factoris Dei; ita ut sic initio fierent, et postea, ut sint, eis donat.

3. Quemadmodum enim coelum, quod est super nos, firmamentum, et sol, et luna, et reliquae stellae, et omnia ornamenta ipsorum, cum ante non essent, facta sunt, et multo tempore perseverant secundum voluntatem Dei: sic et de animabus, et de spiritibus, et omnino de omnibus his, quae facta sunt, cogitans quis, minime peccabit: quando omnia, quae facta sunt, initium quidem facturae suae habeant, perseverant autem quoadusque ea Deus et esse, et perseverare voluerit. Testatur pro his sententiis etiam propheticus spiritus, dicens: Quoniam ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt.

1. Y el Señor enseñó plenísimamente que las almas no solo perduran, sin pasar de un cuerpo a otro, sino que también guardan el mismo sello del cuerpo al que además se ajustan, y recuerdan las obras que hicieron aquí y aquellas de las que se abstuvieron, en el relato que está escrito acerca del rico y de aquel Lázaro que se refrescaba en el seno de Abraham: en el cual dice que el rico conoció a Lázaro después de la muerte, y a Abraham igualmente, y que cada uno de ellos permanece en su propio orden, y que pidió que se le enviara a Lázaro para socorrerlo, a Lázaro, a quien ni siquiera daba parte de las migajas de su mesa; y de la respuesta de Abraham, que sabía no solo lo que le concernía a él, sino también lo que concernía al rico, y prescribía a los que no quisieran llegar a aquel lugar de castigo que asintieran a Moisés y a los profetas, y que recibieran el pregón de aquel que había de resucitar de entre los muertos (Lc 16,19-31). Pues por estas cosas se declara manifiestamente que las almas perduran, y que no pasan de un cuerpo a otro, y que tienen la figura del hombre, de modo que incluso son reconocidas, y recuerdan las cosas que son de aquí; y que también lo profético estaba presente en Abraham, y que cada clase recibe la morada que le corresponde, aun antes del juicio.

2. Y si algunos dijeran en este lugar que las almas que empezaron a existir poco antes no pueden perdurar mucho tiempo, sino que es necesario o que sean innascibles, para ser inmortales, o, si recibieron comienzo de generación, que mueran con el cuerpo mismo: aprendan que sin principio y sin fin, verdaderamente y siempre el mismo, y manteniéndose del mismo modo, solo es Dios, que es Señor de todos. Y todas las cosas que proceden de él, cuantas han sido hechas y se hacen, reciben ciertamente su propio comienzo de generación, y por esto son inferiores a aquel que las hizo, puesto que no son ingénitas; pero perduran y se extienden a lo largo de los siglos según la voluntad de Dios su Hacedor; de modo que les concede así hacerse al principio, y después existir.

3. Pues así como el cielo que está sobre nosotros, el firmamento, y el sol, y la luna, y las demás estrellas, y todos sus ornatos, fueron hechos no existiendo antes, y perduran largo tiempo según la voluntad de Dios: así también quien piense de este modo acerca de las almas, y de los espíritus, y en general de todas las cosas que han sido hechas, de ningún modo errará: puesto que todas las cosas que han sido hechas tienen ciertamente el comienzo de su hechura, pero perduran mientras Dios quiera que existan y que perduren. También el Espíritu profético da testimonio en favor de estas afirmaciones, diciendo: Porque él dijo, y fueron hechas; él mandó, y fueron creadas (Sal 148,5).

Statuit ea in saeculum, et in saeculum saeculi. Et iterum de salvando homine sic ait: Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi; tanquam Patre omnium donante et in saeculum saeculi perseverantiam his, qui salvi fiunt. Non enim ex nobis, neque ex nostra natura vita est; sed secundum gratiam Dei datur. Et ideo qui servaverit datum vitae, et gratias egerit ei qui praestitit, accipiet et in saeculum saeculi longitudinem dierum. Qui autem abjecerit eam, et ingratus exstiterit factori, ob hoc quod factus est, et non cognoverit eum qui praestat, ipse se privat in saeculum saeculi perseverantia. Et ideo Dominus dicebat ingratis exsistentibus in eum: Si in modico fideles non fuistis, quod magnum est quis dabit vobis? significans quoniam qui in modica temporali vita ingrati exstiterunt ei, qui eam praestitit, juste non percipient ab eo in saeculum saeculi longitudinem dierum.

4. Sicut autem corpus animale, ipsum quidem non est anima, participatur autem animam, quoadusque Deus vult; sic et anima ipsa quidem non est vita, participatur autem a Deo sibi praestitam vitam. Unde et propheticus sermo de Protoplasto ait: Factus est in animam vivam; docens nos, quoniam secundum participationem vitae vivens facta est anima: ita ut separatim quidem anima intelligatur, separatim autem, quae erga eam est, vita. Deo itaque vitam et perpetuam perseverantiam donante, capit et animas primum non exsistentes dehinc perseverare, cum eas Deus et esse et subsistere voluerit. Principari enim debet in omnibus, et dominari voluntas Dei; reliqua autem omnia huic cedere, et subdita esse, et in servitium dedita. Et de factura quidem et perseverantia animae hucusque dictum sit.

Caput XXXV

Basilidis hypothesim, Gnosticorumque, qui prophetas a diversis diis inspiratos oracula fudisse dicebant, errorem refellit.

1. Basilides autem et ipse super haec quae dicta sunt, cogetur dicere, secundum suam regulam, non solum CCCLXV secundum successionem alios ab aliis factos, sed immensam quamdam et innumerabilem multitudinem coelorum semper factam, et fieri, et futurum ut fiant, et nunquam deficere hujusmodi fabricam coelorum. Si enim ex defluxu prioris secundum factum est coelum ad illius speciem, et ad secundi tertium: et similiter omnes reliqui subsequentes: et de hujus, quod secundum nos est, quod et novissimum vocat necesse est (ex) defluxu aliud factum simile sibi, et ex illo iterum aliud: et nunquam deficere, neque defluxus eorum, qui jam facti sunt, neque facturas coelorum; sed in immensum, et non in praefinitum numerum coelorum incidere.

Las estableció para siempre, y por los siglos de los siglos (Sal 148,6). Y otra vez, acerca del hombre que ha de ser salvado, dice así: Vida te pidió, y le diste longitud de días por los siglos de los siglos (Sal 21,5); puesto que el Padre de todos concede también la perduración por los siglos de los siglos a los que se salvan. Pues la vida no procede de nosotros, ni de nuestra naturaleza, sino que se da según la gracia de Dios. Y por eso el que conserve el don de la vida, y dé gracias a quien se lo concedió, recibirá también longitud de días por los siglos de los siglos. Pero el que la rechace, y se muestre ingrato con su Hacedor por haber sido hecho, y no conozca a quien la concede, él mismo se priva de la perduración por los siglos de los siglos. Y por eso el Señor decía a los que eran ingratos para con él: Si en lo poco no fuisteis fieles, ¿quién os dará lo que es grande? (Lc 16,11), significando que los que en la breve vida temporal se mostraron ingratos con quien se la concedió, con justicia no recibirán de él longitud de días por los siglos de los siglos.

4. Y así como el cuerpo animal no es él mismo el alma, sino que participa del alma mientras Dios quiere; así también el alma no es ella misma vida, sino que participa de la vida que Dios le ha concedido. Por eso también la palabra profética dice del Protoplasto: Fue hecho alma viviente (Gn 2,7); enseñándonos que el alma se ha hecho viviente por la participación de la vida: de modo que se entienda por separado el alma, y por separado su vida. Concediendo, pues, Dios la vida y la perduración perpetua, es posible que también las almas, que al principio no existían, perduren en adelante, puesto que Dios ha querido que existan y que subsistan. Pues la voluntad de Dios debe regir y dominar en todas las cosas, y todo lo demás ceder ante ella, y estar sometido, y entregado a su servicio. Y baste lo dicho hasta aquí acerca de la hechura y de la perduración del alma.

Capítulo 35

Refuta la hipótesis de Basílides, y el error de los gnósticos, que decían que los profetas derramaron sus oráculos inspirados por diversos dioses.

1. Y también Basílides mismo, además de lo que se ha dicho, se verá obligado a decir, según su regla, no solo que fueron hechos 365 cielos por sucesión, unos por otros, sino que una multitud inmensa e innumerable de cielos ha sido hecha siempre, y se hace, y se hará, y que nunca falta semejante fábrica de cielos. Pues si de la efluxión del primero fue hecho el segundo cielo a la forma de aquel, y a la del segundo el tercero, e igualmente todos los demás que siguen: es necesario que también de la efluxión de este, que es el nuestro, al que también llama el último, se haya hecho otro semejante a él, y de aquel otro a su vez; y que nunca falten ni las efluxiones de los que ya fueron hechos, ni las hechuras de los cielos, sino que se llegue a un número de cielos inmenso y no predefinido.

2. Et reliqui autem, qui falso nomine Gnostici dicuntur, qui prophetas ex diversis diis prophetias fecisse dicunt, facile destruentur ex hoc, quod omnes prophetae unum Deum et Dominum praedicaverint, et ipsum factorem coeli et terrae, et omnium quae in eis sunt, et quod adventum Filii ejus significaverint, secundum quod ex ipsis demonstrabimus Scripturis in libris consequentibus.

3. Si autem quidam secundum Hebraeam linguam diverse dictiones positas in Scripturis opponant, quale est Sabaoth, et Eloe, et Adonai, et alia quaecunque sunt talia, ex his ostendere elaborantes diversas Virtutes atque deos; discant quoniam unius et ipsius significationes, et nuncupationes sunt omnia hujusmodi. Quod enim dicitur Eloe, secundum Judaicam vocem, Deum significat, et Eloe Verum, et Elloeuth, secundum Hebraicam linguam, Hoc quod continet omnia, significat. Quod autem ait Adonai, aliquando quidem nominabile, et admirabile significat, aliquando autem duplicata littera delta, cum aspiratione, utputa Addhonai, Praefinientem et separantem terram ab aqua, ne possit aqua insurgere in eam. Similiter autem et Sabaoth per ω quidem Graecam in syllaba novissima scribitur, Voluntarium significat: per ο autem Graecam, utputa Sabaoth, primum coelum manifestat. Eodem modo et Jaωth, extensa cum aspiratione novissima syllaba, mensuram praefinitam manifestat; cum autem per ο Graecam corripitur, utputa Jaoth, eum qui dat fugam malorum significat. Et caetera omnia unius ejusdemque nuncupationis sunt: sicut secundum Latinitatem Dominus virtutum, et Pater omnium, et Deus omnipotens, et Altissimus, et Dominus coelorum, et Creator, et Fabricator, et similia his, non alterius atque alterius haec sunt, sed unius ejusdemque nuncupationes, et pronomina, per quae unus Deus et Pater ostenditur, qui continet omnia, et omnibus ut sint praestans.

4. Quoniam autem dictis nostris consonat praedicatio apostolorum, et Domini magisterium, et prophetarum annuntiatio, et apostolorum dictatio, et legislationis ministratio, unum eumdemque omnium Deum Patrem laudantium; et non alium atque alium, neque ex diversis diis aut virtutibus substantiam habentem: sed ex uno et eodem Patre omnia, (qui tamen aptat secundum subjacentium naturas, et dispositionem) et neque ab Angelis, neque ab alia quadam Virtute, sed a solo Deo Patre, visibilia atque invisibilia, et omnia omnino quaecunque facta sunt: arbitror quidem sufficienter ostensum et per haec, tanta, uno ostenso Deo Patre factore omnium. Sed ne putemur fugere illam, quae ex Scripturis Dominicis est probationem, ipsis Scripturis multo manifestius et clarius hoc ipsum praedicantibus, his tamen qui non prave intendunt eis proprium librum, qui sequitur has Scripturas, reddentes, ex Scripturis divinis probationes apponemus in medio omnibus amantibus veritatem.

2. Y también los demás, que con falso nombre se llaman gnósticos, que dicen que los profetas hicieron sus profecías procedentes de diversos dioses, serán fácilmente destruidos por esto: que todos los profetas predicaron un solo Dios y Señor, y a él como Hacedor del cielo y de la tierra y de todas las cosas que hay en ellos, y que significaron la venida de su Hijo, según demostraremos por las Escrituras mismas en los libros siguientes.

3. Y si algunos, según la lengua hebrea, objetan las diversas palabras puestas en las Escrituras, como Sabaoth, y Eloe, y Adonai, y cualesquiera otras semejantes, esforzándose por mostrar a partir de ellas diversos Poderes y dioses, aprendan que todas las cosas de este tipo son significaciones y denominaciones de uno y el mismo. Pues lo que se dice Eloe, según la voz judía, significa «Dios», y Eloe, «Verdadero», y Elloeuth, según la lengua hebrea, significa «Lo que contiene todas las cosas». Y lo que dice, Adonai, unas veces significa «Nombrable» y «Admirable», y otras, duplicada la letra delta, con aspiración, como Addhonai, «El que delimita y separa la tierra del agua, para que el agua no pueda alzarse contra ella». Del mismo modo también Sabaoth, cuando se escribe con ω griega en la última sílaba, significa «Voluntario»; pero con ο griega, como Sabaoth, manifiesta «el primer cielo». De igual modo Jaωth, con la última sílaba alargada con aspiración, manifiesta «una medida predefinida»; pero cuando se abrevia con ο griega, como Jaoth, significa «el que pone en fuga los males». Y todos los demás son de una y la misma denominación: como, en latín, Señor de los poderes, y Padre de todos, y Dios omnipotente, y Altísimo, y Señor de los cielos, y Creador, y Fabricador, y otros semejantes; estos no son de uno y de otro, sino denominaciones y sobrenombres de uno y el mismo, por los cuales se muestra un solo Dios y Padre, que contiene todas las cosas y concede a todas que existan.

4. Puesto que, pues, concuerdan con lo que hemos dicho la predicación de los apóstoles, y el magisterio del Señor, y el anuncio de los profetas, y lo dictado por los apóstoles, y la ministración de la legislación, que alaban todos a uno y el mismo Dios Padre de todas las cosas, y no a uno y a otro, ni a uno que tenga su sustancia de diversos dioses o poderes, sino que todas las cosas proceden de uno y el mismo Padre (que, sin embargo, las ajusta según las naturalezas de las cosas sujetas, y su disposición), y no de los ángeles, ni de algún otro Poder, sino de solo Dios Padre, las visibles y las invisibles, y absolutamente todas las cosas que han sido hechas: pienso que ha quedado suficientemente mostrado también por estas cosas, tantas como son, una vez mostrado un solo Dios Padre, Hacedor de todas las cosas. Pero para que no se piense que huimos de la prueba que procede de las Escrituras del Señor, ya que las Escrituras mismas predican esto mismo mucho más manifiesta y claramente, al menos a los que no las atienden con perversidad, dedicándoles un libro propio que siga a estas Escrituras, expondremos en medio, para todos los que aman la verdad, las pruebas tomadas de las Escrituras divinas.